noſcere eſt ſe ipſum: nam qui ignorat ſua prorſus aliena ignorabit. & qui talis erit, nunquam vir ciuilis, poterit eſſe: neque etiam economus, nec etiam quod agit, intelliget. Et qui ignorat, neceſſe eſt, vt erret, & errando malè aget, & priuatim, & publicè: malè autem agendo, miſer dicendus eſt. Qui autem prudens eſt, miſeriam vitat. Iuſte enim & prudenter agentes, & ipſi, & res publica Deo gratum opus facient. Hæc autem proculdubio facient, in diuinum ſplendorem intuentes; & illuc rèſpicientes, eos met ipſos & eorum bona, perſpicue diſcernent. Contra ſi iniuſte vixerint, in tenebras, diuinitatis expertes, conſimilia tenebris opera, quemadmodum neceſſe eſt, facient; ſemet ipſos ignorantes. Nam quomodo poteſt alteri dare, quod ipſe non habet? hęc ille. Alibi enim idem in charmi: vel de temperantia. nihil aliud, inquit, eſſe, noſcere ſe ipſum, niſi temperate viuere. Et Marſi. Fici. in argum. Plato. dicit, ſub hoc epigrammate, noſce te ipſum, ſignificari, neminem niſi temperatum, de temperantia loqui, ad perſuadendum, vel debere, vel poſſe. Alexipharmacum igitur neceſſarium eſt, quod eſt, auxiliare remedium eſt quàm ſapientia.

Sapiētia docet temperātiam.

ℭ Nam ſapientia temperantiam docet, 9
& prudentiam, tum iuſtitiam, ac fortitudinem; quibus nihil eſt hominibus in vita iucundius. ac vtilis. vt Sapien. c. 8.

Sapiētia eſt regibus neceſſaria.

ℭ Nimirum ergo ſi ſcri- 10
bitur ſapien. c. 7. (ſi ergo ſolijs & regnis ò Reges populorum delectamini, ſapientiam in pretio habete: vt imperpetuum regentis) per hanc ſapientiam (ſcribitur Sapien. cap. 8.) gloriam in vulgus adipiſcor, & honorem apud ſeniores iuuenis, acutus comperior in iudicio; & in conſpectu potentum, ſum admirabilis, ſtupentque me principium facies. tacentem me ſuſtinere ſolent, & loquentem attendere; pluribuſque differente me manum ori admouere. per hanc conſequar immortalitatem, & relinquam æternam poſteris meis memoriam; regimen populorum adminiſtrabo, genteſque mihi parebunt: tum famam meam reges hortendi metuunt, vulgo bonus apparebo, belloque fortis: in hac denique domum ingreſſus acquieſcam.

Leges cur conſtitutæ.

ℭ Cum enim leges conſtitutæ ſint ad hunc 11
finem, vt ad diuinum cultum homines dicantur, & legem conditor, ſumma cum diligentia, totam ciuitatem colere quaſi agrum; vt exquiſitam de eligendis ſerendiſque ſeminibus, habeat rationem: deinde de opportuna plantæ cuiuſque cultura, item de extirpandis ſtatim, ab initio noxijs herbis & ſentibus, deinde de omnibus ad maturitatem ſuo ordiine perducendis. ſecundum Marſi. Ficin. in arg. Platon. dialo. 1. de legi. Neceſſarium eſt, vt cuſtodes legum & qui eas effectui demandare habeant, ſint & ipſi cuſtodes legum; & in ſe ipſis; & in ſuis. Et eam bonitatem, moderantiam, & virtutem quas alteri obſeruandas præcipere habeant, ipſemet obſeruent; ad cultum diuinum diligenter attendant, & omnibus iuribus, ſed ipſos in reprehenſibiles cunctis præbeant. Nam Apoſto. ad Cor. 1, cap. 8, dicit, (ſed videte) ne quomodo poteſtas illa veſtra,

offendiculo

offendiculo ſit ijs qui infirmi ſunt. Etenim ſiquis conſpexerit te, qui habes conſcientiam in epulo ſimulachrorum accumbentem, nonne conſciētia eius, cum infirmus ſit, ædificabitur ad adeundum ea quæ ſunt ſimulachris immolata, & peribit frater qui infirmus eſt, in tua ſcientia: propter quem Chriſtus fuit mortuus, magis enim ſubditi ſcandalizantur ex minima culpa præſidentis, quam ſi vniuerſam eccleſiam ſeu ciuitatem viderent, & oculis perſpicerent in peccatis, & criminibus contaminatam.

12 ¶ Non.n.poteſt præſes eccleſiæ, vel ciuitatis, auferre malum, de medio eius, qui in delictum ſimile corruit. Qua enim liberate peccantem corripere poſſet, cum tacitus ipſe ſibi reſpondeat eadem ſe admiſiſſe, quæ corripit? ſic ergo, omni tempore Epiſcopum inreprehenſibilem, & ſine crimine eſſe oportet cap. primum 25. diſtinctio: & cap. vnum orarium. & ſi legitur apud Cicero. de peti.conſu. eum qui ad aliquod officiū ciuitatis aſſumitur, eſſe debere nouum hominem, & vti nouum hominē oportere, cuncta facere, quanto magis debemus dicere de Epiſcopis? legitur enim apud Valer. Maxi.lib.6.cap.9. C. Valerium flaccum, quàm primum flaminem factum fuiſſe, à Publio Licinio Pontifice Maximo, quantum prius luxurię fuerat exemplum, tantum poſtea modeſtiæ, et ſanctitatis ſpecimen euaſiſſe. Et Q. Catulum, cuiuſquidem ſi ſuperior ætas reuolueretur, multi luxus multæ delitiæ reperirentur, at cum princeps patriæ exiſteret nomen eius in capitolino faſtidio fulguiſſe conſtat.

Præſes non poteſt malū prohibere ſi ille ſimile committat.

13 ¶ Sed licet illud ad Timo. & ad Tit. aliqui intelligerent, vt Epiſcopus ſine reprehenſione, & etiam veniali peccato eſſet; nihilominus recte intelligi debet, vt ſit ſine criminali peccato, vel ſine criminali infamia vt in cap. vnum orarium. 20. diſtinctio: Quia ſolus Chriſtus potuit dicere, quis ex vobis arguet me de peccato? nam teſte Ariſto. in 3. ethico.9. difficile eſt in quaque re, ſic agere, vt officio non deſis: quando quidem in omni re medium perſpicere, difficile eſt. & ideo qui ad medium contendit eoque dirigit mentem, primum debet ab eo diſcedere, quod contrarium magis eſt. Natura enim inclinamur, alij ad vnum vitium alij ad alterum. & qui nimis vicio adheret, vituperandus eſt: & qui parum

Epiſcopus debent eſſe ſine criminali pecc[illegible]

14 per vicio adheret, non uituperatur. ¶ Debet tamen, cum ſit iudex & miniſter dei in terris (ut dicitur de ute. 1.) ſic uitam ſuam dirigere, ut ſit norma & exemplum uirtutis ſubditis in tribus enim ſe debet Deo, conformare in poteſtate ueritate, & bonitate. ut Exo. cap. 18. Prouide (inquit) de omni plebe uiros potentes & timentes Deum; & qui oderint auaritiam ſine diſcretione.) & 16. de ute. legitur (iudices & magiſtros conſtitues in omnibus portis: ut iudicent populum iuſto iudicio: nec in alteram perſonam declinent.) in his enim uerbis continetur poteſtas, ibi: iudices & magiſtros conſtitues: continetur etiam iudicium ueritatis; ibi ut iudicent populum iuſto iudicio, & rectitudo animi, ſeu uitæ, ibi nec declinent in alteram perſonam. ſecundum Alex. de Aleſ. par. 3. q. xl.

Iudex debet eſſe exēplum virtutis.

15 ¶ Oportet etiam Epiſcopum, & cæteros rectores & ſacerdotes, eſſe uigilantes, ut ad Timoth. legitur. quia dicit Pet. 1. c. 5. Sobrij eſtote & uigilate: quoniam aduerſarius ueſter diabolus, tanquam leo rugiens, ob ambulat,

Vigilās debet eſſe. Epiſcopus.

16 quęrēs quem deuoret. ¶ Nam ſomnus eſt profundatio ſenſus com-

Somnus eſt

profondatio mentis

munis a' cerebro ad cor. Vigilia autem eſt aſcenſus iſtius ſenſus à corde ad cerebrum. 3. Colliget cap. 41. de accidentibus ſomni & vigilię.

Epiſcopus cur uigilare debet? Vigilia p̄ſidētiū quātō ꝓficuit?

℄ Et cum Epiſcopus eo tendere debeat, vt ſubditi & ipſe, ad caput, quod 17
eſt Chriſtus, dirigant mentem, vt diuino cultui intendant, terrena & inferiora deſpiciant, & ipſi Chriſto conformes reddantur nimirum, ſi debet vigilare, & a' ſomno, hoc eſt à profundatione mentis & ſenſus rerum prophanarum & terrenarum expergiſci. ℄ Maximè enim eccleſiæ Dei 18
& ciuitati expedit præſidentem eſſe vigilem & ſollicitum, & ideo dicebat Ariſto. lib. 1. Economi. quod expergiſci decet, prius dominum, quam ſeruum, & cubitum ire poſterius, nec vnquam incuſtoditam eſſe domū, quemadmodum nec vrbem quando opus eſt, neque die, neque nocte, & ante lucem ſurgere. quod & ad ſanitatem, & ad curam rei familiaris, & ad ſtudium philoſophiæ prodeſt quam plurimum. Et Plato in dialogo. 7. de legi. dicit, nam ſiue lex, ſiue officium, id appellandum ſit, quod modo præcipimus, certè omnibus, turpè illud, & illiberale videri debet, vt ciuium aliquis, per totam dormiat noctem, nec primis excitetur & ſurgat, ita vt hoc toti familię pateat. quin etiam vt domina, ab ancillis, non ancillæ ab ipſa, primum exicitentur turpe dicendum apud ſeruos, ancillas, pueros, & domum denique ſi poſsibile ſit, vniuerſam, nocte. igitur exurgant, & magiſtratus publicum aliquid, Patres vero matreſque familiæ in domibus proprijs, rem ſuam curent. Somnus enim multus, nec corporibus, nec animis, neque rebus gerendis, natura conducit. Nemo quidem dum dormit alicuius pretij eſt, non magis quam ſi non viueret. & Paulo poſt. magiſtratus profecto, nocte in vrbibus vigilantes, malis hominibus tum hoſtibus, tum ciuibus terrori ſunt. ℄ Nam prudentis 19
viri, eſt eſſe vigilantem, & ſollicitum. Nam ſollicitus dicitur quaſi ſolers citus, vel ſolers totus, inquantum. ſ. aliquis, ex quadam ſolertia animi, velox eſt ad proſequendum ea quæ ſunt agenda, quod quidem ad prudentiam pertinet. Cuius præcipuus actus eſt, circa agenda pręcipere de cōſiliatis & iudicatis.

Sollicitus unde dicitur.

℄ Vnde Philoſophus dicit in 6. Ethico. quod oportet 20
operari quidem, velociter conſiliata, conſiliari autem tarde, & inde eſt, quod ſolicitudo propriè ad prudentiam pertinet propter hoc dicit Augu. in lib. de moribus eccle. quod prudentiæ ſunt excubiæ, atque diligentiſsima vigilantia, ne ſub repente paulatim mala ſuaſione fallamur. ſecundum Bea. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 47. art. 9.

Conſiliari tarde, velociter operari conſiliata debemus.

Prudentia an ad locum communem ſe extēdat?

℄ Nec prudentia tantum ad 21
bonum proprium, & regimen ſui ipſius ſe extendit, (ſicut quidam dicebant) ſed etiam ad bonū commune, & regimen ciuitatis, nam repugnat charitati, aliter dicere quæ nō quærit quæ ſunt. (vt dicitur. 1. ad Cor. 13.) vnde & Apoſtol. de ſe ipſo dicit. 1. ad Cor. 10. (non quærens quod mihi vtile ſit, ſed quod multis. vt ſalui fiant) repugnat etiā rationi rectè, quæ hoc indicat quod bonum commune ſit melius, quam bonum vnius. ad prudentiam enim pertinet rectè conſiliari iudicare, & præcipere de his per quæ peruenitur ad debitū finem, & ideo manifeſtum eſt quod prudentia non ſolum ſe habet ad bonum priuatum vnius hominis, ſed etiā ad bonum commune multitudinis. ſecundum Bea. Tho. vbi ſupra ar. 10.

Vigilare in

℄ Nec vigilantem oportet eſſe Epiſcopum circa temporales res, ſed circa 22
regimen

regimen ſui ipſius domus, & eccleſiæ cui præeſt. nam Anaxagoras cum
poſt diutinam peregrinationem patriam repetiſſet, poſſeſſioneſque de-
ſertas vidiſſet, nõ eſſem, inquit, ego ſaluus, niſi iſtæ perijſſent. vocem pe-
titæ ſapientiæ compotem, nam ſi prædiorum potius, quam ingenij cultu-
ræ pacaſſet, dominus rei familiaris intra penantes manſiſſet, non tantus
Anaxagoras ad eos redijſſet. vt ſcribitur apud Valer. Maxi. lib. 8. cap. 7.
ſed eſt aduertendum, quod ſollicitudo importat ſtudium quoddam, ad-
hibitum ad aliquid conſequendum, manifeſtum eſt autem, ꝙ maius ſtu
dium adhibetur, vbi eſt timor deficiendi. Et ideo vbi eſt ſeueritas conſe-
23 quendi, minor interuenit ſollicitudo. ¶ Sic ergo ſollicitudo temporalium
rerum, tripliciter poteſt eſſe illicita, vno quidem modo, ex parte eius, de
quo ſollicitamur. Si ſcilicet temporalia, tanquam finem quæramus, vn-
de & Augu. dicit in libr. de operibus monachorum (cum dominus dicit.
nolite ſolliciti eſſe, & cæt. hoc dicit vt non iſta intuantur, & propter hoc
iſta faciant quicquid in euangelij prædicatione, facere iubentur) alio mõ
poteſt eſſe temporalium ſollicitudo illicita propter ſuperfluum ſtudium
quod apponitur ad temporalia procuranda, propter quæ homo à ſpiri-
tualibus, quibus principalius inſeruire debet, retrahitur. Et ideo dicitur
Math. 13. quod ſollicitudo ſeculi ſuffocat verbum. Tertio modo ex par-
te timoris ſuperflui quando ſcilicet aliquis timet ne faciendo quod debet,
neceſſaria ſibi deficiant, quod dominus tripliciter excludit primo pro-
pter maiora beneficia homini præſtita, diuinitus præter ſuam ſollicitu-
dinem ſcilicet corpus & animam. ſecundo, propter ſubuentionem, qua
Deus animalibus & plantis ſubuenit, abſque opere humano, ſecundum
proportionẽ ſuæ naturæ. tertio, ex diuina prouidentia propter cuius igno
rantiam gentiles, circa temporalia bona quærenda, principalius ſolli-
citantur. Et ideo noſtra ſollicitudo principaliter debet eſſe de bonis ſpiri-
tualibus, ſperantes quod etiam temporalia, nobis proueniet ad neceſsi-
tatem, ſi fecerimus quod debemus. ſecundum Bea. Thom. ſecunda ſecũ
dæ. q. 55. arti. 6. ad præſidem enim pertinet eſſe ſollicitum, de his quibus
pręeſt. ſecundum illud ad Rom. 12. (qui pręeſt in ſollicitudine) nam ex di
uina ordinatione pręeſt etiam temporalibus rebus. ſed principaliter ideo
præeſt vt ad diuinum cultum attendatur.
24 ¶ Oportet etiam Epiſcopum & cæteros alios miniſtros Dei eſſe ſobrios,
ſobrij enim dicuntur qui in cibo, ac potu tẽperantes ſunt, quaſi ſine ebrie
tate, et qui actu non ſunt ebrij. Cice. 4. Aca. 96. ne vinolenti quidem, quę
faciunt eadem approbatione faciunt qua ſobrij hic ſobriũ vinolento op-
poſuit. idem in orato. 53. fuere apud ſanos, & quaſi inter ſobrios bachari,
vinolentus videtur, & ſobriè aduerbium, temperanter accipitur. Cice. 1.
offi. 149. intelligemus quã ſit turpe diffluere luxuria, & delicatè ac mol-
liter viuere, quam honeſtum, parcè continenter, ſeuere, ſobriè. Item ſo-
briè. .prudenter. ſecundum Plau. Pſeud. 14. 33. dona dabo, & faciam, ſi
25 quidem hanc rem accuraſsis ſobriè. ¶ Sobrietas enim in tẽperantia cõ-
tinetur, ſecundum quod eſt ratione regulata, quia tunc ſignificat, vel ha-
bitum virtutis, vel actum non autem ſecundum quod eſt, ſecundum ſe
conſiderata ſecundum Bea. Tho. ſecunda ſecundæ. qõ. 145. art. 1. & ideo
bene

quibus debet Epiſcopus?

Solicitudo temporaliũ tripliciter mala.

Sobrius debet eſſe Epiſcopus, & cęteri Dei miniſtri. Et ſobrij qui dicuntur.

Sobrietas cõtinetur in temperãtia.

bene ad Timo. ſeu: Tit. ſubditur non vinolentum, quia hic opponitur ſo brietati; ſecundum prædicta. inquit enim Apoſtol. ad Ephe. c. 5. (videte igitur. quomodo circunſpecte ambuletis) non vt inſipientes, ſed vt ſapientes, redimentes occaſionem, quod dies mali ſint. propterea ne ſitis imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas domini: & ne inebriemini vino, in quo luxus eſt; ſed impleamini ſpiritu, loquente vobis met ipſis, per pſalmos & hymnos & cautiones ſpirituales canentes ac pſallentes in corde veſtro, domino gratias agentes ſemper de omnibus in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, Deo & patri, ſubditi viciſcim alius alij

Vinum eſt res luxurioſa.

cum timore Dei. ¶ Nam Hieronimus in epiſtolis, inquit. luxurioſa res. 26
eſt vinum, & contumelioſa ebrietas: omnis qui cum his miſcetur non erit ſapiens. & idem in Miche. eccleſiæ principes, qui delitijs affiuunt. & inter epulas atque laſciuias pudicitiam ſeruare ſe credunt: propheticus ſermo deſcribit, quòd eijciendi ſunt de ſpacioſis domibus lautiſque conuiuijs, & multo labore epulis conquiſitis. & ſi vis ſcire quo eijciendi ſunt, propter malas cogitationes & opera ſua, Euangelium lege: in tenebras ſcilicet exteriores, vbi erit fletus & ſtridor dentium. Vt habetur in c. eccleſiæ. 35. diſtin. & idem Hier. dicit. (vt habetur in c. venter ea. 35. diſtin.) quòd venter mero eſtuans, cito ſpumat in libidiuem: vbi ebrietas ibi libido dominatur & furor. & in c. vinolentum ibi dicitur, quòd vinolentum ſcerdotem, & Apoſtolus damnat, & vetus lex prohibet: ſacerdotes qui miniſtrant in templo Deo, prohibentur uinum & ſiceram bibere; ne crapula & ebrietate aggrauentur corda eorum. & Plato dialo. 2. de legi. ſic inquit (harum legum auctores, atque cuſtodes a perturbatione & ebrietate. remotos eſſe oportet, vinolentorum duces, ſine quibus contra ebrietatem pugnare, durius eſt, quàm ſine ducibus ſobrii cum hoſtibus dimicare) inquit etiam in fine dialogi quod magiſtratus, gubernatores & Iudices quandiu in magiſtratu ſunt, deberent abſtinere a uino. ſeruandam eſſe mediocritatem in eſculentis poculenris, alijſquæ rebus docet Hippocrates apho. lib. 2, nec ſatietas, inquit, nec fames, nec aliud quicquam citra modum naturæ vel ultra bonum eſt. in eã ſententiam Galenus.

Sanitas quid ſit qui duæ morbus.

¶ Quum ſanitas inquit, ſit mediocritas, atque moderstio quædã 27
omnes immoderationes, quæ a medio plurimum diſtant eſſe morbos, neceſſe eſt. Cice. de ſenectute. tantum cibi & potus adhibendum vt reficiantur vires non opprimantur. Sic & Ariſto. 2. Ethi. cap. 2. latius dicit. & idem Ariſto. 3. Ethi. cap. 5. dicit (Porro autem legum conditores, eum qui per imprudentiam peccat, afficiunt pæna, ſi videatur ignorationis eius eſſe cauſa: vt ebriis & temulentis, duplices pœnæ conſtitutæ, quia principium fuit in eius poteſtate. qui ebrius eſt factus, quando quidem pœnes eum poteſtas eſt, fugiendæ vinolentiæ quæ erroris & imprudentiæ cauſa eſt.)

Modeſti debẽt eſſe dei miniſtri.

¶ Oportet ſimiliter Epiſcopum & ſingulos alios Dei mi- 28
niſtros eſſe modeſtos, ut ad Tit. & Timo. ſcribit Apoſtolus.

Modeſtus qs dicatur.

¶ Modeſtus enim adiectiuũ dicitur tẽperatus. Teren. adelphi. 5. 8. 7. pro 29
ba & modeſta hinc dicitur quis modeſtus vultu, hoc eſt ipſo vultu, modeſtiam quandam per ſe ferens. Teren. And. 1. 1. 93. adeo modeſto adeo ue nuſto, ut nihil ſupra eſt enim modeſtia moderatio continens in animo, cupidi-

cupiditatum. Cicer. 1. offi. 199. ſic fit, ut modeſtia, ſcientia ſit opportuni-
tatis, idoneorum ad aliquid agendum temporum. Item modeſtia eſt
ſcientia earum rerum, quæ agentur, aut dicentur, loco ſuo collocandarũ
Cicer. offi. 1. 198. ad Timot. enim dicitur oportere eſſe epiſcopum mode-

Temperantia quæ ſub ſe continet.

30 ſtum, & ad Titum dicitur, oportere eſſe temperantem. ¶ Sub tempe-
rantia enim (ſecundum Tull. in retho.) continetur continentia, clemen-
tia, & modeſtia, & ſub modeſtia comprehendit omnia illa, quæ perti-
nent ad moderationem corporalium motuum, & exteriorum rerum: &
etiam moderationem ſpei quæ ad humilitatem pertinet. ſecundum Beat.
Tho. ſecunda ſecundæ q. 143. ar. 1. nam circa motus & actus corporales,

Modeſtiæ tria mẽbra.

31 moderationem & refrenationem facit modeſtia. ¶ Andronicus, ſuper
ſomn. Scipion. in tria diuidit: ad quorum primum pertinet deſcerne-
re, quid ſit faciendum: & quid dimittendum & quid quo ordine ſit a-
gendum: & in hoc firmiter perſiſtere, & quantum ad hoc ponit bo-
nam ordinationem. aliud autem eſt, quod homo in eo quod agit, de-
centiam obſeruet: & quantum ad hoc ponit ornatum. Tertium autem
eſt in colloquijs amicorum, vel quibuſcunque alijs & quantum ad hoc

Moderatio circa exteriora duplex.

32 ponitur aſperitas. ¶ Circa exteriora ue o. duplex moderatio eſt ha-
benda: primo quidem, ut ſuperflua non requirantar, & quantum ad
hoc ponitur à Macrobio parcitas: & ab Andronico per ſe ſufficien-
tia 2. vero, vt homo non nimis exquiſita, requirat, & quantum ad hoc
ponit Macrobius moderationem. Andronicus vero, ſimplicitatem.

Modeſtia ĩ colloquijs. ſeruanda ẽ.

33 ſecundum Beat. Tho. ſecunda ſecundæ q. 143. Ar. 1. ¶ Opurtet igitur, ꝙ
Epiſcopus, & cæteri miniſtri, ac rectores, ſeruent modeſtiam in collo-
quijs: nam Apoſto. ad Ti. c. 2. dicit (ſtultas autem quæſtiones & genealo-
gias, & contentiones ac pugnas legales omitte: ſunt enim inutiles &
ſuperuacaneæ) & ad Cori. 1. 15. mores bonos (inquit) colloquia cor-
rumpunt mala) & ideo dicebat Hiero. ad Damaſum papam de filio ꝓ-
digo (vt ſcribitur in c. ſacerdotes 37. diſt.) Sacerdotes Dei, (omiſsis euan
geliis & prophetis) videmus comedias legere: amatoria bucolicorum
verſuum verba, cantare, tenere Vergilium, in manibus & id quod in
pueris, adeſt cauſa neceſsitatis, crimen in ſe facere voluptatis.) proui-
dendum eſt, quoque ſollicita intentione rectoribus: vt ab eis non ſolum
praua nullo modo, ſed nec recta quidem nimie & inordinate proferantur
quia ſæpe dictorum virtus peditur, cum apud corda audientium loqua-
citas in cauta opportunitate leuigatur: & auctorem ſuum, hæc eadem
loquacitas inquinat: qui ſeruire auditoribus ad vſum profectus ignorat:
in c. ſit rector 43. diſtin. §. prouidendum. & Greg. in 15. c. ſui paſtoralis, ait

De eodem.

vt habetur in d. cap. ſit rector. dicit. ¶ Sit rector diſcretus in Silentio, vti-
lis, & cautus in verbo: ne aut tacenda proferat: aut proferenda reticeſcat,
nam ſicut incauta locutio. in errorem protrahit: ita indiſcretum Silẽtium,
eos qui erudiri poterant, in errore delinquit. & cæt. & paulo poſt, in §. ſed
cum rector. dicit, ſed cum rector, ſe ad loquendum præparat, ſub quanto
cautelæ ſtudio, loquatur attendat: ne ſi inordinate, ad loquendum rapi-
tur erroris vulnere, corda audientium feriantur: & cum fortaſſe ſapien-
tem ſe uideri deſiderat virtutis cõpagem inſipienter abſcindat hinc nanq;

veritas

veritas dicit in Marco: ſalem in vobis, & pacem habete inter vos per ſalem quippe verbi ſapientia deſignatur: qui ergo loqui ſapienter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio, audientium vnitas confundatur. hinc Paulus ait, ad Romanos, noli plus ſapere, quàm oportet ſapere,

Modeſtia i cibis ſeruanda eſt.

ſed ſapere ad ſobrietatem. ℂ Item oportet ſeruari modeſtiam in cibis cõ 35
uiuijs, & potu, & ideo ſtatutum fuit, in concilio laudicenſi quod clerici cuiuſcunque ordinis, non intrent ad commedendum & bibendum in

Clerici intrãtes tabernas quando deponendi ſunt.

tabernis. ℂ Quod ſi contrarium fecerint: deponendi ſunt. vt in c. non 34
oportet clericos & c. nulli clerico 44. diſtin. niſi peregrinationis cauſa vt in c. clerici ea diſtin. Item Grego. naturali. Epiſcopo, ſic ſcripſit. Multis ab vrbe tua venientibus, frater cariſsime didici, paſtorali cura derelicta ſolis te conuiuijs occupatum: quæ audita non crederem, niſi hæc actionum tuarum experimentis probarem: nam quia nequaquam lectioni ſtudeas: nequaquam exhortationi inuigiles, ſed ipſum quoque vſum eccleſiaſtici ordinis, ignores, hoc eſt teſtimonium, quod his ſub quibus es poſitus, ſeruare reuerentiam neſcis. vt habetur in cap. multis 44.

Temperantia i quibus conſiſtat.

diſtin. cum ſequenti. ℂ Temperantia enim circa delectationes guſtus, 36
vel olfatus, vel viſus, conſiſtit; ſecundario; inquantum ſenſibilia horum ſenſuum, conferunt ad delectabilem vſum rerum neceſſarium, quę pertinent ad tactum, quia tamen guſtus propinquior eſt tactui, quam alij ſenſus: Ideo temperantia magis eſt circa guſtum quàm circa alios ſenſus, ſecundum Beat. Thom. ſecunda ſecundę q. 141. ar. 8. ſcribit enim Apoſto. ad Roma. (non in commeſſationibus & ebrietatibus: ventris nanque ingluuies ad luxuriam prouocat facile: & omnes opus bonum diſſoluit.

Vicinitas mẽbrorum cõfederatio vitiorum.

ℂ Hinc dicit Hyero. quod venter & genitalia, ſibimet ipſis vicina ſunt: 37
vt ex vicinitate membrorum confederatio intelligatur vitiorum.

Modeſtia i inceſſu.

ℂ Item oportet ſeruari modeſtiam, ſiue moderantiam in inceſſu, 38
vt in grauitate itineris, nam ex ea oſtenditur grauitas mentis in inceſſu, autem, debet eſſe ornatus: vt grauitate itineris, mentis maturitas, oſten-

Incompoſitio corporis mentis indicat inęqualitatem.

datur. ℂ In compoſitio enim corporis (vt Auguſt: ait) inequalitatem in- 39
dicat mentis: vnde hiſtoriographus ille, cum eius mutabilitatem deſcriberet: cuius conſcientia excitata curis mentem vaſtabat: Inter cætera hoc etiam notabile indicauit dicẽs. inceſſus eius modo citius, modo tardus. hiſtoriographus eſt Saluſtius, ſcribens de mutabilitate catilinæ, vt habetur

modeſtia ẽt in veſtibus ſeruanda ẽ.

in c. fi. xli. diſtin. ℂ Item ſeruanda eſt modeſtia in veſtibus & habitu: vt 40
nec fulgidis, aut vilibus veſtibus & ſordidis, ſe ornet. vt in c. i. xli. diſtin. ex concilio enim gangren. ſcriptum eſt, (parſimoniam cum veſte humili, non reprobamus: ſicut etiam ornatum præter corporis diligentiam infucatum laudamus: diſſolutos autem & fractos veſtibus, & inceſſu non recipimus:) vt habetur in c. parſimoniam xli. diſtinct. Item ex concilio chartagi. habetur. (Epiſcopus uilẽ ſuppellectilem & menſam ac victũ pauperem habeat: & dignitatis ſuæ autoritatem, fidei & vitæ meritis quærat: hoſpitium quoque non longe ab eccleſia habeat.) ut habetur in c.

Modeſtia ſeruanda in conuerſatio.

Epiſcopus. xli. diſtin. ℂ Item ſeruanda eſt modeſtia, in conuerſationibus 41
hinc immoderata famil aritas, etiam cum perſonis domeſticis interdicta eſt Epiſcopis. vt in c. i. xxxiiij. diſtin. ℂ Et cum fœminis etiam conſangui- 42
neis,

neis,non debet eſſe conuerſatio.l.eum qui.& ibi doct.C.de epi.& cle. & lxxxi.diſtin.c.cum oportet,& c.in omnibus.& c.interdixit.xxij.diſtinct. vnde dicebat Hiero.hoſpitiolum tuum , aut raro aut nunquam mulierũ pedes terant: quia non poteſt toto corde cum Deo habitare , qui fœminarum acceſsibus copulatus.c.hoſpitiolum.xxxij.diſtin.et ideo infertur,

nibus.

Cum mulieribus clericis etiam cõ ſanguineis interdicta conuerſatio eſt.

43 quod Auguſtinus noluit habitare cũ ſorore.c.legitur.lxxxi.diſt.¶ Oportet etiam Epiſcopum,& cæteros rectores,eſſe temperantes, circa concupiſcentias,& delectationes vel cupiditates: nam dicebat Architas tarētinus,nullam capitaliorem peſtem,quàm corporis uoluntatem hominibus à natura datam.quis vnquàm tam laudauit Sextum Tarquinium,quòd animo forti capeſſeret pugnam,quàm vituperauit eundem, quòd lucretiæ ſtuprum,obruiſſet? non eſt conſentaneũ,inquit Cice.in offi.qui metu non frangatur,eum frangi cupiditate,nec qui inuictum ſe à labore præſtiterit, vinci,à voluptate. Vacandum eſt omni animi perturbatione,tum cupiditate & mætu, tum etiam ægritudine & uoluptate animi & iracundia. Præclarum illud Horationum,fortior eſt,qui ſe,quàm qui fortiſsima vincit oppida. Vides ut propter in temperantiam fortitudo non ſit in honore, temperantia laudatur ſine fortitudine: magis enim accuſandus eſt intemperans,quàm timidus.Fertur ergo cupiditate petulans.laſciuus, intemperans.loquax,tum maxime letus quum iocari ludere,curſitare,ſeria fugere fabulas audire, vanis ſermonibus intereſſe, epulis frui,dormitare.

Tēperantia circa concupiſcētias debet eſſe in Epiſcopis.

44 ¶ Voluptatis enim appetitio,in explebilis dicitur;quia quanto ſæpius homo, veneri indulget,tanto magis accenditur libido, tanto cupidius eo reuertitur, nec ante finem facit, quam fractæ deficiunt uires. quin etiam nonnulli viribus deſtituti,ultro aſiſcunt hoc malum, factique aut morbo

Voluptatis appetitio in explebilis dicitur.

Cupido cur puer pingitur.

45 aut ætate languidi ſcorto carere non poſſunt. ¶ Eam ob cauſam, ueteres pingebant cupidinem, puerum macie confectam,quòd iſta libido recrudeſcit uireſque labefactat inſatiabilis,igitur hæc cupiditas.Cicer.li.i.de finibus. cupiditates ſunt inſaciabiles.quæ non modo ſingulos homines,ſed uniuerſas familias euertunt,totam etiam labefactant,ſæpe rempublicam. Idem paradoxo:primo nunquam me hercle ego neq; pecunias iſtorum, neque tecta magnifica,neque opes,neque imperia,neque eas quibus maxime aſtricti ſunt voluptates, in bonis rebus aut ex petendis eſſe numerãdas duxi,quippè cum uiderem homines his rebus circumfluentes,ea tamen deſiderare maxime quibus abundarent.neq; unquam expletur,nec ſatiatur cupiditatis ſitis.Sapiēs ille Rex Salomõ cum tam multas uxores haberet,ac concubinas, cupiditate rapiebatur, ad alienas Sardanapalus, quo magis vtebatur muliere, eo magis ardebat, & abiiciebat ſeſe ad muliebria miniſteria.Tiberius Imperator, vbi confecerat corpus impurum nimia libidine,tantæ cupiditatis erat , ut intuens impudicos languidam venerem ſuſcitaret.nullus enim eſt huius rei modus quid? ebrioli, nonnè quanto ſæpius adeunt cauponas,tanto magis ardent adeundi cupiditate? qui uentrem paſcunt epulis,ecquid omittunt unquam, quo iucũdius uoluptatæ frui poſsint,quid eſt,ꝙ Tityus amator latonæ,uulture paſcit,Iecore,ſemper renaſcente, nec fibris requies datur ulla renatis, inquit Virgi. Iecur. locus eſt cupiditatis quæ carpit hominem, & expleta, non ita

multo

Temperantia debet ēt eſſe circa inſligēdas pœnes.

multo poſt ſiti uehementiore præmitur. ℭItem attendi debet temperan- 46
tia circa infligendas pœnas; nam diſciplina, vel miſericordia multum de-
ſtituitur. ſi vna ſine altera teneatur; ſed circa ſubditos ineſſe debet recto-
ribus & iuſte conſulens miſericordia, & piè ſeuiens diſciplina. ut legitur
in c. diſciplina. xlv. diſt. omnis enim qui iuſte iudicat, ſtatheram in manu
geſtat. in vtroque penſo Iuſtitiam, & miſericordiam portat: ſed per iuſti
tiam reddit peccati ſententiam, per miſericordiam peccati temperat pœ-
nam: ut iuſto libramine quædam per æquitatem corrigat: quædam vero
per miſericordiam indulgeat. ut in c. omnis qui, ea. xlv. diſtin. & in c. ſunt,
ead. diſtin. dicitur, ſunt nanque nonnulli ita diſtricti vt etiam omnem mã-
ſuetudinem benignitatis amittant: & ſunt nonnulli ita manſueti: vt per-
dant diſtricti iura regiminis. ℭVnde cunctis rectoribus utraque ſummo- 47
pere ſunt tenenda: ut nec in diſciplina deſit benignitas manſuetudinis:
nec rurſus in manſuetudine diſtrictionem deſerant diſciplinæ. qnatenus
nec a compaſsione pietatis obdureſcant: cum contumacem corrigunt:
nec diſciplinæ vigorem molliant cum infirmorũ animos conſulantur. Re-
gat ergo vigor diſciplinæ manſuetudinem: & manſuetudo ornet ſermo-
ne uigorem: & ſic alterum commendetur, ex altero: ut nec vigor ſit ri-
gidus, nec manſuetudo diſſoluta.

Rectoribus rigor & mãſuetudo uon deeſſe dēt.

Hoſpitalitas requiritur in Epiſcopo.

ℭItem oportet eſſe Epiſcopum, & cæteros alios Dei miniſtros, hoſpita- 48
les. nam dicit Hieronymus: quod non eſt facile ſtare in loco Petri & Pau
li ſcilicet tenere cathedram regnantium cum Chriſto. quia hinc dicitur:
non ſanctorum filij ſunt qui tenent loca ſanctorum. ſed qui exercent ope
ra eorum. ut in cap. non eſt. 40. diſtinc. Inquit enim Plato in dialogo. v.
de legi. (ferme in omnia peregrinorum & contra peregrinos peccata præ
illis quæ inter. ciues committuntur ultori Deo curæ ſunt. nam cum
peregrinus amicis cognatiſque careat, maiorem & apud Deos, & apud
homines meretur miſericordiam. quare qui magis vlciſci poteſt is ad fe-
rendum auxiliũ eſt paratior. ℭHoc enim officium hoſpitalitatis, etiam 49
iure ciuili commendatur; & dicitur pium, & primus hoſpitalarius fuit
Ioticus nomine. vt in l. vna. C. de Epiſcopis & cleri. ℭ Et etiam apud 50
turchas hoſpitalitas, valde frequentatur; hinc multa hoſpitalia conſtitu-
ta cernuntur ubi maxima cura habetur de peregrinis & infirmis. vt re-
fert Io. Anto. mena. in ſecundo libro legum turcharum cap. 11.

Hoſpitalitatis officiũ laudabile.

Hoſpitalitatis officiũ apud turchas.

Hoſpitalitas a Deo cõmendata.

ℭHoſpitalitas enim ipſa, ab ipſo Deo commendatur, hinc dicit, hoſpes 51
fui, & non ſuſcepiſtis me nam ſi ſacerdos primum a ſe ipſo & a domeſti
ca ſua eccleſia debet exigere, quod poſtea populis imperet: ſi primum
imitando Chriſtum, ipſe debet facere, quæ poſtea populum doceat;
neceſſe eſt, ut pauperes in hoſpitio, recipiat, quoad hoſpitalitatem fa-
cilius ſuo exemplo ſubditos attrahat. ut in cap. 1. 42. diſtinc. ordinandus.
Itaque ſacerdos ad memoriam reuocet, quomodo Abraam & Loth, per
hoſpitalitatis opera. Deo placere & Angelos hoſpitio meruerunt recipe-
re: & quomodo Angeli Sodomis hoſpitalem domum ingreſsi Loth. cum
familia ſua liberauerunt: quomodo clauſas domos cum hoſpitibus ignis
ingreſſus perdiderit. ℭOportet etiam Epiſcopum & cæteros rectores, 52
& eccleſiarum ſacerdotes, eſſe actos ad docendum, vnde in concilio to-
letano

Epiſcopus ſit actus ad

53 letano legitur. ℭ Ignorantia mater cunctorum errorum, maximè in ſacerdotibus Dei euitanda eſt, quí docendi officium in populo Dei ſuſceperunt. Sacerdotes legere ſanctas admonentur ſcripturas, Paulo Apoſtolo dicente ad Timo. attende lectioni, & exhortationi doctrinæ, & ſemper mane in his. Sciant ergo ſacerdotes, ſanctas ſcripturas & canones, & omne opus eorum in prædicatione conſiſtat, atq; edificent cunctos tam fidei ſcientia, quàm operum diſciplina, vt in capitu. ignorantia. 38. diſtin. Item in cap. ſin laycis ead. diſtin. dicitur ꝙ ſi in laycis videtur intollerabilis in ſcientia, quanto magis in his qui præſunt nec excuſatione ſunt digni nec venia. Nam cum Epiſcopus, & alij rectores debent alios docere vel tranſgredientes punire, neceſsè eſt, vt ipſi ſciant, ad quid ſubditi teneantur, & quod ſit officium vniuſcuiuſq; vt in cap. quæ ipſis ſacerdotibus. ead. 38. diſtin.

docendum. Ignorantia mater oium errorum.

54 ℭ Officia autem quæ oſtiarijs exorciſtis, acolytis, pſalmiſtis. lectoribus, ſubdiaconis, diaconis, præsbiteris, Epiſcopis Archidiaconis archipresbiteris, primicerijs & theſaurarijs, cōpetunt deſcribit tex. in cap. perlectis. 25. diſtin. & ea ſcire debet præſidens vt ſciat in quo quis errat, & in quo non quod oportet caſtigari, & quod laudari.

Officia quæ vnicuiq; ſacerdoti conueniunt.

55 ℭ Debet etiam Epiſcopus habere legem ſcrutabiliter, & non tranſitoriè, tam ſacros canones, & ſanctum euangelium, quàm diuini Apoſtoli librum, & omnem diuinam ſcripturam, & ſecundum mandata debet conſeruare & docere ſibi populum Cōmiſſum, ſubſtantia enim ſummi Sacerdotij, ſunt eloquia diuinitus tradita, ideſt vera diuinarum ſcripturarum diſciplina, quemadmodum magnus prohibet Dioniſius. quòd ſi diſceptauerit, & ita libenter facere & docere minimè ſpoponderit, nullatenus conſecretur ait enim Prophetæ Deus, tu ſcientiam repuliſti, & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi, vt habetur in capitu. omnes pſallentes. 38. diſtintio.

Epiſcopus debet habere legē ſcrutabiliter.

56 ℭ Tria enim præcipuè, in Epiſcopo requiruntur. literarum ſcientia, ætatis maturitatis, & grauitas morum, & quartum quod ſit de leg. matrimonio natus. extra de ele. c. cum cunctis competens tamen ſcientia in Epiſcopo toleratur c. cum nobis olim de ele. & eſt gloſſ. magiſtra in c. fin. de æta. & qualita.

Epiſcopus tria debet habere.

57 ℭ Oportet ēt Epiſcopum, & cæteros Dei miniſtros, & rectores eccleſiarum vt non ſint percuſſores, ſed ſint alieni à pugnis. nam Gregorius ſcripſit Ioanni Epō Conſtā. (quid autem de Epiſcopis, qui verberibus timeri volunt, Canones dicant, benè fraternitas veſtra nouit, Paſtores. n. facti ſumus, non percuſſores, egregius prædicator dicit, argue obſecra, increpa in omni pacictia & doctrina. Noua verò, atque in audita eſt, iſta prædicatio, quæ verberibus exigit fidem.) & habetur in cap. quid au

Sacerdotes Dei pcuſſores non debent eſſe.

58 tem. 45. diſtin. & ex canone Apoſtolorū colligitur. ℭ (Epiſcopū aut preſbiterum, aut diaconum percutientem, fideles delinquentes, aut infideles, iniquè agentes, & per huiuſmodi volentē timeri, deijci ab officio ſuo præcipimus, quia nunquam nos docuit hoc dominus, ſed econtrario, ipſe cum percuteretur, non repercutiebat, cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur.) vt habetur in cap. Epiſcopum ead. 45. diſt. intellige tamen prædicta, vt non procedant, quando hæc fiūt cauſa correctionis, quia tunc licitè inferuntur verbera ca. in ſumma ead. diſtin.

Epiſcopus vel alius clericus fideles percutiens, ab eorum officio deijciendus eſt.

Clerici ſeditioſi ordinari an debeãt.

diſtin. & declarat gloſſ. in d.c. Epiſcopum ℭ Item (vt dixi) debent eſſe 59
alieni à pugnis, hinc ſeditioſi clerici, nunquam ordinari debent ſicut vſurarij, & iniuriarum ſuarum ultores. vt in cap. ſeditionarios. 46. diſtin. & per totam illam diſtintio. ℭ Item debent eſſe, non turpis lucri cupidi, & 60
alieni ab auaritia. & non ſine cauſa, dixit Apoſtolus non turpis lucri cupidi, eo quia, omnes homines, tum boni, tum mali, omnes ſunt lucri cupidi, vt diffusè ſcribit Plato in hiparco, qui eſt dialogus primus, & ideo turpẽ lucrum tantum damnatur. & idem dicit Pet. 1. epiſto. capitu. fi. & Pau. ad Timo. 1. capit. fin. & dum dicitur alieni ab auaritia, intellige ſine diſcretione. vt legitur Exo. 118. prouide (inquit) de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, & qui oderint auaritiam ſine diſcretione. nam in quibuſcunq; bonum conſiſtit indebita menſura, neceſſe eſt, quod per exceſſum, vel diminutionem illius menſuræ, malum proueniat in omnibus autem quæ ſunt propter finem, bonum conſiſtit in quadam menſura. nam ea quę ſunt ad finem neceſſe eſt commenſurari fini. ſicut medicina ſanitati. vnde neceſſe eſt quod bonum, hominis, circa ea conſiſtat in quadam menſura, dum ſcilicet homo ſecundum aliquam menſuram, q̃ rit habere exteriores diuitias. prout ſunt neceſſarię ad vitam eius, ſecundum ſuam conditionẽ, & Ideo in exceſſum huius menſuræ, conſiſtit peccatum, dum. ſ. aliquis ſupra debitum modum, vult eas acquirere vel retinere, quod pertinet ad auaritiam. ℭ Quæ diffinitur eſſe immoderatum 61
amorem habendi. vt dicit Beat. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 118. art. 1.

Sacerdotes & Præſules auari eſſe nõ debent.

Auaritiæ diffinitio.

Pręſides iracundi nõ debent eſſe.

ℭ Item non debent eſſe iracundi, dicit tamen Plato in philebo. (an forte, in memoriam, nobis illud reducere oportet, quod quemadmodum apud Homerum accidit virum vel prudentem iraſci, eo tamen pacto, ut eius affectus dulcior melle ſit iugiter diſtillante, ſic contingat in uita, vt aliqua irę dulcedo miſceatur, & voluptates in lamẽtationibus atque deſiderijs triſtitiæ mixtæ ſint;) ℭ Ira enim proprie loquendo, eſt paſsio 62 63
quædam appetitus ſenſitiui, à qua uis iraſcibilis denominatur, eſt autem hoc conſiderandum circa paſsiones, animæ. ℭ Quod dupliciter poteſt 64
in eis malum inueniri. vno modo ex ipſa ſpecie paſsionis, quæ quidẽ cõſideratur ſecundum obiectum paſsionis, ſicut inuidia, ſm ſuam ſpeciem importat quoddam malum. eſt enim triſticia de bono aliorum, quod ſecundum ſe, rationi repugnat, & ideo inuidia, mox nominata, ſonat aliquid mali. hoc autem non cõpetit iræ, quæ eſt appetitus vindictæ poteſt enim vindicta bene, & male appeti alio modo inuenitur malum, in aliqua paſsione, ſm quantitatem ipſius ideſt ſecundum ſuper abundantiã, vel defectum ipſius. & ſic poteſt malum inuita inueniri, quando ſcilicet aliquis iraſcitur plus, vel minus præter rationem rectam, tunc iraſci, eſt illaudabilè ſm Beat. Tho. ſecunda ſecundæ. qõ. 158. ℭ Dupliciter enim 65
poteſt ſe habere ad rationem. vno quidem modo, antecedenter, alio modo conſequenter, prout ſcilicet appetitus ſenſitiuus mouetur contra uitia ſecundũ ordinem rationis, & hæc ira eſt bona, quæ dr̃ ira per zelũ. vnde Gre. dicit in. 5. mora. (curandũ ſummopere eſt, ne ira quæ vt inſtrumentũ virtutis aſſumitur, menti dominetur ne quaſi domina pręeat, ſed quaſi ancilla ad obſequium parata à rationis tergo nũquam recedat,) hęc autem

Iræ diffinitio.

Paſsiones animæ dupliciter accidunt.

Ira quõ poteſt ſe habere ad rõnẽ.

tem ira, & ſi in ipſa exequtione actus, iudicium rationis aliqualiter impediat: non tamen rectitudinem rationis tollit. vnde (Grego. ibidem dicit (quod ira per zelum, turbat rationis oculum: ſed ira per uitium excecat.) non eſt autem contra rationem virtutis. vt intermittatur deliberatio rationis in exequtione eius. quod eſt à ratione delib ratum: quia etiam ars impediretur in ſuo actu: ſi dum debet agere deliberaret de agendis.
66 ſ.cundum Beat. Tho. ibidem. ℂ Et ideo prætorum familia, ante eos, ſecures cum virgis admodum ligatas, & ad inuic m ſtrictè arctatas deferebat; eo enim id erat factum, vt ſignificaret magiſtratum ad puniendum, non ſtatim, motu iræ procedere debere ea enim mora, quæ in diſſoluendis ſecuribus à virgis interuenire neceſsè erat, ſignificabat, vt moderata ira, procederetur. vt inquit Blon. lib. 3. de factis Romæ. ℂ Non. n. Prætores cur deferebant faſces.
67 debet, moueri iudex, impetu iræ, vel alterius paſsionis: quia ſi imp tu iræ abſtractus, iudex ſæuiret, magis ſcelus committeret, quam vendicaret; vt dicit Valer. Maxi. lib. v. tit. de paren. mo. in libe. & in lib. 4. tit. de ani. mo. commendat Architam Tarentinum, qui dum patriam reuerteretur, ac rura ſua reuiſcere cœpiſſet, animaduertit, negligentia villici, corrupta & perdita intueſque male meritum, ſumpſiſſet inquit, à te ſupplitium, niſi tibi iratus eſſem. maluit enim impunitum dimittere, quā propter irā grauius iuſto, punire. de quo multa per Guliel. de Bene. in q. an occi. pecca. liceat num. 50. & hæc omnia reſpiciunt circa cognitionem ſui ipſius iuxta inſcriptionem in delphis, noſce te ipſum, & circa ethicam vir- Ira non debet moueri iudex.
68 tutem. ℂ Deinde Apoſtolus ad Tit. 1. 3. tranſeundo ad economicam virtutem, dicit, quod oportet Epiſcopum, vt ſuæ domui, bene præſit, & qui liberos habeat obedientes, cum omni reuerentia, quod ſi quis (inquit) proprię domui, præeſſe non nouit, quomodo eccleſiam Dei curabit? & ideo, debet bene ordinare familiam ſuam; & eam bene gubernare exemplo prius, nam ſecundum Ariſto. primo lib. Econo. niſi quis bonum exemplū de ſe præbuerit. imitatorem diligentiæ habiturum non extimauit: neq; in re familiari. neque in alijs: quoniam impoſsibile ſit, non diligentis domini, diligentes eſſe vicarios. item eam gubernare debet, verbo eam exhortando ad bona opera, laudabilem vitam, virtutes amplectandas, vitia fugienda. Deum diligendum, proximum amandum, opera charitatis temperantiam ſeruandam fidem habendam, & cætera alia virtutum genera: & eam corrigendo, caſtigando, & ſi oportuerit, etiam flag llis verberando; vt ad bonam frugem perducatur nam cauere debet Epiſcopus, ne in familia ſua, habeat aliquem indiſplicinatum. c. ſicut hi qui Epiſcopus debet circa ſuā familiā bñ præeſſe.
69 §. neceſſe 47. diſtin. & cap. peruenit 11. q. 7. ℂ Item Epiſcopus, debet aſſumere in eius cubicularios, & aliquos clericos, uel monachos, non autem laycos, nam eius vita, debet eſſe nota clericis. vt habetur in cap. cum paſtoris. 11. q. 7. & in ca. Epiſcopi ead. 11. q. 7. dicitur quod Epiſcopi debēt lectioni & orationi vacare: & ſemper ſecum presbyteros, & diaconos, aut alios boni teſtimonij clericos, habeant, vt ſecundum Apoſtolum et ſanctorum patruum inſtituta, poſſint irreprehenſibiles inueniri; inquit. n. Hyero. ad Eliodorum, quod non omnes Epiſcopi ſunt Epiſcopi: attende Petrum: ſed Iudam conſidera Stephanum ſuſcipe: Nicolaum reſpice: non Epiſcopus debet habere cubicularios clericos.

B facit

facit eccleſiaſtica dignitas chriſtianum. Cornelius Centurio adhuc et-
nichus dono ſancti ſpiritus mundatur: præsbiteros, Daniel puer iudi-
cat. non eſt facile ſtare in loco Petri & Pauli. ſed tenere locum iam cũ
Chriſto regnantium. Infatuatum ſal.ad nihilum prodeſt,niſi vt proiicia
tur foras: & a porcis conculcetur. ut in cap.non omnes 11.q.7.

Pater familias punitur culpa familię.

¶Propter culpam enim familiæ.negligens pater familias,tam tempora 70
liter quam eternaliter punitur. ut in d.ca.ſicut hi qui.§.neceſſe.47.diſt.

Mulierũ conuerſatio iterdita Epiſcopis et puerorum.

¶Item cauere debet Epiſcopus ut in familiam ſuam mulieres non admit 71
tat,& eſt enim interdicta talis familiaritas,ut in cap.interdixit 81.diſt.&
cap.quorundam 34. diſtin. & pari ratione non aſſumat ſecum pueros,
propter ſiniſtram ſuſpitionem euitandam c.in omnibus 81.diſt.

Epiſcopus debet tueri familiã ſuã.

¶Et familiam quam habet tueri debet Epiſcopus,nam Gelaſius fortuna 72
to Epiſcopo ſcribens,ſic dixit irreligioſum prorſus, & execrabile iudi-
camus,ſi quiſq; clericos uel extraneos,in ſua tuitione ſuſceptos non om-
ni fide & tota animi ſui educauerit ſanctitate , ac cũ olimpius Diaconus
dilectionis tuæ felicis,atque olimpi ſuggeratur auunculus eiuſque paruu
los tutelæ uice ſuſceperit nutriendos: ultra latrocinium eſſe iudicamus,
quod eos bonuſculis parentum (ſicut aſſerunt) reliquit extorres:alia re-
tinendo: alia contra leges & iura uendendo; ut in cap. irreligioſum.

Epiſcopus qualiter dẽt diſtribuere officia ſua.

87.diſt. ¶Item debet Epiſcopus, ſingula officia eccleſiaſtica, perſonis 73
etiam eccleſiaſticis, committere, & diſtribuere officia ſecundum quali
tatem perſonæ, & officij cap.ſingula. 89.diſtin. ¶Item debet Epiſco- 74

Vicarius debet cõſtitui in epiſcopatu.

pus , vicarium ſeu vicedominum , Epiſcopatui & Eccleſiæ præficere
& ſuæ domui , maiorem domus , ut vicedominus ſeu uicarius, Epiſco-
patũ diſponat,& maior domus hopitibus ſuperuenientibus paratus exi-

Secularibus non ſunt cõmittẽdę res eccleſiaſticę

ſtat cap. uolumus. 89. diſtin. ¶Et res eccleſiaſticas ſecularibus perſonis 75
non committat cap.indicatum eſt,ead.89.diſtin. ¶Nec etiam perſonis 76

Conſanguineis non debent res eccleſiaſticę. committi.

conſanguineis. ut in cap.decentér ead.89.diſtin.quod eſſet intelligendũ,
ſi eſſent malæ uitæ,alias dic,vt dixi in practi.cenſuali in verbo Nicolaus
Epiſcopus. ¶Cæterum,ad politicam uirtutem , condeſcendens Paul. 77

Iuſtus & ęquus debet eſſe præſul. Et iuſt' quis dicitur. Iuſtitia eſt ad alterum: Et quõ cognoſcatur.

Apoſto.ad Ti.dicit,oportere Epiſcopum eſſe iuſtum,& æquum.& bona
rum rerum ſtudioſum;iuſtus enim dicitur ille,qui ſcit quæ erga Deum,et
homines,agere atque dicere deceat.ſecundum Plato. in Alcibia .2. & cũ
ſcierit ea, primo debet illa facere quo ad ſe,ut ſic iuſtus reddatur , & illa
demum exemplo,& uerbo,homines docere,aut ſupplicio, ſi duo illa nõ
ſufficiunt,Nullum quippe(inquit Plato in dialo.9.de legi.)ſupplicium le
ge factum,ad malum tendit.Sed duorum alterum,ferè, ſemper ſolet effi
cere nam aut melior,aut certè minus prauus,qui pœnas dedit,fieri ſolet.
Item Iſido.in lib.ethimolo. dicit iuſtum eſſe eum qui ius cuſtodit. ¶Iu- 78
ſtitia enim eſt ad alterum; nam cum importet æqualitatem,ex ſua ratio-
ne oportet,quòd ſit ad alterum: nihil enim eſt ſibi æquale, ſed alteri: &
quia ad iuſtitiam pertinet,actus humanos rectificare,neceſſe eſt,quod æ-
qualitas iſta, quam requirit iuſtitia ſit diuerſorum agere potentium, actio
nes autem ſunt ſuppoſitorum & totorum: non autem proprie loquẽdo
partium & formarum ſeu potentiarum, non enim proprie dicitur quod
manus percutiat;ſed homo per manum; neq; proprie dicitur quod calor
calefaciat:

calefaciat: ſed ignis per calorem: ſecundum tamen ſimilitudinem quandam, hæc dicuntur. Iuſtitia ergo, proprie dicta, requirit diuerſitatem ſuppoſitorum: & ideo, non eſt vnius hominis ad alium; ſed ſecundum ſimilitudinem, accipiuntur in uno et eodem homine diuerſa principia actionũ quaſi diuerſa agentia: ſicut ratio & iraſcibilis & concupiſcibilis: et ideo metaphorice, in vno & eodem homine dicitur eſſe iuſtitia, ſecundum ꝙ ratio imperat iraſcibili & concupiſcibili: & ſecundum quod hęc obediũt rationi: & uniuerſaliter, ſecundum quod unicuiq; parti hominis, attribuitur quod ei conuenit. Vnde et Philoſophus in 5. Ethi. in quantum dicit ꝙ iuſtitia eſt habitus a quo ſunt aliqui operatiui iuſtorum: & a quo operantur & uolũt iuſta, appellat hanc iuſtitiam, ſecundum metaphoram dictã. Iuſtitia autem illa quæ fit per fidem, de qua loquitur Apoſto. ad Rom. 3. eſt in nobis, per eamq; iuſtificatur impius: quæ quidem in ipſa debita ordinatione partium animæ conſiſtit, hoc autem pertinet ad iuſtitiam metaphorice dictam: quæ poteſt inueniri etiam in aliquo ſolitariam uitam agente, ſecundum Beat. Tho. ſecunda ſecundę. q. 58. ar. 1. & 2. & ſic patet
79 Apoſtolum Pau. de utraque loquutum fuiſſe. ¶ Ad hanc igitur iuſtitiam

Iuſtitia ſeruatur per leges.

ſeruandam in terris, habent Epiſcopi canones, qui quidem (ſecundum Iſidor. lib. 11. ethimo.) ſunt regulæ, quæ quidem dicuntur regulæ, quia re
80 ctè dicunt. ¶ Nec aliquem aliorſum trahunt, licet alij dixerũt regulam

Regula vñ dicitur

dictam, eo quia regit: uel normam recte & bene uiuendi prębet; vel ꝙ diſtortum prauumque corrigit. ut in cap. Canon. & cap. regula. 3. diſtin. & ideo neceſſe eſt, Epiſcopos ſcire canones ipſos cap. nullo 38. diſtin.
81 ¶ Habent etiam leges ciuiles, quę quando euangelicis & Apoſtolicis

Ius ciuile ab Epiſcopis quando ſeruatur.

atque canonicis decretis non ſunt contrariæ, ſeruandæ ſunt etiam in eccleſia Dei cap. 11. & cap. ſuſcipitis. & cap. ſi in adiutorium. & c. quis aũt 10. diſtin. eſt tamen, bene verum, quod in defectum canonum ſunt alle-

Legum ſecularium officium.

82 gandæ leges cap. intelleximus extra de nou. ope. nuncia. ¶ Officium vero, ſecularium ſiue eccleſiaſticarum legum, eſt præcipere, quod neceſſe eſt fieri: aut prohibere, quod malum eſt fieri ca. priuilegia. §. officium di. 3. Ius autem conſtitutionis cepit a iuſtificationibus, quas dominus tradidit Moiſi dicens: ſi emeris ſeruum hebreum & cæt. ut in cap. 1. 7. diſtin.
83 ¶ Moiſes genus hebręę, omnium primus, diuinas leges, ſacris litteris ex-

Legum latores primi.

plicauit. Phoroneus trimegiſtus primus, leges Aegiptiis tradidit. Solõ. equidẽ, primus leges athenienſibus ædidit. Lycurgus primus, Lacedemonijs iura ex Apolline auctoritate confixit. Numa pompilius qui Romulo ſucceſſit in regno: primus Romanis leges ædidit. ut in cap. Moi-

Iudices eccleſiaſtici quas leges ſeruare debeant.

84 ſes. 7. diſtin. ¶ Eccleſiaſtici ergo: iudices, ſeruare debent (vt dixi) ea quæ ſcripta ſunt in ſcriptura, ſacra, & ſacris canonibus: & quæ conſuetudo introduxit cap. eccleſiaſticarum. 11. diſtin. nam ea quæ non ſunt ſtatuta, per diuinam ſcripturam, ſi conſuetudo introduxit ſeruanda eſt. cap. in his rebus ead. 11. diſtin. dummodo non ſit contra fidem cap. conſuetu

Trãſgreſſores legũ & conſuetudinis ęquipatantur.

85 dinem eadem diſtintione. ¶ Et puniendi ſunt ita tranſgreſſores conſuetudinis ſicut legis d. cap. in his. Item conſuetudo unius eccleſiæ, non tol-
86 lit conſuetudinem alterius eccleſiæ cap. illud 12. diſtin. ¶ Et ſic locorum cõſuetudines, ſunt ſeruandæ, ſi non ſint contra fidem, aut contra bonos

Cõſuetudi-

nes quando ſeruandę & qñ tollēdæ.

mores cap.illa autem. 12.diſtin. eſt tamen bene verum,quod conſuetudines onerantes eccleſiam, ſunt reſecandæ & tollendæ, data facultate, & ſi fieri poteſt abſque ſcandalo cap. omnia talia ead. 12.diſtin.& ca.vt cōſtituentur.l.diſt.

Leges humanæ vnde deriuatę.

87 ℭ Leges enim humanæ omnes,quātum ad id quod habent iſtum, & legitimum, in ſe: tractæ ſunt à lege æterna, ſicut omne id quod bonum eſt in creatura tractum eſt, ex bonitate prima,& quod verum ex veritate prima. Imò in temporali lege, nihil eſt iuſtum, atque legitimum, quod non eſt æterna, homines ſibi deriuarint.quia cum omnes bonitates, deriuantur (vt dixi) à bonitate prima, & omnes veritates à veritate prima.ſequitur ſimiliter, quod omnes leges, deriuantur ab æterna.ſecundū Augu. 1.lib.de libe.arbi.nec obſtat dicere quod lex æterna, aliqua puniat, quæ lex humana dimittat, quia lex temporalis, non habet punire, niſi mala, quæ ſunt contraria ſuo fini,qui eſt conciliatio pacis inter homines. vnde non aſſumit, ſibi vendicanda mala, cōtraria paci,hominum ad Deum ſicut fornicationem & huiuſmodi, ſed lex æterna hoc vendicat. & propter hoc non ſequitur ratio illa lex tēporalis dimittit impunita, quæ tamen vindicantur per diuinam ſecundum Alexan.de Aleſ.parte.111.quæſt.26.ar.3.

Lex diuina quę doceat.

88 ℭ Per legem enim æternam (quæ & diuina appellatur) de Dei voluntate, docemur; requiritque in nobis plenam, ac perfectam obedientiam, erga Deum,qua nos totos ſubmittamus diuinæ volūtati, ac damnat eos qui non præſtant hanc perfectam obedictiam.

Differentia inter legē diuinam & humanam.

89 ℭ Hoc enim maxime lex æterna, ab humana lege differt,quia humana ęternā, ſed diuina ſeu æterna magis internam iuſtitiam requiri',ideſt mentem, & voluntatem conſentientem legi Dei qua Deum verè & ex animo timeamus ex toto corde, omni fiducia in eum coniecta, diligamus proximum vero noſtrum perinde ac nos ipſos, ſyncero dilectionis affectu complectamur, proindeque damnat hæc lex, omnem concupiſcentiam malam omneſque vitioſos affectus, qui ipſi ſeu obedientiæ perfectæ erga Deum repugnant.

Lex humana quomodo ſe habeat ad diuinam.

90 ℭ Lex humana, (quæ & ius ciuile appellatur) veluti media eſt,inter legem diuinam & diabolicam, ſeu legem fomitis, ſiue carnis quæ quanto ad diuinam magis accedit, tanto ſanctior ac melior eſt, quanto rurſus ad diaboli legem deflectitur, deterior ac deprauatior, eſt autem lex humana, ordinatio publica non præcipiens de interiori mentis iuſtitia, nec iudicans de occultis,ſed tantum de factis externis,honorē deferens operibus extrinſecus bonis, & pœnam irrogans externis malefactis, in hoc conſtituta, vt obedientia ac honor præſentibus magiſtratibus deferatur, & ciuilis quædam & externa pax conſeruetur, & quamquam de iuſtitia interiori, quam Deus requirit ferè nihil præcipiat, attamen, quatenus ad ſuum finem refertur,ordinatio & donum eſt Dei, Deo placens.

Lex diuina an mutabilis?

91 ℭ Et licet lex diuina, ſemper eadem,& immutabilis ſit, aliter tamen atque aliter, ſecundum diuerſitatem temporum,& perſonarum exhibita eſt,diuiditur ideo,in legem naturæ,& legem ſcriptam,ſcripta rurſus, in veterem ac nouam diuiditur. Tria ſi quidē propterea tempora,conſideranda ſunt quod ad hominem pertinet, conditi, lapſi, & reſtituti, condito enim homini data eſt lex naturæ, lapſo vero ideſt poſtquam in peccatum incidit

dit creatura rationalis, quia hæc naturæ lex nedum per originale pecca-
tum obſcurata, ſed in creſcente etiam hominum malitia, prope modum
obliterata fuit quantū ad præcepta ſecūdaria data eſt lex vetus per Moy
ſem in tabulis lapideis Dei digito conſcripta. & poſtquam Dei hoc do-
num, hominum impietas ſibi verterat in occaſionem grauioris damna-
tionis, data eſt lex euangelica, per Chriſtum quæ digito Dei in Cordi-
92 bus fidelium exaratur. ¶ Lex ergo naturæ, (prout ad hominem refer- *Lex naturę quæ ſit.*
tur) in hominibus eſt illa de Deo notitia, & de Dei voluntate, quę condi-
tis nobis, menti noſtræ, per Deum eſt indita, quæ ante præuaricationem
diuini præcepti, per lumen illud diuinitus in ſitu) tam certa erat ac diluci-
da vt ſi voluiſſet homo potuiſſet Deo per gratiam ſibi in hoc ſuppedita-
tam, obedire ſecūdum Augu. de Correp. & grat. c. 10. 11. verum poſt p̄-
uaricationem, hoc lumen tum diaboli ſuggeſtione, tum noſtro vitio, non
aliter obrutum eſt & obſcuratum, quam fieri videmus in oculo ſaucio;
Purus enim & ſincerus oculus, lumine quodam diuinitus inſito, illuſtra-
tur, quo ſuo munere rite per fungitur, quod ſi in eum puluis irruat, aut ve
hemens fumus vel pituita immigret, ſtatim ſordidus ſit, ac ſaucius, pur
gandus prius antequam videre aut recte intueri lumen, rurſus poſsit. non
ſecus lumē illud, naturæ, menti primi hominis infuſum, & ſi peccato ſuc-
cedente, non penitus extinctum mirum admodum ob tenebratum fuit,
remanſit ad huc effigies quædam & imago diuinæ ſapientiæ, quam ipſe
animis noſtris impreſsit ac inſculpſit, ſed tenuis, quæ tamen nullum eſt in
rerum natura certius Dei veſtigium. ſecundum Augu. de ſpiritu & lite.
ca. 27. de quo plene dixi in dialogis theologicis meis de adoptione filio-
93 rum dei in lingua Itala in tertio ca. ¶ Conſtat enim nullam eſſe rationa- *Deus ſemꝑ loquitur in corde.*
lem creaturam, quamuis per verſam (quę tamen nullum rationis vſum
obtineat) in cuius conſcientia, per hanc naturæ legē, non loquatur Deus,
qui eam in cordibus hominum, ſolus inſcribit. fertur quidem animus ho-
minis nec dum renati, Cœca quadam cupiditate, interim tamē cum co-
gitat, & rationcinatur, tum quicquid in ea ratiocinatione, verum eſt, non
ei ſed hinc ipſi lumini veritatis, à quo, vel tenuiter pro ſui capacitate illu-
ſtratur tribuendum eſt, hæc item lex facit, vt homo naturaliter intelli-
gat, virtutem expetendam eſſe, propter Deum, Itidem ſecundum natu-
ram eſſe parentibus, ac maioribus obtemperare. hæc quoque facit in iu-
rias, cœdes, furta, ſtupra, adulteria, mendacia, & his ſimilia naturali iudi-
94 cio diſplicere, idque atteſtante conſcientia. ¶ Sicque lex naturalis, ad or- *Lex naturalis deriuata a lege diuina. Et eſt triplex.*
dinandam rationalem creaturam deriuata eſt, à lege æterna tamen ali-
quando propinquius, aliquando remotius, nam lex naturalis eſt in crea-
tura rationali, & irrationali ſecundum Iſido. 11. libr. Ethi. & eſt triplex,
quædam quæ reſpicit ordinem rationalis creaturæ, de qua habetur ad
Roma. 2. cum gentes quę legem nō habent naturaliter ea quæ legis ſunt
faciunt. & ibi dicit gloſſ. lex naturæ, qua intelligit vnuſquiſque & ſibi
conſcius eſt, quod ſit bonum, & quid malum. Item eſt lex naturalis re-
ſpiciens ordinem creaturæ irrationalis ſenſibilis, de qua dicit Iſido. lex na
turalis eſt, qua natura docuit omnia animalia, vt maſculus cum fœmina.
Item eſt lex naturalis reſpiciens ordinem omnis alterius creaturæ ſcilicet

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

irrationalis & inſenſibilis, de qua dicit Aug.in lib.ſoliloq.Deus cuius le-
gibus rotantur poli.& curſus ſuos ſidera pagunt. ſecundum has igitur dif
ferentias , uniuerſaliter eſt lex naturalis à lege æterna. Prima tamen in
quantum conſeruat creaturam rationalem eſt propinquior quam ſecun-
da & tertia ſicut creatura , rationalis,eſt magis propinqua Deo qnam ir-
rationalis.ſecundum Alex.de Aleſ iij. q.xxvi.membro 7. nam etiam ir-
rationalia ſubijciuntur legi æternæ,ſed ſubijciuntur naturaliter, & ſine iu-
ditio rationalia autem ſubijciuntur legi æternæ cum iudicio. Vnaquæque
enim creatura cum ſibi præceptum ordinem, naturaliter aut rationaliter
ſeruat Deo obedire dicitur ſecundum eundem vbi ſupra de ſubie.le.ęter-
næ art.tertio eſt enim lex naturalis(ſicut dicit Apoſtolus,) & in creatura
rationali.nam ſicut cogitiua habet principia veri ſibi innata:et notionem
illorum, ita & motiua regulã habet ſibi innatam. per quam regulatur in
bonum.& hæc lex appellatur naturalis. ſed vno modo lex naturalis dici-
tur regula exemplaris prima:& ſic ipſa eſt prima veritas.& tunc lex na-
turalis idem eſt æterna & increata. alio modo dicitur lex naturalis ſecun-
da:quæ eſt exemplum,indita ad'cognoſcendum quid faciendum,& quid

Lex naturalis quomodo ſanciat.

non, & hoc modo creata eſt, & concreata animæ. ¶Lex enim natu- 95
ralis,quędam ſancit & dictat;vt debita,quædam vt vtilia,quædam vt ex
pedientia: in illis quæ dictat vt debita, non poteſt ius poſitiuum de licito
facere illicitum,vel econuerſo.quia non habet aliquid in illis vnde Hugo
in li. de ſacra. dicit quod in lege naturali, tria ſunt. præceptio prohibitio,
& conceſsio præceptum ergo & prohibitum in lege naturali hoc dici-
mus debitum fieri,vel non fieri: quæ ergo ſic præcepta vel prohibita di-
ctat vt debita:in his poteſt ius poſitiuum,faciendo de non præcepto,præ-
ceptum. & de non prohibito prohibitum, quia peccet. Vnde in his duo-
bus intelligitur debitum quod tibi non vis fieri,& cæt.& quæcunque vul
tis & cæt. in tertio autem ſcilicet in conceſsione intelligitur vtile & ex-
pediens ſunt enim quædam in dictatione eius,in ratione vtilis: & qui con
fert ad finem:& hoc modo dictat in natura bene inſtituta,omnia eſſe cõ-
munia,vel libertatem & cætera,hæc enim in natura bene diſpoſita,& in-
ſtituta,cõferrent ad finem. quædam autem dictat vt expedientia:& ſic di
ctat poſt peccatum aliquod eſſe proprium,& quia aliter accideret incom
modum, propter concupiſentiam hominum,in ſocietate humana.ſimili-
ter dictat ſeruitutem & ſubiectionem: quia aliter irruerent homines, niſi
haberent quid cohercerct eos:& tamen eſt eadem regula vel ratio,ſecun-
dum quam dictat in ratione vtilis in natura bene inſtituta,omnia eſſe cõ-
munia:& ſecundum quam dictat in ratione expedientis in natura lapſa,
aliqua eſſe propria.vt per eundem in quæſtione quorum ſit lex naturalis

Ius naturale immutabile.

§.ij. ¶Et tamen ipſum ius naturale,immutabile; nec variatur tempore. 96
vt in c.i.& ſequen.vi.& v.diſtin. nec ob id q̃ omnia non ſunt hodie cõ-
munia (vt dixi) reſtat,quin non ſit ius naturale immutabile. ¶Nam lex 97

Lex naturalis medicæ arti ęquiparatur.

naturalis eſt immutabilis; ſicut eſt ars medica, quæ immutabilis eſt, ta-
men medicus, aliquando mutat præcepta languentibus, nec reſtat, quin
ratio præcepti artis, in ſe non ſit immutabilis, nam ars medicinæ, dictat
vinum eſſe ſanum;& eadem ars negat vinum ęgro;ita lex naturalis,dicit
quod

quod ſanæ naturæ,oĩa ſunt cõmunia:& quod ita debet eſſe:& ita erat an
te peccatum:ſed poſt peccatũ quædam ſunt quibuſdam propria:& ſic ſo
lum eſt mutatio quantum ab obſeruantiam ſanctionum & effectum : &
nõ quantũ ad rõnes ipſorũ.et ſi in lege facta ſit aliqua mutatio,quantũ ad
cermonialia facta eſt,non quantum ad moralia,quo ad literam.nec quã
tum ad miſtica: quo ad ſenſum ſpiritualem ſecundum Alex.de Aleſ.iij.q.
98 xxvij.art.ſecundo. ¶Cum ergo naturalis lex,per lapſum adæ in homi- Lex naturalis per lapſum Adæ obtenebrata
num mentibus, in tantum obtenebrata fuiſſet,vt citra fiduciam promiſ-
ſionis venturi ſeminis,in quo bene dicerentur omnes gentes, ad iuſtificã-
dum hominem. ipſa non ſufficeret; in ſuper etiam per in creſcentem ho
minum malitiam,prope modum eſſet obliterata quod tamen intelligen-
dum eſt quantum ad præcepta ſecundaria:vt docet San.Tho. 1.2.quæſt.
94.artic. 6.factum eſt ſingulari Dei prouidentia,vt lex per Moyſen data
(quæ & vetus ad differentiam nouæ legis per Chriſtum late appellatur)
99 ſuccederet. ¶ Idque tribus potiſsimum de cauſis. Primo vt coerceret Lex Moyſis tribus de cauſis ſucceſſit.
homines,quadam diſciplina pęnarum metu à flagitijs deterrens,quod vt
ita fieret, erat neceſſe, modo ſocietas humani generis, aliquo ſaltem mo-
do,conſtare deberet.nam cum lex naturę ita eſſet obſcurata,vt etiam ma
nifeſta ſcelera , perinde ac ſi ſcelera non eſſent diſcimularentur,fiebat, vt
in ceſtus,adulteria ,rapinæ,cædes,& his ſimilia facinora, non tantũ impu
ne admitterentur , ſed & ſcelerati:ſe ſe laudẽ inde referre putarent;quare
poſt naturæ legẽ,ſcripta lex,ob id imprimis diuina authoritate ac benefi-
cio lata eſt;vt hæc externa & manifeſta ſcelera comprimerentur,qđ ſigni
100 ficans Apoſtolus. i. ad Timo.i. ¶ Ait lex iuſto non eſt poſita , ſed iniuſtis Lex iuſto non eſt poſita.Et quib.
& non ſubditis,impijs,& peccatoribus, ſceleratis , & contaminatis , pa-
tricidis,& matricidis, homicidiarijs,fornicarijs, maſculorum concubito-
ribus , plagiarijs mendacibus & periuris:Secundo,lex diuina lata eſt, vt
oſtenderet peccatum , vt accuſaret,terreret conturbaret , ac confunderet
conſcientiam ; quem legis vſum lex humana(quæ tantum externa reſpi-
cit)ignorat,lex vero diuina ſibi vt proprium vẽdicat. quem legis finem,
Paulus frequenter indicat , vt cum ait : ad Roma. iij. per legem agnitio
peccati.& iterum ad Ro.vij.peccatum non cognouit,niſi per legem,nam
concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, non concupiſces , non quod
ante concupiſcentia nõ eſſet peccatum,ſed quod lateret. Tertio,lex data
eſt,ut iuſtificatis per fidẽ,regula ſit bene uiuendi,in qua cernãt opera,quæ
Deo placent ; ac imitentur, ut faciant quæ requirit Deus , & eatenus
præſtat ſapientiam paruulis , letificat cor , illuminat oculos in quam ſen-
tentiam Dauid,ille diuinus pſaltes Pſal. 18.ait lucerna pedibus meis,uer-
bum tuum , & lumen ſemitis meis licet enim iuſtificati ab onere legis li-
beri ſint,quia tam per legem non terrentur, conturbantur , aut damnan-
tur tamen ab obedientia legis liberi nõ ſunt;immo gratia iuſtificationis,
in ipſis iam facit,& operatur,ut legem uoluntariè impleant, non conſti-
tuti amodo, ſub legis imperio, ſed ſponte ſua facientes quod lex preſcri-
bit ; in ſumma lex data eſt,per Moyſen ad reuelandam legem naturalem
penè obliteratam(intelligendo pro ut ſupra) ad diſciplinam corrigendã,
ad indicandam infirmitatem noſtram,denique fidem in Deum reformã-

Lex Moyſis in tribus conſiſtit.

dam. ℭ Conſiſtit aut hæc lex, in tribus, in moralibus, cerimonialibus, & iudicialibus. Iudicialis autem lex reſpondet primo fini legis, qui eſt in coercendo per diſciplinam, ad retinendam ſocietatem humani generis, ſed per Moyſen potiſsimum tradita ac inſtituta, ad gubernationem illius populi Chriſtum expectantis, de ritibus coniugiorum ſucceſsionibus, pœnes delictorum, & ſimilibus rebus forenſibus, præcipiens. Moralis ſecundo fini reſpondet, quod ſit expoſitio legis naturæ, ac doctrina virtutũ carnis fragilitatem oſtendens, & ad gratiam præparans cærimonialis vero inſtituta fuit, ad præfiguranda venturi Chriſti miſteria, & veros fidei cultus Deos acceptos nimirum vltimo fini legis reſpondens.

Leges iudiciales, quæ reſpiciant.

ℭ Iudicialium autem, quædam reſpiciunt perſonam iudicium, de quo dicitur Deutero. xvi. iudices & magiſtratus conſtitues. Item Deutero. i. Tuli de tribubus veſtris viros ſapientes; & conſtitui ſuper eos principes tribunos & cæt. & præcepi eius audite illos, & quod iſtum eſt iudicate: item ſapi. 1. diligite iuſtitiam qui iudicatis terram item Eſa. 1. reſtituam iudices tuos vt fuerunt prius; & in hoc nihil eſt in mutatum lege euangelica & iure pontificio. 02

Iudicium temerariũ, & ordinatum.

ℭ Eſt tamen aduertendum, quod eſt iudicium temerarium, & eſt iudicium ordinatum, ſecundum legem Dei, iudicium ordinatum conceditur homini, & hoc duobus modis; eſt enim iudicium diſcretionis, & eſt iudicium correctionis, iudicium diſcretionis in manifeſtis, & cæteris, conceditur homini vnde 1. ad Cor. ij. ſpiritualis homo iudicat, & ipſe à nemine iudicatur iudicium correctionis conceditur prælatis, in conuictis vel confeſsis. de quo in pſalm. erudimini qui iudicatis terram iudicium vero temerarium. vniuerſaliter inter dicitur homini. & ideo dicitur ad Ro. xiiij. Tu quis es qui iudicas alienum ſeruum: ſuo domino ſtat aut cadit. Item 1. ad Corin. iiij. nolite ante tempus iudicare, quo ad vſq; dominus veniat. Itẽ Mat. vij. nolite iudicare, & nõ iudicabimini. 103

Iudicium temerariũ quale ſit. Et quot modis dicatur.

ℭ Eſt autem temerarium iudicium, ex parte iudicantis: & ex parte rei iudicatæ, ex parte iudicantis, temerarium eſt iudicium, tribus modis: per vſurpationem, per indignitatem, & per ignorantiam. per vſurpationem. ſicut dicit gloſ. ſuper illud, nolite iudicare, temerariè. iudicium enim temerarium eſt: quando quibus non eſt commiſſum iudicant. ſecundum quem modum, dicit Augu iuxta illud Apo. ad Roma. 14. tu qui es qui iudicas. noluit (inquit Augu.) hominem ab homine iudicari extraordinario vſurpatoque iudicio. Et propter dignitatem. ſicut dicitur ad Roma. 11. in quo alterum iudicas, te ipſum condemnas. eadem enim agis, quæ iudicas. item propter ignorantiam. ſecundum quod dicitur, Daniel 13. ſic fatui filij Iſrael non iudicantes neque quod verum eſt cognoſcentes, condemnatis filiã Iſrael. ex parte rei iudicatæ ſimiliter dicitur temerarium, tribus modis. cum iudicatur perſona, quantum ad euentum futurum, vel cũ iudicatur intentio. vel cum iudicatur factum occultum. Cum iudicatur perſona quantum ad futurum euentum, temerarium eſt iudicium. vnde ſuper illud, nolite iudicare. glo. neſcimus qualis futurus eſt, qui nunc apparet malus. de cuius correctione deſperare, temerarium iudicium eſt. neſcitur enim quis in terribili iudicio Dei, qualis futurus ſit cap. ſacerdotibus. xi. q. 1. & de tali iudicio temerario habetur in cap. 04

temer.

temerarium xi. q. 3. debet enim potius ſe ipſum, homo iudicare, dum poteſt, in melius mores commodando: ne cum poſſe amiſerit, à domino iudicetur. diſtin. 1. de pæn. cap. iudicet. Item temerarium eſt iudicium, cum iudicatur intentio incerta: ſicut dicitur ſuper illud Mathe. 7. nolite iudicare. ſunt quædam incerta, quo animo fiant: de quibus iudicare, temerarium iudicium eſt, temerarium iudicium eſt, iudicare de facto occulto iudicanti: ſecundum quem modum dicitur ad Cor. 4. nolite ante tempus iudicare quouſque dominus veniat. ſecundum Alex. de Aleſ. 3. parte. q. 40. ar. primo. ℭ Sed in hoc eſt aduertendum, quod Bea. Thom. ſecunda ſecundę. q. 60. art. 3. dicit quod ſuſpitio importat opinionem mali, & procedit ex tribus; vno quidem modo, ex hoc ꝙ aliquis ex ſe ipſo malus eſt, & ex hoc ipſo quaſi conſcius ſuæ malitiæ, faciliter de alijs malum opinatur. ſecundum illum Eccle. 10. (in via ſtultus ambulans, cum ipſe ſit inſipiens, omnes ſtultos æſtimat) alio modo prouenit ex hoc quod aliquis male afficitur ad alterum. cum enim aliquis contemnit, vel odit aliquem aut iraſcitur vel inuidet ei ex leuibus ſignis ſi opinatur mala de ipſo: quia vnuſquiſque faciliter credit quod appetit. 3. modo prouenit ex longa experientia, vnde Philoſophus dicit in ſecundo Retho. quod ſenes ſunt maxime ſuſpicioſi, quia multoriens experti ſunt aliorum defectus. primę autem duæ ſuſpitiones, manifeſtæ pertinent ad peruerſitatem affectus. Tertia vero cauſa diminuit rationem ſuſpitionis, inquantum experientia ad certitudinem proficit, quæ eſt contraria rationem ſuſpitionis. *De eodem.*

105 ℭ Et ideo ſuſpitio, vitium quoddam importat: & quanto magis procedit ſuſpitio, tanto magis eſt vitioſum. eſt autem triplex gradus ſuſpitionis. primus quidem gradus eſt, vt homo, ex leuibus de bonitate alicuius dubitare incipiat, & eſt veniale & leue peccatum. pertinet enim ad tentationem humanam ſine qua vita iſta non ducitur. Secundus gradus eſt cum aliquis pro certo, malitiam alterius extimat, ex leuibus, indicijs; & hoc ſi ſit de aliquo graui, eſt peccatum mortale inquantum non eſt ſine contemptu proximi. vnde dicit gloſ. ſuper illud nolite iudicare. & ſi ergo ſuſpitiones vitare non poſſumus, quia homines ſumus: iudicia tamen ideſt diffinitiuas ſententias firmaſque continere debemus. Tertius gradus eſt, cum aliquis iudex ex ſuſpitione procedit ad aliquem condemnandum, & hoc directè procedit ad iniuſtitiam. vnde eſt peccatum mortale, ſic quod cauere debet Epiſcopus vt non temere prorumpat *Suſpitio vitioſa eſt ſuſpitioniſque triplex gradus.*

105 in condemnationem. ℭ Et quia ſupra dixi, quod lex, Moyſi, concernens perſonam iudicis, ad huc viget, & tamen hodiernis temporibus plures ſunt gradus iudicum, nam alij ſunt ordinarij, alij arbitrarij, alij delegati, nunquid ex dicta lege colligatur dicta differentia? & dicendum eſt quod ſic, nam auctoritas ordinariorum iudicium in poteſtate ſeculari accipitur Exo. 17. vbi dicitur, quod Moyſes electis viris ſtrenuis, de cuncto Iſrael, conſtituit eos principes populi: tribunos & centuriones quinquagenarios, & decanos. qui iudicarent populum domini, Auctoritas iudicum ordinariorum in poteſtate eccleſiaſtica accipitur ex Nu. 3. vbi legitur & ponitur gradus ſummi ſacerdotis Aaron, & minorum ſacerdotum ſubminiſtrantium Aaron, vnde dicitur functique ſunt ſacerdotio *Iudices ordinarij arbitrarij, & delegati ſunt. Et corũ differentia an ex le. Moyſis colligatur?*

Eliazar,

Eliazar et Ythamar coram Aaron et filŋs eius, quibus traditi ſunt à filŋs Iſrael in miniſterio, & ibi dicitur quomodo filŋ Ierſon erant ſub principe Elizaphan. & princeps principum leuitarũ Eleazar filius Aaron ſacerdotis. ex nouo vero teſtamento, quantum ad diſtinctionem poteſtatis ſacerdotalis ſicut dicit Hugo de ſanc. vi. presbiteri ſunt vicarŋ. 72. diſcipulorum qui præcedebant dominum, in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipſe venturus: ſicut dicit Luch. 7. Epiſcopi ſunt ſucceſſores Apoſtolorum qui eliguntur à deo. ſummus ſacerdos. i. Pontifex eſt vicarius Petri, cui cõmiſſa eſt plenitudo poteſtatis, in clauibus. xvi. Mat. gradus vero poteſtatis ſecularis, accipiuntur de prima epiſtola Petri, & ad Ro. xiŋ. ſubditi eſtote omni humanæ creaturæ ſeu Regi tanquam præ excellenti, & omnis anima poteſtatibus ſubdita ſit auctoritas iudicis arbitrarŋ poteſt accipi ex Exo. xxi. vbi dicitur, de illo qui percutit mulierem p̄gnantem, quæ facit abortiuum, ſed ipſa viuit, & dicitur quod ſi partus nondum viuificatus fuit in vtero ſubiacebit damno, quantum maritus petierit, & arbitri iudicauerint. ℭ Item ſunt etiam leges Moiſi, quæ reſpiciunt perſonam rei iudicandi vt in Exo. xxi. maleficos nõ patiaris viuere item Heli. reprobatus fuit, quia filios non corripuit. Itẽ leuit. xx. qui fecerit, hoc, vel illud morte moriatur, & tamen licet Gregor. dixerit quãdiu in hac vita ſubſiſtitis, ſi boni eſtis equanimiter tolerate malos, nam quiſquis malos non tolerat, ipſe ſibi per intollerantiã teſtis eſt, quia bonus non eſt; & Augu. de Baptiſmo dicit arrogãtiæ iactatio eſt, vt ſi quis poſſe facere credat, quod nec Apoſtolis conceſsit Dominus, vt zizaniã ſcilicet à frumento credat ſe poſſe decernere, cum dictum ſit Math. xiŋ. ſinite vtraque creſcere, vſque ad meſſem, & ſic videatur non eſſe licitum in lege noua punire reos, ſed potius tollerari debere, & punitionem Dei iudicio reſeruari nihilominus ſecundum etiam legem nouam, & tempore Euangelŋ mali ſunt puniendi & iudicandi. dum tamen iudicium, vel correctio non procedat ex odio ſeu libidine vindictæ. vnde dicit Augu. ſuper illud luc. ix. vis vt dicamus, vt deſcendat ignis de cœlo, Diſcipuli nõ recipit à ſamaritanis, ignem cœlitus ſuper eos deſcendere voluerunt, ſed audierunt neſcitis cuius ſpiritus eſtis ex caritate vero, & amore iuſtitiæ, correctio eſt facienda, ſunt tamen quædam ſalubriter ammonitione corripiẽda, quædam vero flagellis corporalibus, & pœnis ſpiritualibus punienda, mali enim vniuerſaliter per ammonitionem vt multi exemplis ꝓbat Alexã. ꝺ Aleſ. parte. iŋ. q. xli. art. i. & de hoc habetur late. xxiŋ. q. iiŋ. & q. v. per totum eſt tamen bene verum, quod ſecundum legem Moiſi inferebatur mors naturalis ſecundum autem legem nouam & canones, nõ infertur. In locum enim iudicialis legis Moiſi iam pro maiori parte abolitæ, non in merito ſucceſsit ius ciuile imperatorium, & ius pontificium. quo iure nunc vtimur, iudiciali enim lex data erat ad moderandum populum illum, vtentem cerimonŋs Chriſtum præfigurantibus, ſtatu ergo illius populi mutato, neceſſe erat, vt hæc lex ceſſaret, vt iam ceſſauit, & quo ad cerimonialia, & iudicialia, licet (vt dixi, & dicam) remanſit lex iudicialis in aliquibus, in quibus parũ aut nihil immutatũ eſt.

Leges Moiſi reſpiciunt perſonã rei iudicandi. 107

Leges moiſi 108

ℭ Continentur etiam in lege Moiſi, leges reſpiciẽtes perſonam accuſatorum.

torum.ut xix.leuit. non facias calumniam proximo tuo & iterum non ſtabis contra ſanguinem proximi tui, & de iſtis dicam infra in verbo accuſatione porrecta.ſunt(ut cito me expediam) multæ aliæ leges etiam in lege Moſi circa teſtes & alia,quæ in multis æquantur legibus noſtris. circa perſonam accuſatoris.

109 ¶Scias tamen quod in lege,& in euangelio,naturale ius continetur: non tamen quæcunque in lege & in euangelio inueniuntur, naturali iuri cohærere probantur nam ſunt in lege,quædam moralia præcepta, ut nõ occidas & cæt.quædam myſtica,ut pote ſacrificiorum præcepta,ut de agno & alia his ſimilia. Moralia mandata ad naturale ius pertinent, Myſtica uero, quantum ad ſuperficiem à naturali iure probantur aliena,quãtum ad moralem intelligentiam inueniuntur ſibi annexa, ac pro hoc & ſi ſecundum ſuperficiem uideantur eſſe mutata, tamen ſecundum moralem intelligentiam mutabilem neſcire probantur.c.non eſt peccatum vi. diſt. Ius naturale cõtinetur in euangelio.

110 ¶Lex enim Moiſi & euangelii,una lex eſt ratione uniuerſali, diuerſæ uero ſunt in ratione propria. vnde Augu.contra aduerſarium legis & prophetarum,qui rectè colit Deum utriuſque teſtamenti inuenit unum Deũ, & eiuſdem unius Dei in utroque diligit bonitatem,in utroque metuit ſeueritatem. rationem autem uniuerſalem & communem dico multipliciter in comparatione ad efficientem; in comparatione ad finem: in comparatione ad ſenſum unus ergo eſt legiſlator uniuerſalis legis & euangelij Deus:Iac.iiii.vnus eſt legiſlator & iudex:unus finis legis, ſcilicet Epiſcopus unde Augu. contra aduerſarium legis & prophetarum lib. 2. fini legis quis eſt?ad hoc non ego,ſed Apoſtolus ipſe reſpondeat finis eſt, (inquit)legis Epiſcopus,ad iuſtitiam omni credenti ad Roma.x. finis perficiens, non interficiens finis quippe dicitur propter quem fiunt omnia, Lex euangelij et Moiſi vna lex.

111 quæcunque aliquo ſunt officio. ¶Nam inter officium & finem,hoc diſtat,quia officium eſt in eis quæ facere debemus finis propter quem facimus vnus ſenſus,quia una uniuerſalis ueritas unde Gre.ſuper Ezec. 1. ubi dicitur quod tota erat in rota. quod prædicat lex,hoc exhibet euangeliũ. & iterum diuina eloquia & ſi tẽporibus diſiuncta ſunt. ſenſibus ſunt vnita.Rationem uero propriam, dicit ſimiliter multipliciter Alexan.de Aleſ. ubi ſupra parte iii.quæſt.lx.Ar.v.per comparationem ad efficientem. Differentia inter officiũ & finem.

112 ¶Differt lex & euangelium:quia lex data eſt per hominem purum. Euãgelium uero per Epiſcopum. per comparationem ad finem differunt ſimiliter finis enim illius eſt, declinatio mali, per timorem finis iſtius per amorem.per comparationẽ ad ſententiam differunt quia ibi veritas in figuratione:hic ueritas in exhibitione. & hoc quantum ad figuralia. Item ibi eſt veritas,ſecundum inchoationem:hic uero ueritas, ſecundum perfectionem.& hoc quo ad moralia:dicẽdum igitur.quod lex Moyſi & lex euangelii,una lex eſt in ratione vniuerſali differentes vero ſunt in ratione propria. et hoc quia illa data eſt populo carnali:iſta ſpirituali.Illa par Differentia inter legem & euangelium.

113 uulis iſta perfectis,ut dicit Alexa.de Aleſ.ubi ſupra. ¶Ex iure igitur naturali, lege æterna lege Moſaica et euangelica facta et collecta eſt alia lex, quæ canonica dicitur canonum, alii ſunt decreta pontificum, alii ſunt ſtatuta conciliorum; Conſiliorum uero, alia ſunt vniuerſalia, alia prouincialia, alia celebrantur authoritate Pontificis Romani, præſen- Lex canonica vnde deriuatur.

te

te videlicet legato ſanctæ Romanæ eccleſiæ, alia vero, auctoritate patriarcharum, vel primatum, vel metropolitanorum eiuſdem prouintiæ cap. regula. iij. diſtin. ſunt etiam aliæ leges, quæ priuatæ dicuntur, & ſunt conſuetudines, & ſunt leges ciuiles, quæ in defectum. canonum ſeruantur, etiam in foro eccleſiaſtico. de quibus ſuis in locis eſt videre.

Iuſtitia per quas leges fiat?

℄ Per iſtas ergo leges prælati eccleſiaſtici iuſtitiam ſeruare habent, rectè custodire gregem eis commiſſum, cohercere humanam audatiam, & ad diuinum cultum homines adducere, & ſocietatem inter eos cuſtodire. & ideo neceſſe eſt, & ipſi prælati harum non ſint ignari. 114

Leges ſunt mortuę ſine bonis magiſtratibus. q & viuæ leges dicũtur. Eccleſiaſtici a laicis ñ iudicandi. Et q et quales iudices eſſe debeãt.

℄ Et cum leges, etiam ſi omnes optimæ ſint, abſque probatiſsimis magiſtratibus mortuæ ſint, & magiſtratus autem optimi, etiam abſque legibus, ipſi ſint viuæ leges ſecundum Marſi. fi. in argu. Pla. in dialo. 6. de Repub. vel de iuſto. & cum iuſtitia, non poſsit per ipſos prælatos perſonaliter exerceri, ideo neceſſe eſt, vt eligant in eorum vicarios clericos (quia laici eſſe non poſſunt. ℄ Quia in decorum eſt laicos viros, eccleſiaſticos iudicare 16. q. 7. in nona) viros circumſpectos, bonæ & approbatæ vitæ, Deum timẽtes, veridicos liberales, temperatos, fortes. Iuſtos, magnanimos, & mãſuetos, nam hęc omnia debent habere magiſtratus. Secundum Plato. dicto dialo. 6. de rep. vel de iuſto & qui non declinent ad dexteram, neque ſiniſtram. nam Deutero. 1. dicit Moiſes, dixi vobis, date ex vobis viros ſapientes & gnaros, quorum conuerſatio ſit probata, in tribus veſtris. ex hoc enim qđ dicit, iudices eſſe debere de tribubus populi Dei ergo infertur quod hæreticus non poterit eſſe iudex, vel infidelis. & hoc eſt quod dicit Canon. xxiiij. q. 1. Item conſimili ratione probatur quod excommunicatus non poteſt eſſe iudex. & ex eo quod dicit, quod conuerſatio iudicis debeat eſſe probata. infertur ſuſpectum in iudicem eligi non poſſe de quo habetur. iij. q. v. in cap. quod ſuſpecti. item infertur quod alienigena, ſeu extraneus iudex eligi non debeat. 115 116

Vicarij nõ debẽt eligi exteri.

℄ Et ideo male faciunt prælati, qui vicarios, eligunt hiſpanos, aut alterius nationis. pulchre enim. 117

Iudicantis munus qđ qualeue eſſe debeat.

℄ Ambro. ſuper beati immaculati, ſic inquit. iudicet ille de alterius errore, qui non habet in ſe ipſo quod condemnet, iudicet ille, qui non agit eadem quæ in alio putauit punienda, ne cum de alio iudicat, in ſe ferat ſententiam. Iudicet ille, qui ad pronunciandum, nullo odio nulla offenſione, nulla leuitate ducatur, & poſt pauca. Bonus iudex, nihil ex arbitrio ſuo facit, & proprie domeſticæ voluntatis, ſed iuxta leges & iura, pronunciat, ſtatutis iuris obtemperat non indulget propriæ voluntati, nihil præparatum & meditatum de domo defert, ſed ſicut audit, ita iudicat & ſicut ſe habet natura, decernit, obſequitur legibus, nõ aduerſatur exanimat cauſæ merita, non mutat, Diſcite iudices ſeculi, quem in iudicando tenere debeatis affectum, quam ſocietatem, quam ſinceritatem, & Paulo poſt, qui iudicat voluntati ſuæ obtemperare non debet, ſed tenere quod legum eſt, & poſt pauca, in iudicando cordi magis eſt cuſtodia veritatis, quam obedientia voluntatis, de quo etiam in cap. iudicet. 118

Vicarius Epi dici-

3. q. 7. ℄ Vicarius enim Epiſcopi dicitur. Iudex ordinarius. ſecundum nota in cap. 1. de conſu, lib. 6, & ibi gloſſ. & Doctores, & in cap. licet de 119

offic.

offi.vica.eo.lib.& gloſſ.25.diſtin.cap.per lectis.& in cle.11.de reſcrip.&
120 ibi: per docto. ℭ Eſt tamen bene verum quod licet ſit ordinarius nō po-
teſt creare alium Vicarium ſecundum Hoſtien. in capitu. clericos de offi.
121 vica. ℭ Et Vicarius habet eandem iuriſditionem, quam habet Epiſcopus
licet ſit maius imperium Epiſcopi, quam vicarij ſecundum Barto.in l.iu-
dicium ſoluitur.ff.de iudi.& per Inno.in c.g.perpetuus de fid.inſtru.
122 ℭ Et etiam Vicarius dicitur habere curam animarum ſecundum gloſſ.&
Docto.in cap.ſuper eo de præben.in 6.in verſic.annexè. & not.in cap.ex
123 parte de offi.vica. & in capit. dudum el 11. de electio. ℭ Sed an vicarius
Archiepiſcopi, habeat iuriſditionem in ſuffraganeos eius? eſt diſtinguen-
dum, quod aut Archiepiſcopus eſt in prouincia, aut non, primo caſu dicē-
dum eſt, quod nō; & hoc propter reuerentiam dignitatis Epiſcopalis, vt
eſt caſus cum gloſſ.in capit.primo.§.fin.& ibi Doct. de offi.ordi.lib.6.eſt
tamen bene verum, quod ſententia per Vicarium Archiepiſcopi ſuſpen-
dentem, interdicentem vel excommunicantem (in caſu prædicto) ſuffra
ganeum, valet & ligat ſecundum gloſſ.nota.in d.cap.1.verſic.attento de
offi.ordi.in 6.quæ ſubdit, quod tunc Vicarius eſt puniendus, & ita firmat
Berta. in tract.de Epi.in 7. parte quarti libri. ℭ Cognoſcit tamen vica-
rius Archiepiſcopi, de appellationibus interpoſitis, ad Archiepiſcopum
cap.dilecti & cap.dilectis & ibi Doct.de appella.
124 ℭ Eſt tamen aduertendum, quod vicarius Epiſcopi, & Archiepiſcopi,
cognoſcit de cauſis criminalibus, vt referat Epiſcopo. non vt puniat.per
no.in capitu. 11. de offi.vicar.libr.6. & in capitu. laicus de foro compet.
125 cap.ad noſtram el 11. de iureiur. ℭ Item eſt aduertendum, quod cū agi-
tur ad priuationem beneficij, criminaliter, non poteſt cognoſcere Vica-
126 rius Epiſcopi. ſecundum Ioan.And. in capi. 11.de offic.Vicar.in 6. ℭ Eſt
rurſus (poſtquam de pertinentibus ad qualitatem perſonæ iudicum, ali-
qua ſummatim diximus) aduertendum quod iudicium debet taliter fie-
ri, vt ſecundū legē ſcriptā diffiniatur differentia, quæ contigerit ventila-
ri, non autem ſecundum propriam conſcientiam. nam iudiciū nihil aliud
eſt, quàm quædam diffinitio, ſeu determinatio eius quod iuſtum eſt. fit
127 autem aliquod iuſtum, dupliciter. ℭ Vno modo ex ipſa natura rei alio
modo ex quodam condicto inter homines, quod dicitur ius poſitiuum.
leges autem ſcribuntur ad vtriuſque iuris declarationem aliter tamen, &
aliter nam legis ſcriptura, ius quidem naturale continet, ſed non inſtituit,
non habet enim robur ex lege, ſed ex natura: Ius autem poſitiuum ſcri-
pturam legis continet, & inſtituit, dans ei auctoritatis robur, & ideo ne-
ceſſè eſt quod iudicium fiat, ſecundum legis ſcripturam, alioquin iudi-
cium deficeret, vel à iuſto naturali, vel à iuſto poſitiuo. ſecundum Beat.
Thom.ſecunda ſecundæ quæſtio.60.arti.5.eſt tamen bene verum, ſecun-
dum eundem Beat. Thom. ibi quod ſicut leges iniquæ contrariantur ſe-
cundum ſe iuri naturali, vel ſemper, vel vt in pluribus, ita etiam leges
quæ ſunt rectè poſitæ, in aliquibus caſibus deficiunt, in quibus ſi ſeruarē-
tur, eſſent contra ius naturale, & ideo in talibus non eſt ſecundum literam
legis iudicandū, ſed recurrendum ad æquitatem. de quo latè dixi in praxi
cenſuali in verbo ius moderando rigorem, nā nō obediens malis legibus

nec

Marginal notes:

tur ordinarius. Et aliū creare non poteſt.

vicarius habet eandem iuriſditionē cum epiſcopo.

Vicari' habet curā animarum.

Vicari' epiſcopi an habeat iuriſditionem in ſuffraganeos?

De eodem.

Vicarius Epiſcopi an cognoſcat d cauſis criminalibus?

Vicarius Epiſcopi nō cognoſcit quando agitur ad priuationē beneficij criminaliter.

Sentētia debet ferri ſecundum legē ſcriptam.

Iuſtum dupliciter fit.

nec coronabitur ſicut damnabitur non obtemperans bonis c.ij.ix.diſtin.
¶Et quando lex ſcripta non reperitur in aliquo caſu nec iure ciuili, nec canonico,recurrendum eſt ad exempla quatenus ſint coniuncta cum ratione naturali & concordent: alias attendenda eſt ratio naturalis cap.
Exempla attēdi debēt,ſi deficit lex. ſana eadem. 9. diſtinctio. ¶ Vt autem moralium partem abſoluam, 127
libuit hic inſerere, quendam ſermonem diui Auguſtini de iudicibus loquentem. qui eſt ſermo 36. Rogatus (inquit) à vobis ò iudices licet confortunato Manicheorum, præsbytero longa diſpoſitione grauatus ſermonem, veſtra deuotione deuictus, facere Deo auxiliante non diſtulimus. Ecce enim nunc congregati eſtis in domo Epiſcopi. Conueniſtis omnes in vnum, non vt ſophiſmata audiatis, non vt poetarum curioſitatem intelligatis, non vt beatos vos eſſe prædicem,ſed ſolum vt quid pro veſtra ſalute,neceſſarium fuerit audiatis:& audientes, operibus adimpleatis. Vos enim reputati eſtis ab hominibus dies populi. iudices terræ orphanorum patres, viduarum mariti. Iuſtitiæ zelatores,Reipublicæ amatores.Cauete ergo ne corrumpamini odio,amore,pretio, præcibus,vel timore. Decet igitur iudices, non ſolum, quæ diximus adimplere, ſed cum Dei adiutorio calcare ſupebiam abhominari luxuriam, abhorrere falſitatem, deſpicere auaritiam, quæ nouerca dicitur eſſe, & ſummæ inimica iuſtitiæ. Ipſa enim quæ patrem neſcit, matrem ignorat, amicos perdit, & ſe ipſam relinquit. Decet igitur iudices non auaritiam, ſed largitatem ſectari, & amare paruulos. puſillis & orphanis faciem ſerenam, non ſolum verbo, ſed opere demonſtrare. Non.n.auertere faciem debent a paupere, nec priores dedignentur conſeruare fideles, nec ceruicem erigere debent, quoſdam deſpiciendo, ſcientes quod moritur pariter doctus,& indoctus. Decet igitur, iudices gratiam quam diuinitus receperunt, ſollicita mente cuſtodire, fidem oſtendere, zelum rectitudinis conſeruare. Decet etiam iudices clementiæ eſſe cultores, deteſtatores ſæuitiæ, cunctis benignos,ad iram tardos,ad miſericordiam feſtinos,in aduerſis firmos,in proſperis humiles,& cautos,& quibuſcunque dignitatibus ſublimatos ſe ipſos agnouerint, caueant, ne ſuos inferiores deſpiciant. Decet etiam iudices ſapientes eſſe, & in lege doctiſſimos,ne dicere valeant tanquam legem ſanctam ignorantes, bonū malum, & malum bonum. Decet etiam iudices plus Deum timere,quàm homines, plus de animarum ſalute curare,quàm corporis.plus honorem dei, quam marſupia plena diligere. Sed vè vobis ò iudices ve vobis,in eternum, & vltra, quia non eſt in vobis veritas, non miſericordia, non pietas,non iuſtitia,nec ſcientia Dei in vobis poteſt inueniri. Quid enim inter vos regnat? auaritia, mendatia, clamor, apparentia,peruerſio ſacræ legis, dicentis malum bonum,bonum malum. Ecce acceptio perſonarum. Non enim eſt veritas in vobis. Diminutæ ſunt à vobis veritates. ò patres pauperum, ò verè non patres, ſed prædones. Quare non patres? quia vbique per vos opprimuntur, nec eſt,qui miſeratur populis dei. Sed ſi diues locutus fuerit,mox tacuiſtis, cauſas ſuas vſque ad nubes perduxiſtis. ò iudices ſcientiam & iuſtitiam mundi amantes,attendite quid agitis. Nam ſcientia mundi pleni eſtis,& in ipſa moriemini. Quæ

eſt

eſt enim ſcientia mundi, niſi theſaurum congregare, lucrum terrenum acquirere, decipere proximum, mentiri, iuuare? iuſtitiam cauere peruertere, & ſimilia in cunctis agere. iſta enim eſt ſapientia huius mundi. In iſtis fere quaſi tota noſtra vita conſiſtit. Et ideo attendite qui iudicatis terrã, quòd ſapientia huius mundi ſtultitia eſt, apud Deum. Sed dicitis ò Epiſcopæ hanc ſcientiam non amamus, furtum non committimus, proximũ non decipimus, nec offendimus. quare? quia nihil aliud recipimus niſi quã tum nobis donare voluerit. Ego autem dico vobis, quòd tantum feciſtis, quantum facere potuiſtis; non plus vobis datum. Ideo nòn plus recipiſtis, quantum potuiſtis. leues cauſas, magnas feciſtis. Nam, & ſiui, non rapuiſtis, & proximum in uia non depredati fuiſtis, latrones tamen eſſe poteſtis, latro enim timet malum, & vbi nõ poteſt, non facit, & tamen latro eſt. Deus enim cor interrogat & non manum, lupus enim venit frequenter ad ouile, & quærit deuorare. Vigilant tamen paſtores, latrant canes: & hac lupus timendo fugit. Nunquid non tamen lupum, lupum non eſſe dicimus? abſit. ſic, & vos faciatis quantũ poteſtis: ſi plura poſſetis, plura faceretis Eya igitur, ô iudices, attendite ac cum falſis iudicibus Suſannę cõfundamini. Suſcitabit enim Dominus ſpiritum Danielis & ponit ſpiritũ eius & ſapientiam pueri ſui Danielis, in mentem alicuius iuuenis. ſicut fecit in Suſannæ iudicibus, & confundet omnes falſos teſtes cum iudicibus. Et tunc ſcient quid profuerit ſibi ſua ſcientia. Conſiderate ergo, ò iudices terræ, quid per Oſeam & ſeruum ſuum loquatur. Ait enim viſitabo populum meum, & iudices & vias eorum, & cogitationes eorum, & reddam eis. ò quam horrendum eſt, incidere in manus domini. ò quanta vltimo, ò quanta miſeria malis erit in die nouiſsimo. Expellentur. n. mali mercatores, falſi iudices de domo Domini exulabunt, à domo Dei: expellentur, à paradiſo; & ibunt. in locum vbi ſemper erit fletus & ſtridor dentium. ideo attendite ad conſilium meum, aperite cordis portas, ſurgite qui dormiſtis, legite Iſaiam Prophetam, ſequimini eum, non cras, ſed hodie, non tamen hodie, ſed & nunc. Ait enim Propheta, derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertetur ad Dominum & miſerebitur eius; quia miſericors. Currite iudices, ne iudicemini ad patrem miſericordiæ: quærite veniam, reddite quod percipiſtis illicite. Querite veniam, quoniam propè eſt, omnibus inuocantibus eum inuenerit. ipſe eſt, qui ſanat contritos corde & humiles ſpiritu, & corde tribulatos ſaluabit. Ambulate dum lucem habetis, dum dies eſt. Ecce ò iudices venit iam nox, quia venit iam mors in qua non erit licitum ambulare. Cogitate quid eſtis, & quo ituri eſtis. Parentes enim veſtri prædicant mortui. Sepultura clamat: infernus vlulat; demones expectant ſacerdotes prædicant, quid ſuperbis? terra, cinis: o Iudex qui deum non agnouiſti dum iuxta tumulos patrum tuorum tranſis, ſcias quod mortui clamant, terra es, & in terram ibis. homines enim fuerunt, ſicut & vos diuitias poſsidendo. Vbi modo ipſi ſunt ſic & nos erimus. Vbi ſuperbia eorum? vbi ſcientia, vbi cathedra magiſtralis, vbi honor diſcipulorum, vbi indumenta ſerico, & pelle decorata? ò cinis & puluis, o iudex quid es? & quid eris, conſidera, non ergo tardes conuerti

uerti ad Deum; & ne differas de die in diem, ſubito enim venit ira eius: quia iuxta eſt dies perditionis, & ad ſe quidē neceſſe eſt, & feſtinant tempora. Nemo tamen, ex nobis deſperet nemo diffidat de Dei miſericordia. Sed attendite, quia nulla culpa tam magna eſt, quæ nō habeat veniã. & ne aliquis deſperet: Mariam illam peccatricem dominam luxuriæ, vanagloriæ matrem, ſororem Marthæ & Lazari; in exemplum aſſumite. quæ poſtmodum Apoſtolorum, Apoſtola, meruit nuncupari. Adiuuet autem nos, ipſe Deus & homo qui pro nobis naſci, & mori dignatus eſt, amen. Finis, Deo gratias.

Introdutio in ſecundam partem iuditialium dictam. Cap. 2.

SVMMARIVM.

1 Pars ſecunda quid contineat.
2 Probatio eſt illa quę facit vincere.
3 Pars ſecunda una conſtitutione continetur.
4 Defenſoris cauſa quomodo proponatur.
5 Conſtitutio cōiecturalis in quot partes diuiſa.
6 Veritas eſt indaganda.
7 Veritas eſt mater iuſtitiæ.
8 Veritas, non opinio eſt inſpicienda in delictis.
9 Veritas ex quibus occultatur.
10 Iura pro inuenienda veritate, omnia remedia tribuunt.
11 Veritas vera eſt indaganda.
12 Veritas omnia vincit.

Pars ſecūda quid contineat.

SECVNDA noſtrę praxis pars, quã iudicialiũ appellare 1
libuit, eo tēdit, vt cũ de facto cōtrouerſia ſit, illud quęratur, inueſtigetur, vt ſuo ordine in publicum deueniat, vt vix inquiſitus queat negare; & effugere iuſtam & condignam condemnationem. ¶ Tota enim ſpes vincēdi, 2
iudiciumq; recte abſoluēdi cōdemnatiōe, vel abſolutione; & ratio perſuadendi poſita eſt in confirmatione & cōfutatione. Nam cũ adiumenta noſtra expoſuerimus, cōtrariaq; diſſoluerimus: abſolute nimiũ munus oratoriũ cōfecerimus. teſte Cic. lib. 1. ad 3
Heren. ¶ Id enim qđ hac 2. parte, continetur, in vna conſtitutione (ſcđm eũdē Cicero:) abſolutũ redditē. cōiecturali. ſ. i cã cōiecturali, & ex cōſequēti in hac 2. pte, narratio accuſatoris, ſuſpitiōes interiectas & diſperſas hr̄e debet: vt nihil actum, nihil dictum, nuſquam ventũ aut habitũ: nihil denique factum, ſine cauſa putetur. ¶ Defenſoris narratio, ſimplicem, & 4
dilucidam expoſitionem debet habere, cum attenuatione ſuſpicionis vt in uerbo, auditiſque aduocatis, et in uerbo audiantur in eorum defenſionibus dicemus. ¶ Huius conſtitutionis ratio, in ſex parteis eſt diſtributa, 5
probabile, collationem, ſignum, argumentum, conſequtionem, approbationem, horum vnum quoque quid valeat, dicemus; in verbo, auditiſque aduocatis, & declarat Cice. vbi ſupra & in diſcurſu huius praxis, qualiter ad eorum praxim deueniatur, videbimus vſque ad verbum, & ſi fuerint confeſſi, aut cōuicti: condemnentur. ¶ In hac igitur parte, ad- 6
uer-

Probatio eſt illa, quæ facit vincere.

Pars ſecunda vna conſtitutiōe cōtinetur.

Deffenſoris cauſa quomodo ꝓponatur.

Conſtitutio cōiecturalibus in quot partes diuiſa.

Veritas eſt

uertentes volo eſſe iudices, ut ſint ſolliciti, diligentes, & aſtuti, ad indagandum ueritatem, eorum quæ proponentur per accuſatorem, & defen- indagandæ
7 ſorem. ¶Nam ueritas eſt mater iuſtitiæ ſecundum Bald. in l. libertini de ſta.ho. & veritas magis inſpicitur in delictis, quam ſimilitudo ſecundum Veritas eſt mater iuſtitiæ.
8 eundē Bal. in l.1. viij. col. C. de ſer. fugi. ver. 80. ¶Itē inſpicienda eſt magis veritas in delictis quam opinio, ſecundum Bald. in l. ſi quis ſeruo. 1. colū. C. de fur. de quo per Fran. Are. in l. is qui, circa principium 1. col. ff. de ac- Veritas nō opinio eſt inſpicienda in delictis.
9 qui. hære. & Bal. in l. ij. C. de ingen. & man. ¶Veritas enim ſolet, ex tribus occultari, videlicet ex affectiōe, amore carnali, & timore, atq; auaritia c. accuſatores iij. q. v. id circo, aduerſus iſta tria conentur iudices occur- Veritas ex quibus occultatur.
10 rere. ¶Pro veritate enim inuenienda omnia iura prodita ſunt regula poſſeſſori in vi. c. literas de reſti. ſpoli. & ne pereat, curare debet iudex Spe. in tit. de teſte. §. qualiter autem, verſi. deinde, & in titu. de actio. ſeu peti. §. Iura pro inueniēda veritate omnia remedia tribuunt.
11 vtrum, verſi. porro. ¶Aduertant inſuper, vt perquirant meram veritatem, ſinceram, & non inuolutam nam veritas debet eſſe ſincera, & non inuoluta c. a nobis de ſent. exco. el ij. Car. in cle. i. §. porro de ſum. tri. Veritas eſt indaganda. Veritas omnia vincit.
12 ¶Et hæc eſt illa ueritas, quæ omnia vincit. c. conſuetudo viij. diſt. Hoſt. in c. in audientia de ſent. exco.

Præfatio ſecundæ partis iuditialium. Cap. 3.

SVMMARIVM.

1 In iuditio quot perſonę requiruntur.
2 Præfationes extra cauſam facientes, an ſint tollendæ?
3 Iudices quibus mediis ad iudicandum moueri debeant.
4 Reipublicæ intereſt ſontes puniri: inſontes uerò abſolui.
5 Noxios accuſare, innoxiosq; defendere tenemur.

1 VLTRA perſonā iudicis, duę in iudicio pſonæ neceſſario requirūtur, accuſatoris & defenſoris. vterq; .n. rē ſimpliciſsime exponere debet. Multi tū petitorū, tū reorū, utuntur pœmijs ad rē qua de agatur, nihil pertinentibus. Recēſent ſua ſuorumq; maiorum merita in rempublicam q̄ ſi ſint minus illuſtria, cōmemorāt ea quæ, aliquis unquā ſuorū gētiliū, quā uis ſanguine a ſe remotorū, pſtitiſſet vel princi pi, uel ipſi reipublicæ. atque ut id pudore fiat minore, ſæpe per alios id curant ſuæ cauſæ actores qui illis ornamenta ac triumphos gentilicios uel per eum applicent ex quibus tandem acutè argumententur, puniendum eſſe illum qui accuſetur ſeueriſsimè. In iuditio quot perſonæ requirātur.

2 ¶Cum autem tales præfationes ad rem inſtitutā nihil faciant. ſed vel emerendi fauoris iudicis, eiuſque mentis a ueri cognitione auertendæ, vel aduerſarij opprimandi cauſa aut certe ad tempus extrahendum, iudiciumque fruſtandum, adhibeantur; tolendæ ſunt è medio, & a foro iuſtitiæ propulſandæ, voceque præconis (quod olim iuſſu Areopagitarum Athenis factum eſt) interdicendæ ac partibus ipſis imperandum, vt de Præfatiōes extra cām faciētes, an tollendæ?

re ipſa loquantur apertè & ſimpliciter, ſine ſuco omnique fallacia. Si quid per accuſatorem falſo ac per calumniam, decipiendi vel iudicis vel aduerſarij cauſa; expoſitum dictumue fuerit, id ne diu latere, nec impune ſit, curet iudex. Eſt enim Deus ille iudex æquiſsimus, & oculatiſsimus; omne puniens mendacium, nulli parcens iniquitati.

Iudices quibus medijs adiudicãdũ admoueri debeant.

3 ¶ Omnino iudicis eſt, ſine amore ac miſeratione, ſine ira, odio, inuidia, ſine pertinacia de rebus pure & nude propoſitis, ex ſuis ipſarum rationibus ac argumentis, non ex perſonarum, nec meritorum aut de meritorum alicuius reſpectu iudicare. Sed & enim; non vt cupiditati alicuius obtemperet, ſed vt reddat vniquique ſuum ius. Curent autem tam accuſatores quam defenſores vt ſe ſtrenuos gerant muneribus ſuis exequendis.

Reipublicæ intereſt ſontes puniri, inſontes nõ abſolui.

4 ¶ Tamen.n. intereſt Reipublicæ ſontes puniri, quam inſontes abſolui. Sola accuſantem niti veritatem, honeſtum eſt: conuicijs autem & maledictis indulgere, turpe & in humanum, Romæ quidem honorificum ſibi putabant viri principes, tam accuſare ciues noxios, quam defendere innoxios.

Noxios accuſare, innoxioſque defendere tenemur.

5 ¶ Et certè magnificum eſt in primis, omnibuſque tum priuatis, tum qui in magiſtratibus ſunt, glorioſum, eum à quo nulla priuatim iniuria læſus, ſis accuſare: eum etiam defendere, à quo commodi nihil expectes: ſed ſolius Reipublicę cauſa illum adducere in iudicium, hunc periculo liberare. Itaque M. Cicero, Verrem accuſauit. defendit Seſtium Murenam, & alios per multos. Idem feciſſe C. Iulium Cæſarem, illum Romanæ monarchiæ primum conditorem, Cice. teſtatur. Cato iunior tribunus plebis, cum iure iurando profeſſus eſſet, ſe ei quicunque largitione adipiſceretur magiſtratum, diem dicturum eſſe, accuſauit L. Murenam conſulem deſignatum ambitus, quod per largitionem obtinuiſſet. Sed de his infra ſuo loco dicetur latius.

Accuſatione porrecta. Cap. 4.

SVMMARIVM.

1 Accuſatio an ſit laudabilis?
2 Quod tibi non vis alteri ne feceris.
3 Amicitia eſſe non poteſt vbi eſt accuſatio.
4 Accuſatio inimicitiam inducit.
5 Reconciliatio ad proximum pręcipitur.
6 Reconciliatio præſupponit iniuriæ remiſsionem.
7 Inimicus an dicatur qui odij cauſam tantummodo habet abſq; apparentibus ſignis.
8 Accuſatio illaudabilis.
9 Accuſatio pręſumitur cauſa inuidiæ facta.
10 Accuſatio quod ſi laudabilis.
11 Accuſare tenemur, quia eſt ſecundum charitatem.
12 Pater, iudice mediante, filium caſtigat.
Et aliter faciens in ſindicatu iudex tenetur.
13 Iniuriam inferre, eſt maximum malum.
14 Plato hortatur ut vnuſquiſque accuſet, etiam ſuos.
15 Inimicorum proprium eſt non accuſare econtra amicorum.
16 Deo non placet qui ſeruos ſuos accuſat,

accuſat.
17 Coram fideli iudice dupliciter agi poterit:
18 Accuſare quis nõ vindictę zelo, ſed iuſtitię poteſt.
19 Delictum occultum an ſit bonum denuntiari?
Et quando, & cui denuntiandum erit.
20 Dilectio inimicorum tripliciter conſideranda.
21 Signa, vel beneficia dilectionis quæ ſint.
22 Homo ſeipſum magiſquã alium diligere tenetur.
23 Deus beatitudinis cauſa eſt.
24 Remittere rancorem, & ſatisfactionem iniurianti; an ſit charitatis opus?
25 Satisfactio an criminaliter, vel ciuiliter poſſit, & debeat peti?
26 Satisfactio iniuriæ quid ſit.
27 Damnum eſt patrimonij diminutio.
28 Iniuriam paſſo, & remittenti, damna & expenſæ refici debẽt præterita & futura.
29 Inuidiæ cauſa, & ad vlciſcendũ, accuſationem fieri pręſumitur:
30 Laudabile ſemper offenſam remittere.
30 Iniuriæ remiſsionis varia exempla.
31 Iniuria beneficijs vincenda, potiuſquam mutui odij, pertinatia penſanda.
32 Hæres non vindicans mortem defuncti, an ſit indignus?
33 Lex nõ debet eſſe nutritiua peccati vel delicti.
34 Accuſatio iure canonum permiſſa eſt.
35 Clericis an accuſatio permittatur?
36 Clericus accuſans aliquem cui pęna ſanguinis ueniret ĩponenda: proteſtari debet.
37 Clerici bonę famę, an ſuperiores accuſare poſsint?
38 Conſilium pro clerico accuſante, quod dicat conquæro, non accuſo.
39 Pęna corporalis an imponi poſſit: vbi accuſatio concludit ad emendam?
40 Clerici qualiter puniantur: ſi egerint criminaliter.
41 Iniuria propria ineuitabilis, Et ideo inuaſorem occidens non fit irregularis.
42 Accuſatio an ſit interdicta laicis?
43 Accuſare an poſsint laici clericos?
44 Laici clericos tanquam patres reuereri tenentur.
45 Infamatus contra non infamatum, an & quãdo admittatur ad accuſandũ, & teſtificãdũ?
46 In ſubſidium clericorũ admittitur qui libet laicus ad ciuiliter denuntiandum.
47 Crimen omne de iure canoni co ſpublicum. & infra nu. 63.
48 Accuſator an teneatur facere inſcriptionem.
48 Inſcriptionis, ſeu ſubſcriptionis forma.
49 Talionis pęna ſupplicij ſimilitudo.
50 Talionis pęna omiſſa, an vitietur proceſſus?
51 Accuſator debet iurare quod non animo calumniandi accuſauit.
52 Accuſatio præſente reo offerri debet.
53 Accuſatio per præſentes fieri debet.
54 Accuſare an poſſit mulier per procuratorem;

55 Eccleſia an agere poſsit iniuria illata clerico?
56 Clerici ſunt liberæ perſonæ.
57 In practica ſubtilitates reiciendę ſunt.
58 Eccleſia an poſſit remittere iniuriam illatam clerico?
59 Iniuria qualiter in foro canonico extimabitur?
60 Accuſatore deſiſtēte, an iudex poſsit ex officio procedere?
61 Deſiſtentia in quibus caſibus ſit permiſſa?
62 Modus deſiſtendi à iuditio triplex.
63 De iure canonico, omne crimē eſt quaſi publicum. & ſupra nume.47.
64 Reus per tranſactionem an habeatur pro confeſſo?
65 Tranſactio an locum habet quando curię ſeculari reus uenit tradēdus, vel ꝑpetui carceris pœna imponenda, vel ſanguinis?
66 Tranſactio in actionibus popularibus quando et quomodo liceat.
67 Pactum et tranſactio quando excludant denuntiationem, & quomodo?
68 Pęna perpetui carceris an capitalis, et mori ſimilis dicat̄.
69 Exceptio illegitimationis perſonæ quādo debeat opponi?
70 Exceptio, tua non intereſt, quando opponatur?
71 Accuſatore illegitimo non repulſo, an valeat qđ actū eſt?
72 Accuſatio, lite pendente, præſtantur alimenta.
73 Pręſcriptio in delictis an currat de iure canonico?
74 Monitio non eſt neſſaria in accuſationibus.
75 Accuſatio fit ab illis quorum intereſt.
76 Accuſatus non accuſat, accuſatione pendente.
77 Matrimonium contractum per vim & metum, an agatur vt diſſoluatur?
78 Metus magis maſculum quam fœminam excuſat.
79 Matrimonium qui, & quando poſsint accuſare?
80 Teſtes melius veritatem ſcientes, cæteris præferendi.
81 Qui ab accuſando repellendi ſunt.
82 Teſtes omni exceptione maiores ſint: qui repulſi à teſtificando, & ab accuſādo repellūtur.
83 Conſanguinei teſtes quando cæteris præferendi.
84 In qua cauſa, & quando idem accuſator & teſtis eſſe poterit.
85 Matrimonium dicitur magis denuntiari quam accuſari.
86 Iurare debent coniuges ſtare mādatis eccleſiæ.
87 Defenſore nō apparente in cauſa matrimonij, qualiter procedendum?
88 Iudex poteſt ex officio procedere in cauſa matrimoniali.
89 Matrimonium inter patrem in ſanctis, & filiam in ſanctis, an valeat?
90 Fraternitas iurata an ſucceſsionē præbeat?
91 Affinitas an contrahatur per coitum fornicarium?
92 Affinitatem per fornicariū coitum quomodo & quare ius canonicum adinuenit?
93 Contrahens contra prohibitionem canonum, contra leges cōtrahere videtur.
94 Nouum ſtatutum quādo ad pręterita extendatur?

Lex

95 Lex noua non trahitur ad præterita, ſed ad futura.
96 Accuſationis ordo procedendi differt ob ordine inquiſitionis.
97 Accuſatore deſiſtente, ius procedit.
98 Clericus accuſatus de vulnerato, & captus à iudice laico, quando ad expenſas, & medicamenta ab eo condemnabitur.

1 CANONICAM Criminum praxim, ad cōem vtilitatē edocere volens, illud p̄ cæteris, indagandum nō futile duxi. ¶ An accuſatio, de ſui natura, ſit illaudabilis, & inſpecta Chriſtiana, doctrina reprobata, vel potius laudabilis? & ad partes arguendo; primo ſiquidem, aſpectu, nō ab re dici poſſet, eſſe illaudabilē, & hoc quidē, ex pluribus. Et primo, per id qđ habetur Prouerbio. xi. quatenus ibi dicitur, qđ qui ambulat fraudulēter, reuelat archana: qui aūt fidelis eſt, celat amici cōmiſſum c. qui ambulat v. q. v. itē per id qđ habetur prouerbio xxv. quæ viderint (inquit) oculi tui, ne proferas in Accuſatio au ſit laudabilis?
2 iudicio cito, ne forte emendare nō poſsis. ¶ Itē ex lege naturæ tenemur facere alteri. qđ nobis fieri nollemus; ſed nullus vellet accuſari, ergo nullus debet aliū accuſare. Itē Mat. v. dicitur, & expreſſe præcipitur, qđ ſi quis te percuſſerit, in vna maxilla, debes ei prębere alterā ergo nō debes accuſare. & Luc. vi. dicitur, qui aufert quę tua ſunt, non repetas, & qui aufert tibi ueſtimentū. et tunicā noli prohibere. Item 1. ad Cor. vi. dicitur delictū eſt in vobis, qđ iuditia habetis inter uos: quare nō magis iniuriā accipitis? Item rurſus Math. v. dicitur ſi quis te angariauerit mille paſſus, vade cū illo alia duo. Si ergo non licet effugere angariā, ergo minimè licet de ea proponi accuſatio. Item dr̄ Luc. vi. quod tantū amici ſunt diligendi, verū etiam inimici: & benefaciendū eſt illis qui oderunt nos, ergo & ſi quis offenderit nos in perſonā, vel circa res, non tantum accuſari nequit, ſed diligendus eſt. Quod tibi non vis alteri ne feceris.
3 ¶ Vbi autem eſt accuſatio nō poteſt eſſe amicitia ſed potius inimicitia: glo. eſt in l. licet. ff. de arbi. & in §. item inimicitiæ in verbo ſi capitales inſti. de excuſa. tuto. & in §. ſi vero quis dicatur in verbo de crimine in Auten. de teſt. Bal. in l. ij. ff. de teſti. Abba. & Maria. Socci. in c. accedens el ij. vt lite non conte. Alber. in Auten. ſi teſtis. col. ij. C. de teſti. Additio Præterea ſicut ſpontanea criminoſa depoſitione quis dicitur & præſumitur inimicus ſcđm Abb. poſt Hoſt. in c. cū P. Manconella in fin. extra de accuſ. voluit Alex. in l. teſtibus. ff. de teſti. & per Hoſt. in c. meminimus extra de accuſ. ita & accuſatione, cum accuſatio & teſtificatio à pari procedant glo. in l. qui in iuditio in verſic. iudicatus. ff. de accuſ. c. 11. 4. q. 3. Hypol. de Marſ. in conſi. primo in 4. col. in verſi. nam accuſare. Et ex prædictis infertur quod qui repellitur à teſtificando, repellitur & ab accuſando Barbat. in c. i. de accuſ. Fran. Ant. Monac. Amicitia nō pōt eſſe vbi eſt accuſatio
4 ¶ Quod quidem adeo procedit quod & ſi accuſatio de crimine capitali minime ſit, nihilominus inimicitiam inducit. l. 1. §. 1. & §. fin. ff. de iniur. & §. patitur inſti. eod. lex enim appellat accuſatorem inimicum. c. 1. §. illum ibi nec inermes inimicis, de reſti. ſpolia. lib. vi. & c. item cum quis eo. titu. & c. meminimus de Accuſatio īducit inimicitiam.

Reconciliatio ad proximum præcipitur.

accuſa. ¶ Nec à longe differt quod Math.c.v.præcipitur reconciliatio ad 5 proximum inquit enim ſi offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduerſus te, relinque ibi munus & vade prius reconciliare fratri tuo.ſi ergo præcipitur reconciliatio,prorſus

Reconciliatio præſupponit remiſſionem iniuriæ.

prohibetur accuſatio. ¶ Reconciliatio enim arguit remiſsionem iniuriæ: 6 vt plenè declarat Iacob. de Belui. in ſua praxi in titu. de iniur. in verbo quod dictus reus malitioſe fin. col.& alias dixi in practica mea cauſa cri. in verbo recipiantur defenſiones verum vltra ibi dicta aduerte in hoc, quod non eſt ſimpliciter verum dicere quod reconciliatio tollit inimicitiam, & effectus qui cauſantur ab ea; nam in contrarium eſt text. & ibi gl.in c.iij.3. q. v. & ideo dicit ibi Præpoſ.quod eſt in arbitrio iudicis, conſiderare, an illa reconciliatio faciat ceſſare inimicitiam, & effectus ipſius.cõſiderabit ergo an reconciliatio ſit vera,an vero ſimulata,an poſt eam ſequuti ſint actus inducentes amicitiam,an ſit de recenti, & an leuiter facta? poſſent enim eſſe tales circunſtantiæ, quæ demonſtrarent verã reconciliationẽ:& tunc non obſtarent inimicitię vt eſt bonus tex.(ſecundum eum in l.athletę.§.dat remiſsionem.ff.de excuſa.tuto. & hoc procedit nedum in remiſsione & reconciliatione antiqua ſed etiam de recenti quod quidem eſt ſatis notandum.& ideo ſint cauti aduocati in probando optimas circunſtantias,probatur clarius in l.in ipſius & ibi Bal.C.famil. hærci. Additio ad idem vltra prædicta adde Abba.in c. 1.in 2. not.extra de iud.idem in c. propoſuiſti in 4. no.extra de for. compet. vbi qui mihi aduerſatur in lite mecum contendendo, de iure dici poteſt aduerſarius, & oritur inimicitia: ſubiungitque no. quod ad cauſandam inimicitiam, non inſpicitur ſi iuſta vel iniuſta cauſa præceſſerit. ſed an habuerit commouere animũ alterius ad odium cap meminimus &c.reppellatur de ac-

Inimicus an dicatur qui odij cauſam tãtummodo habet abſq; apparentib ſignis.

cuſat. ¶ Et ex hoc dixit Inno. in c. cum 1.& A.de re iu. quem proſequi- 7 tur Fel. in c.cum ſuper extra de offi.& poteſ.iudic.deleg.quod nedum dicitur inimicus qui habet apparentia ſigna odij: ſed etiã qui habet cauſam odij ſine ſignis:etiam ſi oſtendat amorem Bald.in l.præſcriptione. 14. col. C.ſi contra ius.quinimo ex lite ſuper omnibus bonis Abb.in d.c. 1. Alex.

Accuſatio in laudabilis.

in conſ.xcix.per totum li.1 Fran.Ant.Monac. ¶ Adſtipulatur prædictæ 8 opinioni tex.in c.ſi quis Epiſcopus ij.q.vij.vbi expreſſe vocat accuſationem illaudabilẽ. Additio idem gl.not.in uerſi.illaudabilis in c.ſi quis Epiſcopus.2.q.7.glo.in verſic.æmulorum in c.decreto 2.q.7.Fran.Anc.Mo-

Accuſatio ꝑſumitur cauſa inuidiæ facta.

nac.& eſt ratio(ſecundum glo.ibi) ¶ Quia ſemper accuſatio præſumitur 9 fieri cauſa inuidiæ vt vi.q.1.ſi omnia,& vix ſine culpa experiri poteſt.

Accuſatio, ꝙ ſit laudabilis.

¶ Sed in contrarium videntur pariter multa facere,& primo id quod ha 10 betur Leuit.v.ſi peccauerit enim(inquit)anima & uocem iurantis audierit, teſtiſque fuerit quod aut ipſe vidit: aut conſcius eſt, niſi iudicauerit, portabit iniquitatem ſuam ex quod infertur,ſecundũ Aug.quod ſi peccat homo.qui ſcit aliquem falſum iurare, & tacet, ergo vt non peccet debet accuſare. Item non à longe diſtat id quod dicit Augu.in regula ſua. Non vos (inquit) iudicetis eſſe maleuolos, quando crimen alterius iudicatis: magis quippè innocentes eſtis iudicando crimen:quam ſi fratres veſtros quos iudicando corrigere poteſtis:tacendo perire permittatis. Sed quilibet

libet tenetur procurare ſalutem fratris. ergo ipſum debet accuſare: vt
corrigatur, item idem Augu. ibi inquit. ſi frater tuus vulnus habet in cor-
pore, quod velit occultari, cum timeat ſecari; nonne crudeliter a te ſilere
tur, & miſericorditer indicaretur? quanto ergo potius debes manifeſtare
ne deterius putreſcat in corde. Item idem Augu. ad vincentium donati
ſtam. vtilius (inquit) eſurienti panis tollitur: ſi de cibo ſecurus, iuſtitiam
negligebat: quàm eſurienti panis frangitur vt iniuſtitiæ ſeductus acquie-
ſcat. Item qui freneticum ligat, & litargicum excitat: ambobus moleſtus:
ambos amat. Item quis non poteſt amplius amare quàm Deus: & tamẽ
nos non ſolum ſuauiter; verum etiam terrere ſalubriter non ceſſat.

11 ¶ Ex quibus conſtat quod ex charitate eſt accuſare fratrem ad correctio
nem: tenemur autem ad opera charitatis. Item Ambroſ. in quodam ſer-
12 mone. non oſculatur (inquit) pater ſemper filium; ¶ Sed aliquando ca-
ſtigat. Addictio quod quidẽ licet ipſi patri poſſe. ſcilicet mediante iudice
terrere & caſtigare filium, obſequium non preſtantem: & non (ut opor-
tet) conuerſantẽ: & iudex tenetur: alias in ſindicatu teneretur. l. nec quic-
quam. §. de plano. ff. de ocffi. proconſ. Franc. Ant. Monac.

Accuſare tenemur quia eſt ſecundũ charitatem. Pater iudice mediante filium caſtigat: Et aliter faciens in ſindicatu tenetur iudex.

¶ Ergo quando caſtigatur qui diligitur, circa eum pietas exercetur ſi
ergo tenemur ad opera pietatis in proximum; tenemur ad accuſa-
tionem, vt caſtigetur. Idem in eodem. Habet amor plagas ſuas, quæ
dulciores ſunt cum amarius ſe inferunt. Dulcior eſt enim religioſa ca-
ſtigatio, quam blanda remiſsio. Vnde ait Salomon meliora ſunt
vulnera diligentis, quam fraudulenta odientis oſcula prouerbio
xxvii. Item Plato. libro octauo, in Euthiphro. vel de ſanctitate, ſic in-
quit. Ridiculum eſt, ò Socrates, ſi quid intereſſe cenſes, domeſticus
ne, an extraneus ſit occiſus neque id dumtaxat obſeruandum eſſe,
vtrum iure occiderit quiſquis occidit, nec ne. Quod ſi iure, dimitten-
dum; ſin autem in curia, perſequendum, licet qui peremit, domeſti-
cus familiariſque ſit. infertur ergo accuſationem fieri debere. Item idem
Plato lib. 24. in gorgias, vel de Rhethorica, inter alia hæc dicit.

13 ¶ Quod inter mala illud maximum eſt iniuriam alteri inferre, ac efficere
ne iniurians pœnam luat ob iniuriam factam omnium natura maximũ
malum eſt. Cum ergo per accuſationem efficitur vt pro delicto quis luat
pænas, patet iam accuſationem eſſe quam maxime laudabilem.

Iniuriam inferre, eſt maximum malum.

14 ¶ Idemque Plato, paulo inferius hortatur vt vnuſquiſque ſui ipſius, ſuo-
rumque ſit accuſator, atque ad hoc oratoria facultate vtatur, vt patefa-
ctis iniuriis a maximo iniuſtitiæ malo ſoluantur. ¶ Nec multum à longe.
dicit quod cum ſit conueniens vt amicus accuſet amicum, ut luat pęnas,
contra vero faciendum eſſet, cum quis inimico ſuo malefacere optaret,
eo etenim caſu cauendum eſſet, ne ipſe ab aduerſario iniuriam patiatur:
ac ſi aliis iniuriam fecerit inimicus omni ſtudio prouidendum eſſet, &
verbis, & operibus, ne luat pænas, neque ad iudicem trahatur: uerum ſi
ad eum raperetur, forte annitendum, vt inimicus euadat nec ſumatur de
ipſo ſupplicium. Imo ſi aurum multum abſtulerit, id ut ne reſtituat,
ſed poſſidens ipſe in ſe, atque ſuos iniuſte impieque profundat, ſin morte
digna commiſſerit, ne moriatur vnquam ſi fieri poſſet, ſed immortalis
ſit malus. Sin autem minus id fieri poſſet, ſaltẽ, vt in ea prauitate plurimũ

Plato hortatur ut vnuſquiſque accuſet, etiam ſuos.

Inimicorum propriũ eſt non accuſare econtra amicorum. De eodẽ, ex Theologis. Deo nõ placet qui ſeruos ſuos accuſat.

temporis viuat. ℭ Sic ergo inimicorum proprium eſt non accuſare. ac- 15
cuſare autem amicorũ iam conſtat. quid igitur dicendum? ex ſacris Theo
logis Bea. Tho. ſecunda ſecondæ quæſtio. lxviij. arti. primo dicit quod fa-
cienda eſt differentia inter accuſationem, & denunciationem. primo ſi-
quidem caſu cum attendatur ad punitionem criminis videtur, non eſſe
licitam. Addictio prout habetur in capitu. ſi omnia vi. quæſtio. prima
& ibi Archidia. qui plura ſentit. ℭ Vbi Deo non placet qui ſeruos ſuos 16
accuſat, cum aliàs ſi licita diceretur, abſurdum inde vniret, quod omnia
hoc in ſeculo iudicanda eſſent, quod falſum in ſe obtinet, cum locum
Dei omnipotentis iuditium habere oportet, & diuinæ gratiæ plenitudo
humana non indiget adiectione Fran. Ant. Mona. nec obſtat dicere quod
per accuſationẽ puniuntur delicta, & ideo videatur licitam fore, quia re-
ſpondet ipſe, quod pœnæ præſentis vitæ non per ſe expetuntur, non enim
eſt vltimum hoc retributionis tempus. Secundo caſu circa denuntiatio-
nem, quia in denuntiatione attenditur emendatio fratris, & pœnæ tunc
ſunt medicinales, conferentes, vel ad emendationem perſonæ peccantis,
vel ad bonum reipublicæ, cuius quies procuratur, per punitionẽ peccan-
tium, poteſt & debet licitè fieri denuntiatio, ſi tamen eſſet tale crimen, qđ
vergeret in detrimentum reipublicæ, tenetur homo ad accuſandum. Ad-
dictio tex. in cap. præſumunt. 2. q. 7. in illis verbis, tanta eſt labes illius cri
minis. De quibus infero qđ quamuis aliquando nõ liceat accuſare, tamẽ
ſi labes criminis tanta extiterit licebit accuſare Fran. Ant. Mona. dummo
do ſufficienter poſſet probari, quod quidem pertinet ad officium accuſa
toris. Sed ſi tale non eſſet delictum quod vergat in detrimentum reipu-
blicæ, vel multorum non tenetur homo ad accuſandum Alexã. vero de
Aleſ. par. 3. ſuæ ſummæ. q. xlij. mẽbro primo dicit, quod aliud eſt ex cha-
ritate, aliorũ crimina indicare, vt qui ſecreta correctione non poſsint cor-
rigi, conuicti iudicis ſententia corriperent. Aliud eſt inſidiando falſa obij-
cere, vel inſidiando vera per contumeliam ex probare, ſiue promiſſo iu-
ris ordine in accuſationem prorumpere primum enim Charitatis eſt, re-
liqua vero impietatis, ſeu iniquitatis officium & in q. lxiij. art. primo de
præce. pa. dicit quod ſi mea bona ſunt ablata, licet repetere illa coram iu-
dice fideli, licet non coram in fideli. ℭ Et ſecundũ eũ coram fideli iudi- 17
ce licet repetere dupliciter, aut cum contentione & fraude, aut cum cha-
ritate, & amore iuſtitiæ, primo modo nulli licet. Et ſecundum hoc in-
telligitur, illud præceptum Math. v. ſiquis voluerit tecum in iudicio con-
tendere, dimitte ei & pallium. Secundo modo licet infirmis & imperfe-
ctis repetere ſua, perfectis vero non licet. Et hoc eſt, quod dicit gloſſ. 1.
Cor. vi. Perfectis licet repetere ſua, ſimpliciter, ſcilicet ſine cauſa, ſine li-
te, ſeu iudice. Non enim conuenit eis mouere litem ſeu cauſam, ante iudi-
cem. Infirmis vero licet repetere ſua, mouendo cauſam ante iudicem, ſed
non cum contentione, & fraudulenter vel apud infideles iudices, ex quo
manifeſtum eſt, quod repetere ſua contentioſè, vel fraudulenter, vel co-
ram iudice infideli, eſt prohibitum omnibus. Repetere vero ſine conten
tione ſine fraude nec coram iudice omnibus eſt conceſſum. Repetere ve
ro coram iudice, ſine contentione, & fraude, infirmis eſt conceſſum, per-
fectis vero prohibitum eſt. Sicque patet non eſſe laudabilem accuſatio-

Coram fideli iudice dupliciter agi poterit.

nem. Eſt tamen bene uerum quod idem Alex. de Aleſ. ibi. q. lxvij. 3, mēbro, dicit quod tenemur dimittere rancorem, ex appetitu uindictę, ſed nō
18 tenemur dimittere punitionem ex zelo iuſtitiæ. ℭ Sicque uidetur ſentire quod quis poteſt accuſare non zelo uindictæ, ſed iuſtitiæ potius. Similiter ſacri canones diſtingunt prout faciunt ſacri Theologi, ut aliud ſit aliorum crimina ex charitate deferre, aliud inſidiando falſa obiicere, uel inſidiando uera facilè exprobare, ut primum ſit charitatis officium, ſecundum uero impietatis, ut habetur in cap. qui ambulat. v. q. v. Item text. in cap. ſumma iniquitas. vi. qō. i. dicit quod ſumma iniquitas eſt fratres detrahere, & accuſare. & habetur ſecunda qō. vij. cap ſi quis Epiſcopus, & cap. homicidiorum de pen. diſtin. prima & in c. ſi omnia ea, vi. qō. prima & adhoc poteſt etiam adduci. xxiij. q. iiij. per totam. Præpo. in capit. non uos. v. q. v. refert quod Cardi. in ſumma diſtinguit quod aut crimē quod quis indicat eſt occultum, aut manifeſtum, quod poteſt in iuditio probari, ſi enim erit crimen occultum, & ſit in ſecreto, & tunc ſubdiſtinguendum eſſet, quod aut indicat iudici, & in iudicio, aut indicat alicui probo viro qui poſſet prodeſſe, & non obeſſe, ut peccator emendetur.

Accuſare quis nō vindictæ zelo ſed iuſtitię poteſt.

De eodē ſecundum Canoniſtas.

19 ℭ Si enim delictum eſſet occultum, & quod quis ſcit in ſecreto indicat in iudicio iudici, concluſio eſt, quod talis peccat, & maleuolus erit iudicandus, quod dicit ex pluribus probari; Primo, quia ſic faciendo, diffamat fratrem ſuum, contra beneuolentiam charitatis. Secundo, quia facit cōtra præceptum Domini, de fraterna correctione. Mathe. xviij. ſi peccauerit in te frater tuus. Tertio, quia ſic agendo, conſtituit ſe proditorem, & non correctorem, quia ille uidens ſe reuelatum, & ſecreta negabit, & ſic committet falſum, & deterior efficietur. Quarto, quia ſic indicans, exponit ſe periculo, ut ſuccumbat, cum hoc probare non poſſet, & ſic neque bonus, nec beneuolus dici debet ſed maleuolus reputari. Si autē eſt occultum peccatum, & in ſecreto ſcitum, & dicatur probo viro, & priuatæ perſonæ, & non vt iudici, ſed amico qui poſsit & velit prodeſſe, & non obeſſe, & hac intentione vt abſque infamia, peccator corrigatur, & emendetur, & tunc concluſio erit, quod talis ita procedens, non debet dici maleuolus, ſed beneuolus. quia ad bonū fratris, charitatiuè mouetur, & vt fratrem lucretur, quod pertinet ad charitatem. Si autem ad exprobandum obijcit, tunc peccat, & eſt maleuolus, & ſi verum dicat. Et hoc indiſtinctè ſiue exprobret crimen occultum, & non probabile ſiue notum vel probabile. Si vero peccatum eſt notorium, & poſſit probari, dummodo hoc faciat non ex odio, ſed amore & zelo iuſtitię, vt peccator corrigatur, & ne eius peccatum alios inficiat aut obſit reipublicæ, ſed vt læſo ſatisfiat; tunc eſt concluſio quod qui hoc peccatum iudici indicat, non maleuolus, ſed beneuolus dicendus erit. Vnde Apoſtolus notorium peccatorem tradidit Sathanæ, ad interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus fieret. 1. Cor. v. & hæc dicit procedere tam in denuntiatione quàm in accuſatione. Ego tamen nec ex Canoniſtis, nec ex Theologis adhuc video reſolutam quæſtionem, omnes enim dictæ opiniones tendunt in delictum commiſſum in alium, nōn autem in delictum commiſſum in perſonam accuſare volētis, aut ſuorum. Vnde in hoc ſunt qui dicunt

Delictū occultū, an ſit bonum denunciari; Et quando denunciandum erit, Et cui.

Auctoris opinio.

cunt quod iniuriatus non tenetur remittere niſi rancorem animi,non autem debitum iuſtitiæ, & ſic ſatisfationem iniuriæ, vt concludit Specu.in tit.de Treug. & Pa.nu. 2.allegat pro hoc text.in ca.ſi illic.xxiij.quæſtio. 4.qui tex. ſolum probat non poſſe quem cogi ad remitendam iniuriam. Imò dicit ipſe quod benefacit quis agendo pro iniuria ſibi illata ne crimina remaneāt impunita.cap.vt famę extra de ſenten.exco.allegat etiā tex.in cap.vt qui emendat.xlv. diſtin.vbi notabiliter iuncta gloſſ.probatur ſua opinio, quod quis tenetur dimittere rancorem animi, non autem ſatisfationem iniuriæ. Et ideo poteſt quis accuſare pro iniuria propria, ita tamen vt non faciat vlciſcendi animo. Id etiam tenet firmiter gloſſ.in cap.ſi is qui prælatus.xxiij.q.iiij.& eſt text.in cap.ſiquis contriſtatus & ibi gl.xc.diſtin.& habetur per do.Abb.in c. 1.de iniur.& dam. dat, verſus finem. Et tenendo hanc partem, poteſt dici.

Dilectio inimicorum, tripliciter conſideranda.

¶ Quod dilectio inimicorum, & reconciliatio, quæ nobis præcipitur in 20
Euangelio,tripliciter poteſt conſiderari. ſecundum Beat.Thom.ſecunda ſecundæ quęſtio.xxv.de obiecto charitatis art.viij. Vno modo,vt inimici diligantur in quantum ſunt inimici, & hoc eſt peruerſum, & charitati repugnans, quia hoc eſſe diligere malum alterius. Alio modo poteſt accipi inimicorum dilectio,quantum ad naturam.ſcilicet in vniuerſali, & ſic dilectio inimicorum eſt de neceſsitate charitatis, vt ſcilicet diligens Deum & proximum,ab illa generalitate dilectionis proximi inimicos ſuos non excludat. Tertio modo, poteſt conſiderari inimicorum dilectio in ſpeciali,vt ſcilicet aliquis in ſpeciali, moueatur motu dilectionis,ad inimicum, & iſtud non eſt de neceſsitate charitatis abſolutæ, quia nec etiam moueri motu dilectionis in ſpeciali,ad quoslibet homines ſingulariter, eſt de neceſsitate charitatis, quia hoc eſſet impoſsibile.

Eſt tamen de neceſsitate charitatis ſecundum præparationem animi, vt ſcilicet homo habeat animum paratum ad hoc,quod in ſingulari inimicum diligeret, ſi neceſsitas occurreret. Sed quod abſque articulo neceſſitatis,homo etiam hoc actu impleat,vt proximum diligat propter Deū hoc pertinet ad perfectionem charitatis.Cum enim ex charitate diligatur proximus propter Deum, quantò aliquis magis diligit Deum,tanto etiam magis ad proximum dilectionem oſtendit, nulla inimicitia impediente. Sicut ſi aliquis multum diligeret, aliquem hominem,amore ipſius,amaret eius filios,etiam ſibi inimicos.

De eodem.

Debemus enim inimicos odio habere, inquantum ſunt inimici ideſt nobis diſplicere debet, quod ſint nobis inimici,ſed in quantum,ſunt homines,& beatitudinis capaces debemus eos diligere.

Signa vel beneficia dilectionis q̄ ſint.

¶ Sunt enim quædam ſigna, vel beneficia dile- 21
ctionis, quæ exhibentur proximis, in communi, puta cum aliquis orat pro omnibus fidelibus, vel pro toto populo, aut cum aliquod beneficiū impendat aliquis toti communitati,& talia beneficia,vel dilectionis ſigna inimicis exhibere, eſt de neceſsitate charitatis, & præcepti. nam ſi non exhiberentur inimicis,hoc pertineret, ad liuorem vindictæ. Alia vero ſunt beneficia, vel dilectionis ſigna, quæ quis exhibet particulariter, aliquibus perſonis,& talia inimicis exhibere,non eſt de neceſsitate ſalutis,niſi ſecundum præparationem animi ſcilicet vt ſubueniatur eis in ar

ticulo mortis. Ad propoſitum ergo noſtrum (ne ſuperuacuò autoritates
22 videar citare.) ¶ Homo in particulari, debet magis diligere ſeipſum, quã alium amicum, vel inimicum. ſecundum eundem Beat. Tho. ſecunda ſecundæ. q. xxvi. arti. 4. Item magis debet diligere Deum, quàm amicum vel inimicum, autore eodem Bea. Tho. quæſt. 26. arti. 2. Inquit enim q̃d in vnaquaque amicitia, reſpici debet principaliter, id quo principaliter inuenitur, illud bonum ſuper cuius communicatione fundatur, ſicut amicitia politica, principalius reſpicit, principem ciuitatis, à quo tocius bonum ciuitatis dependet, & vnde ei maxime debetur fides, & obedientia à ciuibus. Amicitia autem. charitatis, fundatur ſuper communicatione beatitudinis, quæ conſiſtit in Deo eſſentialiter, ſicut in primo principio,
23 à quo deriuatur in omnes qui ſunt beatitudinis capaces. ¶ Et ideo principaliter & maxime Deus, ex charitate eſt diligendus. Ipſe enim diligitur ſicut beatitudinis cauſa, proximus autem ſicut beatitudinem ab eo ſimul nobiſcum participans. Sicque cum verum ſit hominẽ debere plus diligere ſeipſum & Deum quam amicum vel inimicum. Sequitur quòd iniuriatus, re verbis, & facto ab aliquo ſuo inimico, tum ex dilectione ſui ipſius, tum ex dilectione Dei, prætermiſſo liuore odij rancori, ac vindictæ, poteſt licite pro iniuria agere, tum vt ille reddatur iuſtior, reipublicæ ſatisfiat, & cæteri terreantur, ac abſtineant ab iniurijs. Quod quidem Deo ſumme placitum eſt. Tum etiam vt ipſe iniuriatus ſatisfationem recipiat ſuæ iniuriæ, & iniuriantis exoneret conſcientiam.

Homo ſeipſum magis quam aliũ diligere tenetur.

Deus beatitudinis cauſa eſt.

24 ¶ Remittere enim rancorem & ſatisfactionem iniuriæ iniurianti, eſt potius opus contrarium charitati, quàm ſecundum charitatem. Eſſet enim diligere eum illaqueatum, & peccatis irretitum, & ſic inimicum Dei cõtra tex. in ca. quiſquis. xxiij. q. iiij. Nam dicit Augu. ad Mace. quod homo debet diligere proximum ſuum, ſicut ipſum vt quem potuerit hominem beneficentia, cõſolatione vel informatione doctrinæ, vel diſciplinę coertione, abducat ad colendum Deum de quo in cap. debet. xxiij. qõ. iiij. & Idem Augu. ad donatum præsbyterum mali (inquit) ſunt prohibendi à malo, & cogendo ad bonum qua de re cõcluditur in cap. mali ead. xxiij. qõ. iiij. quod vindicta eſt inferenda, non amore ipſius vindictæ, ſed zelo iuſtitiæ, non vt odium exerceatur, ſed vt prauitas corrigatur. Nam dicit idem Augu. de Sermo. Do. in mõte lib. 1. quod ea vindicta, quæ valet ad correctionem non prohibetur quæ etiam ad miſericordiam pertinet, nec impedit illud propoſitum, quo quiſq; paratus eſt ab eo quem correctum eſſe vult, plura perferre. quo ſatis apparet, poſſe peccatum potius amore vindicari, ꝙ impunitum relinqui, vt illum quem vendicat, non pœna miſerum, ſed correctione beatum eſſe velit paratus tamen ſit (ſi opus fiat) æquo animo plura tollerare ab eo illicita, quem vult eſſe correctum, ſiue in eum habeat poteſtatem coercendi, ſiue nõ habeat. Ex his igitur con-
25 cludo licite zelo iuſtitiæ ad ſatisfactionẽ iniuriæ agi poſſe. ¶ Eſt tñ ſumme conſiderandũ & aduertendũ in hoc, quod cum verum ſit, non teneri iniuriatũ remittere ſatisfactionẽ iniuriæ, ſed rancorem tantum, quod non poteſt neq; debet agere criminaliter, & ad punitionẽ, imò tenetur remittere querelam, ſiquam fecerit iniuriatus ipſe, quæ per querelã intentatur

Remittere rancorẽ & ſatisfationẽ iniurianti, an ſit charitatis opus.

Satisfactio an criminaliter vel ciuiliter poſſit, & debeat peti.

punitio

Satisfactio iniurię quid ſit.

punitio iniuriantis,non autem ſatisfactio iniuriæ ſimpliciter. ¶Quæ (ſe- 26
cundum Cardi.in cle.1.de Pœn.in §.ciuitas.4.q.)nihil aliud eſt, niſi quod
debet ſatisfieri iniuriato,de damnis iniurijs expenſis, & intereſſe. c. con-
queſtus extra de for.compe.& c.olim extra de pæn. Et de iniuria fit ſa-
tiſfactio ſecundum extimationem iudicis.c.contingit extra de ſent. exco.
& de adulter.c.intelleximus & iſta ſatisfactio fit pecuniariter cap.parro-
chianos extra.de ſen.excom.& c.ea noſcitur,& c.quamuis. Et hæc eſt il-
la ſatisfactio(ſecundum eundem Cardi.vbi ſupra)quam non tenetur in-
iuriatus remittere. & quod debeant ſatisfieri etiam damna facit.ii.q.i.c.

Damnum ẽ patrimonij diminutio.

in primis,& c.olim de iniur. ¶ Et dicitur damnum diminutio patrimo- 27
nij.l.damnum. ff.de dam.infect.Et ſic debent reſtitui omnia quæ occaſio

Iniuriã paſſo.& remittenti damna & expenſę refici debẽt pręterita & futura tali occaſione.

ne iniuriæ,amiſit iniuriatus. ¶Et quæ habuiſſet, ſi non eſſent factæ iniu- 28
riæ.Et ſi iniuria foret perſonalis,ut quia quis ſit percuſſus, & vulneratus;
tunc iudex ante omnia,reſtitui facere debet, omnes expenſas medicorũ,
& alia damna.l.ex hac lege.ff.ſi quad.paup.fec.dica.& l.qua actione.§.i.
ad l.aquil.& etiam omnes operas amiſſas, & quas amiſſurus eſſet,in per
petuum. propter offenſam illam perſonalem, ſi ex illa eſſet debilitatus,
vel inquantũ eſſet minus lucratus vt ibi tex.ac ſi eſſet aduocatus, vel arti
fex cui oculi eſſent obcecati,vel manus debilitata. Si aũt nõ haberet artẽ
nullæ opæ extimabũtur arg.l.fi.de delibera.cau.& ſi aliquis eſſet occiſus,
& haberet filios paruulos,qui nõ poſſent viuere,dabitur aliquid ꝓ ſuſtẽ-
tatione.& de hmõi ſatisfactione late loquitur Par.de Put.in tract.ſindi.in
verb.compoſitio verſ.quia pluries. Ad has igitur & ſimiles ſatisfactiões
poſſe de conſcientia agere iniuriatum,clariſsimi iuris eſſe dignoſcitur.Sed
nunquid teneatur remittere iniuriam,& quærelam intentatam ad punien
dum pæna ordinaria in corpus, reſeruata ſatisfactione facienda arbitrio
iudicis ſecundum conſiderationes factas per Par.ubi ſupra. Ex hoc enim
pendent leges & profetæ. Adde hic dicta inferius num. 35. uerſus finem
& uide Gem.in c.ii.de homi.in vi.Adde etiam,quod pro iſta opiniõe be-
ne facit quod dicebat Reuerendiſsimus Hieronimus Seripandus Archie-
piſcopus Salernitanus Salerni ſub die natiuitatis Domini, exponendo illa
verba,& in terra pax hominibus bonæ voluntatis, quod pax Dei nõ eſt
cum eo,qui non habet bonam voluntatem, habere bonam voluntatem
eſt,non ſequi voluntatẽ ſuam,ſed Dei, & ideo ſicut Deus in totum remit
tit, ita & nos remittere debemus in totum. Et intrepide dico,quod te-
netur in foro conſcientiæ,remittere quærelam ſi quam feciſſet, & ſi non

Inuidiæ cã & ad vlciſcendum accuſationem fieri p̃ſumitur.

feciſſet non debet eam exponere.¶Præſumitur enim ſemper, quod in- 29
uidiæ cauſa, & ad vlciſcendum fiat accuſatio.c.qualitas de pæn. diſt. v.
& ii.q.vi.c.decreto. & hanc meam opinionem in particulari firmat text.
in c.ſi quis Epiſcopus.ii.q.vii. Et ideo diſcant ſacerdotes, non abſoluere
confitentes, niſi facta remiſsione iniuriæ,& facta pace. reſeruata ſatisfa-

Laudabile ſemper offẽſam remittere.

ctione. ¶Semper enim laudabile fuit remittere offenſam. ¶Nam legi- 30
tur de A.Gabinio apud Valer.Maxi.libro 8.cap. 1. quod cum in maxi-
mo infamiæ ſuę ardore, ſuffragiis populi, Memmio Accuſatore ſubie-
ctus,abruptæ eſſe ſpei videbatur,quoniam et accuſatio partes ſuas plene
exhibebat, & defenſionis præſidia, inualida fide nitebantur, & qui iu-
dicabant,

30 dicabant, ira perciti, pœnam hominis cupide expectabant. ℭ Igitur lictor, & carcer ante oculos obſeruabantur, cum interim omnia iſta propitiæ fortunæ interuentu depulſa ſunt filius nanque Gabinij Siſenna, cōſternationis impulſus ad pedes ſe Memmij ſupplex proſtrauit, inde aliquod fomentum procellæ petens, vnde totus impetus tempeſtatis erupérat, quem truci vultu, à ſe victor inſolens repulſum, excuſſo è manu annulo humi iacere, aliquandiu paſſus eſt. quod ſpectaculum fecit, vt Lelius Tribu. ple. approbātibus cunctis, Gabinium dimitti iuberet, ac documentum daretur, neque ſecundarum rerum prouentu inſolenter abuti, neque aduerſi propere debilitari oportere. Sicque & rancorem, & ſatisfationem remiſit. & ob idem vſque nunc, Memmius laudatur. De Cicero. etiam legitur? quòd A. Gabinium repetundarū rerum ſummo ſtudio defendit qui eum in conſulatu. ſuo, vrbe expulerat. Idemque. P. Vatinij dignitati ſuæ ſemper infeſtum, duobus publicis iudicijs tutatus eſt; vt ſine vllo crimine leuitatis, ita cum aliqua laude

Iniuriæ remiſsionis exempla varia.

31 ℭ Quia ſpecioſius aliquanto iniuriæ beneficijs vincuntur, quàm mutui odij pertinatia penſantur. Et de P. pulchro ibidem legitur, qui factum Ciceronis imitatus, (videns eſſe probabile atque laudabile) inceſti crimine tribus lentulis accuſatus, vnum ex his ambitus reum patrocinio ſuo protexit, atque in animum induxit, & iudicem, & prætorem, & teſtem, Veſtæ ædem intuens, amicum lentulo agere. Intra quam ille ſalutem eius fædo crimine obruere cupiens, hoſtili voce perorauerat. Et Caninius autem gallus reum pariter, atque accuſatorem admirabilem egit, & C. Antonij, quem damnauerat, filiam in matrimonium ducendo, & M. Colonium à quo damnatus fuerat, rerum ſuarum procuratorem habendo. Et de Africano Poſteriore legitur lib. v. c. primo quòd cum à quæſtore ſuo haſtæ ſubieſtos captiuos vendente, puer eximiæ formæ, & liberalis habitus miſſus eſt, de quo cum exploraſſet numidiam eſſe orbum relictum à patre, educatum apud auunculum Maſiniſſam, eo ignorante immaturā aduerſus Romanos ingreſſum militiam, & errori illius veniam dandam, & amicitiæ regis fidiſsimi Pon. Ro. debitam venerationem tribuendam, exiſtimauit. Itaque puerum annulo, fibulaque aurea, & vnica lati clauia, hiſpanoque ſagulo, & ornato equo donatum, datis qui eum proſequerentur equitibus, ad Maſiniſſam remiſit de Gn. Pom. lib. v. apud eundem legitur c. i. qui regem armeniæ tigranem qui & per ſe magnam cum Po. Ro. bella geſſerat & infeſtiſsimum vrbi Mithridatem ponto pulſum, viribus ſuis protexerat in conſpectu ſuo diutius iacere ſupplicem, paſſus non eſt; Sed benignis uerbis recreatum, diadema, quod abiecerat, capiti reponere iuſsit: certisque rebus imperatis in priſtinum fortunę habitum, reſtituit; æque pulchrū eſſe iudicās, & uincere reges, & facere ℭ Ex his. n. infero

Iniuria beneficijs vincenda potius quam mutui odij pertinatia pēſanda.

32 ad quęſtionē, de qua alias in ciuitate Salerni interrogatus fui; uos ſcitis quod de iure ciuili, hęres nō uindicās mortē defuncti, indignus eſt hæreditate; & ea priuatur. Autore Papiniano Iureconſulto; in l. hæredem. ff. de his quib. ut indi. & habetur in l. 1. C. eo. tit. pone quod aliquis ductus amore Dei non uindicat mortem defuncti, imo remittit iniuriā, et omnem offenſam, & facit pacem cum occiſoribus, nunquid debeat priuari hære-

Hæres non vindicans mortem defuncti an ſit indignus?

Auctoris opinio.

Lex non debet eſſe nutritiua peccati vel delicti.

hæreditate, & indignus reputari? quilibet diceret quod ſic; eo quia iura ſunt clara & vulgata, & in claris non eſt opus ire per mendicata ſuffragia. Ego tamen dixi, & nunc dico ex prædictis quod non, & quod illa pœna abijt in deſuetudinem, ex quo eſt nutritiua peccati. ℭ Et lex non 33
debet eſſe cauſa peccati & delicti ſecundum Bal. in l. ij. C. de indi. vi. tolle. videmus. n. quotidie fieri tranſactiones & remiſsiones & paces per hæredes defunctorum, & tamen nunquam vidi, nec audiui fuiſſe oppoſitũ de indignitate iſta, & hæc mea opinio ſatis fundatur ex tex. in l. pactum quod curatoris, & nota. ibi à doctori. quatenus ibi permitti videmus poſſe pupillum cauſa cognita facere pacem de morte patris, cum occiſoribus. Et pro certo ego nolui ſtare meæ opinioni, ſed dum eſſem Neapoli interrogaui nonnullos famoſos doctores, & magnos practicantes & pſertim Magnificum Marcum Antonium Floccarum, & omnes vnanimiter mihi dixerunt meam opinionem eſſe veriſsimã, & quod illa pœna abijt & receſsit ab aula. eſt tamen bene uerũ ꝙ illa pœna haberet locum, ſi hæres colluderet cum occiſoribus? Et hoc eſt forte illud ꝙ uoluit

Accuſatio iure canonũ permiſſa eſt.

dicere tex. in d. l. hæredem. ibi ſciens. ℭ Vt cunque tamen ſit, iure cano- 34
num permitti videmus accuſationem imo ſtatutum reperitur, ꝙ etiam illæ perſonæ quæ ſunt propter aliquam cauſam prohibitæ accuſare, nihilominus proſequentes eorum, & ſuorum iniuriam, admittuntur ad accuſandum. 4. queſtio. vi. c. omnibus. & c. cum dilectus extra de accuſa. facit

Clericis an accuſatio pmittatur.

tex. in l. hi tamen omnes. ff. eo. tit. ℭ Et clerici qui magis deberent atten- 35
dere, quam laici ſupra allegatis conſiderationibus, & regulis minime ꝓhibentur accuſare, ſi ſuam, uel ſuorum iniuriam proſequantur. Eſt tamẽ in hoc aduertendum ſecundum Do. Abb. in cap. cum. P. Manconella extra de accuſa. ꝙ aut quærimus, an clerici poſsint accuſare laicos an uero clericoſmet? primo ſiquidem caſu, clericus non poteſt (ſecundũ eum) accuſare laicum, ad uindictam publicam, etiam ſi non ueniat imponenda pœna ſanguinis. per c. ſacerdotes. ij. quæſtione. vij. & eſt ratio, quia accuſatio, dicitur illaudabilis intentionis c. ſi quis Epiſcopus. ij. quæſtione vij. unde clericus immiſcere ſe non debet huiuſmodi odioſis litigijs Item quia clerici debent eſſe ſegregati à uita laicorum. Et hoc uerum eſt ſi ſuã uel ſuorum iniuriam non proſequatur. Si vero ſuam uel ſuorum iniuriã proſequeretur, aut ſuæ eccleſiæ, & tunc ſi pœna ſanguinis non uenit imponenda, poteſt licite accuſare laicum. cap. cum ſit generale de for compe. & in cap. prælatis de ho. in vi. ℭ Et ſi ueniret imponenda pœna ſan- 36

Clericus accuſãs aliquẽ cui pœna ſãguinis veniret imponẽda, proteſtari debet.

guinis, etiam poteſt accuſare laicum, proſequendo iniuriam propriam; debet tamen proteſtari quod non intendit accuſare, ut pœna ſanguinis imponatur. ut in dicto capitulo prelatis de homi. lib. vi. Addictio. Quas prædictas duas concluſiones procedere dicas, dummodo clericus ciuiliter, non autem criminaliter accuſauerit in proſecutione ſuæ uel ſuorum iniuriæ, laicum cum clericus criminaliter nullo modo poteſt laicum accuſare. Ita Archidia. in capitu. experientiæ & in capitu. clericum. xi. q. 1. inde per prædicta unica fit concluſio, clerico in ſua uel ſuorum proſequẽdo iniuria, ciuiliter tantum, licere accuſare, idem Archidia. in cap. laicos 11. quæſtio, 7. gl. eſt not, in uerſiculo laicos, in cap. laicos, 2. quæſtio. 7. Vbi

pluſ-

37 pluſquam ſatis ad propoſitum. Franc. Ant. Mona. Secundo caſu clerici bonę famæ. poſſunt nedum accuſare clericos ſimplices, ſed etiam eorum ſuperiores. ut in c. ex parte, & in c. veniens, & in c. licet extra de accuſa. ſi uero eſſent malæ famæ non admittũtur. ut in c. cum dilectus eo. tit. niſi in exceptis criminibus: quia in illis admittuntur etiam contra non infamatos; & in hoc ſecundum eum, differunt a laicis. Et cum hac doctrina do. Abba. tranſit Sande. ibidem. dicit tamen unum uerbum, quod conſilium 38 eſt. ¶ Quando clericus uult accuſare, vt non dicat accuſo, ſed cõquero. ſecundum Io. An. in cap. ii. de homi. Attamen hodie eſt expeditum, quòd ſiue per uerbum conquero. ſiue per verbum accuſo, clericus ageret contra laicum, ſi præceſsit proteſtatio quòd non intendit, vt pœna ſanguinis emittatur, etiam ſi poſtea pœna ſanguinis eſſet emiſſa, & ſciuiſſet pro certo clericus, eam pœnam imponi debere, & accuſatum eſſe moriturum, nullam irregularitatem incurrit. ut in cap. ii. extra de homi. in vi. & declarat Sande. in c. poſtulaſti eo. tit. ſed Sande. ibidem dicit hęc, ꝓcedere, quandò clericus ciuiliter, vel criminaliter agens. prætenderet intereſſe, & ſic ſatisfactionem iniuriæ, ſecundum conſiderata per me ſuperiori loco alias ſi concluderet condemnari, ad pœnam ſecundum formam iuris, talis proteſtatio non releuaret, de quo dicit notari per docto. in d. cap. ii. item dicit prædictam proteſtationem non ſaluare in foro conſcientiæ, ubi in corde haberet deſiderium pœnæ criminalis. ſecundum do. Anto. in d. c. poſtulaſti. & Imol. in c. 14. col. de poſtul. præla. & ita etiam proſequitur Frã. in d. cap. ii. & ſic (ut vides,) nõ poteſt clericus agere niſi ciuiliter, ad emẽdam, non autem criminaliter ad vindictam; etiam ſi ſuã proſequatur iniuriam, ut bene declarat ubi ſupra Francus. & Gem. quæ prodeo, notes ad opinionem meam ſupra firmatam. Et ſcias ea ſeruari in actu practico ne 39 illaqueąris. ¶ Nec ſis anceps (amantiſsime practice) quod & ſi accuſatio non concluderet ad punitionem, ſed ad emendam tantum, poſse iudicem procedere ad punitionem etiam corporalem, vbi eſſemus in caſibus talem exigentibus pœnam. id enim ex tex. in d. ca. ii. excerpit Fran. intelligens tamen, ſi de delicto conſtaret per confeſsionem rei; non autem ſi per teſtes aliasùe probationes. eo tamen caſu non ex eodem proceſſu, ad talem punitionem procedere facile poſſet; licet inquirere, & nouum inchoare proceſsũ permitteretur. expendit in hoc tex. in. l. 2. §. ſi publico. ff. de adul. Minimeq; te lateat, prædicta procedere, in iudice, qui ad pœnam ſanguinis, alias procedere poſſet. ut ibidem ad notandum reliquit 40 idem Franci. ſequũturque cæteri doctor. ¶ Sed poſtquam in hanc incidimus quæſtionem: illud addendum duxi qua pęna puniantur clerici qui non ad emendam, ſed ad punitionem, & uindictam publicam, ſuas propoſuerint queri monias: in quo quidem, dicendum eſt; ꝙ primo incurrũt irregularitatem. d. cap. ii. item ulterius, ſi non eſſent forte ordinati, non poſſent de cætero amplius ordinari. cap. ſeditionarios xlvi. diſtinct. Puniuntur etiam pœnis ſtatutis per conſtitutiones ſinodales. Rurſus ſiſte pedem, nec curſim prætereas, nam quæ dicta ſunt, clericos cum proteſtatione citra pœnam ſanguinis. euitare irregularitatem, etiã ſi mors accuſatorum interuenerit, procedunt ſi proſequentes ęorum propriam, iniuriã

ege-

Clerici bonæ famę an ſuperiores, poſſint accuſare.

Conſilium pro clerico accuſãte ꝙ dicat conquero non accuſo.

Pœna corporalis an imponi poſſit, vbi accuſatio conclu dit ad emẽdam.

De eodem. Clerici qualiter puniantur ſi egerit criminaliter.

De eodem.

egerint, vt ſecus ſi ſuorum iniuriam non proſequantur.ita enim aduertit
Franc.in d.cap.ij.in princ.etiam ſi cum proteſtatione iam dicta egerint.
Non enim iſto caſu loquitur tex. ille, citat.c.ad audientiam extra de de-
ci.& tex.& glo.not.in verſiculo ſuum in cle.i.de homi.etiam ſi pro ſuis,
qui aliàs venirent appellatione ſuorum, niſi eſſent ſerui,vel ancillæ. illa
præcipuè ratione mouetur,quia tex.in d.cap.ij.non loquitur niſi de iniu-

Iniuria propria ineuitabilis,et ideo inuaſorē occidens nō ſit irregularis.

ria propria. ¶ Iniuriam enim propriam ineuitabilem vocat Gloſſ. in d. 41
cle.i.adeo quòd ſi quis de defendendo occiderit ſuum inuaſorem,irregu-
laris minimè dicendus erit. ſecus ſi pro defenſione ſuorum, cum illa iniu
riam euitabilem vocat. quam glo.approbat ibi.do.Cardi. ¶ Proſequē- 42

Accuſatio an ſit īterdicta laicis?

do nunc telam iam cæptam,illud conſequens eſt videre,an laicis interdi-
cta ſit accuſatio? in quo non ambigendum putes,eis regulariter permiſ-
ſam fore niſi ſpeciatim reperiātur prohibiti.l.i.ff de pub.iud.& inſti.eo.
in prin.& l.qui accuſare.ff.de accuſa.eſt tamen aduertendum ſecundum
Do.Abb.in c.cū. P.Manconella, quòd aut crimen eſt publicum, ſtricte,
large,vel largiſsimè,aut crimen eſt priuatum, primo ſiquidem caſu,clau
ſis oculis permiſſam fore accuſationem teſtatur. ſecundo vero caſu, aut
tractatur de pœna corporali,aut pecuniaria, primo caſu, ille tantum ac-
cuſat,cuius intereſt, at ſecundo, quilibet de popolo admittitur. expendit
in hoc prodigè doctrinam gloſſ.& Bar.poſt illā in rub.ff.de popu.actio.
Addit huiuſmodo dictis aliquantulum piperis. (vt hæc intelligantur) ſi
laici eſſent bonæ famæ,aliàs ſi malæ, non admitterentur, niſi in crimini-
bus exceptis.c. 1.de confe.& xv.q.iij.c.fi.& uoluit Inno.ibidem.& vltra
eum, niſi eſſemus in proſequutione iniuriæ propriæ vel ſuorum. vt 4.q.
vlti.c.omnibus,& c.de cætero extra de teſti. Diffuſiore quidem ſermone
hanc materiam explicatam reliquit Prępoſ.in c.de accuſatione.ij.q.viij.
ibique ſimul explicat, quando crimen dicatur publicum ſtrictè, quando

Accuſare an poſsint laici clericos?

latè,& quando latiſsimè.¶ Sed poſtergatis his te tantum,certioratū eſſe 43
volo,An laici poſsint accuſare clericos? & angularem eſſe lapidem in c.
cum.P.Manconella nemo eſt qui negat, nō poſſe. Addictio tex.eſt in c.
laicos & in c.ſicut.2.q.vij.Idem Archid.in c. 1.et 2.q.7.vbi plures ponit
rationes quibus non liceat laico clericum accuſare Fran. Ant.Mona.Ve-
rum ne prodigaliter,illū tex.expendas,illud ſcito verſute practicę,quòd
criminaliter non poſſe laicum,accuſare clericum,omnes admittunt,regu
lariter, etiā ſi eſſet patronus eccleſiæ.vt in d.c.cum.P.Manconella,tradit
magiſtraliter noſter Sicul.auctoritate glo.in c.in ſumma.ij.q.vij.illa præ
cipua ratione motus, quia laici præſumuntur ex odio accuſare clericos.

Laici clericos tāquam patres reuereri tenētur.

vt ij.q.vij.c.laicos, & ca.laici. ¶ Item quia debent clericos reuereri tan- 44
quam patres.c.oues.ij.q.vij.& c.ſacerdotes. hanc quidem concluſionem
nō generaliter admittendam dixit,ſed duobus caſibus ceſſare dixit,pri-
mo,ſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequantur.cap. de cætero. Extra de
teſtib. Secundò, niſi ſit crimen exceptum. Addictio quod eſt verum,ſed
non coram quolibet iudice ita Archid.in cap.clericum.xi.q.i.& procedit
id quod ſupra dictū fuit dūmodo accuſatoris diſcuſſa extiterit exiſtima-
tionis opinio per tex.in c.clericus. & in c.quærendum.ij.q.vij.Fran.Ant.
Monac. Addit ipſe pimpinellam, vt hæc vera ſint, in ſecunda fallentia,
quan-

quando laicus ille acuſator aliàs poſſet clericari, & aſcendere ad illum ordinem, in quo tunc temporis reperitur accuſatus.c. ipſi Apoſtoli. ii. q. vii.undè infert,quód irregulares nō admitterentur ad accuſationem clericorum:quia nō poſſent illum ordinem habere.refert tamen Sande.ibidem quod ualdè miratur de hoc Maria ea quidem ratione; quia ſequeretur,quód coniugati iugales, & multi alii inhabilitarentur;nec eſſet dicendum,quód per mortem uxoris, uel aliter, poſſent effici capaces ad ordines: quia ex hoc ipſo ſequeretur quod omnes eſſent habiles. Nec aliud dicit in hoc capite. Et omnes uidentur tranſire cum Sicul.Ego autem intelligerem quando in accuſare uolente, concurreret ea incapacitas aſcendendi ad illum ordinem,quę & ipſum faceret ſuſpectū,& ſceleribus maculatum iuxta tex.in ca.accuſatio.ii.q.vii.et tex.in ca.infames.vi.q.i.non autem de illa incapacitate, & inhabilitate, quæ non eſt ratione uitæ, & probitatis,aut improbitatis. Si tamen eſſemus in clericis accuſare uolentibus,tunc quælibet inhabilitas ſufficeret:per tex.in d.c.ipſi Apoſtoli qui propriè loquitur in clericis.Cogita tamē.Aliam rurſus pimpenellam addebat But. & ſequitur Sandeus.Si accuſaret bono zelo, & non ex odio, cum aliàs repelleretur.Vt ibi.ultra But.dicit non admitti ſi eſſet malæ famæ,& uilis,niſi perſona accuſanda eſſet æque uilis & malę famæ. Et hæc de plano admittit ubi clericus accuſandus eſſet.

Auctoris opinio.

45 ¶At ſi laicus de ſimomia contingeret accuſari, etiam infamatus contra non infamatum, admittitur ad accuſandum,& teſtificandum.Nec quando loquitur de laicis But.ponit fallentiam de non ualente aſcendere ad illum ordinem, cuius eſſet accuſandus;ſed illam tantū ponit,quando loquitur de clericis;& ſic credo quod meæ prorſus intentionis fuit. Si uerò laicus ciuiliter de crimine contra clericum agere uoluerit,& tunc.Sicul.ſi eſt patronus: non excludit,etiam ſi ageretur de priuatione beneficij; ut notari affirmat in cap.ex parte Adæ de teſti.& in cap.filijs x vi.q.vii.de parrochianis dicit eſſe dubium.At in c.illa præpoſitorum, eo. titu. de accuſ. dicit quód patroni eccleſiæ, & parrochiani,poſſunt agere ciuiliter de crimine cōtra prælatum ut priuetur eccleſia:quia eorum intereſt, habere bonum prælatum. argu. viii.q.i.audacter cum alijs per eum allegatis ibi: & hanc opionem tenuit in d.c.Ana Ferrarien. ille Sande.in d.ca.cum P.ſcriptū reliquit,quod aut laicus vult ſe opponere electioni,& tractatur de promotione, & tūc patronus laicus excipiendo admitteretur,laici uero omnes non admitterentur contra epiſcopum.Si vero prelato iam inſtituto opponatur de dilapidatione,tunc quilibet laicus poteſt opponere,etiam ſi non eſſent parrochiani. Alium eſſe caſum affirmat,cum ageretur ut clericus deponatur ab adminiſtratione, in quo comunem opinionē forte, non auarè affirmat,ut patroni & parrochiani posſint accuſare. Licet melius eſſe, aſſarat; ſi ageretur per uiam denunciationis. hæc ille. Alios uero laicos qui nō eſſent parrochiani vtique non anceps,excludendos fore,aſſerit. Illa motus ratione;quia eorum non intereſt. Non tamen defuerunt alij ſummæ autoritatis uiri,qui fortiter tenuerint, quoslibet laicos, admitti, ut & ipſe aſtruit in d. cap.illa præpoſitorum.Sande.in d.c.ex parte adæ.tenentium opinionem contrariam non nullas bonas rationes allegat; non tamen

Infamatus contra nō Infamatum an et quādo admittatur ad accuſandum & teſtificādum?

men adeo efficaces ſunt, ut ipſum remouiſſent ab opinione ſuprà firmata. Pluribus tamē modis eam limitandam inſtruit. ℭEt inter cæteros cum agatur de dilapidatione rerum eccleſiæ, quia in ſubſidium clericorum ad mittitur quilibet laicus, ad denunciandum ciuiliter. Item ſi ageretur de crimine famoſo, & ſcandaloſo; ſi tamen ageretur via denunciationis vbi præceſsit monitio fraterna. Item in caſibus vbi laicus poteſt accuſare clericum criminaliter. ℭIllud quidem, nunc conſequens eſt ſcire; circumſpecte uir, quòd gl. in cap. infames. vi. q. i. aſtruit omne crimen iure canonum eſſe publicum. vt illo tex. citat probari vide aliam gloſſ. in capit. i. de collu. deteg. & vide quæ dicam in verbo inquiſitione formata. Nunc autem aduerte. tu qui tractas de pane lucrando; quod accuſatio in foro canonico eiſdem pœnę ſolemnibus in foro iudiciali canonico eſt inſtituenda. quibus in foro ciuili laicorum; mutatis tamen mutandis. Nam ſicut in foro laicorum dicitur regnante rege, in foro canonico dicitur ſub pontificatu talis Papæ ſub adminiſtratione & regimine talis Epiſcopi, & ſub vicariatu talis, cum anno, menſe, & loco. de quibus habetur in c. per ſcripta. vi. q. viij. §. libellorum, & ibi not. per Archidia. ℭNec ſcire omittas, quod accuſator debeat ſe inſcribere, ſeu ſubſcribere profeſsionem faciens: quod talem reum pro tali crimine detulit, vt in libello: obligans propterea, ſe ad pœnam talionis, ideſt ad eandem pœnā, niſi probauerit: & promittat ſe perſeueraturum vſque ad finem cauſæ. ut in d. §. libellorum, et in cap. ſuper his de accuſa. ℭEt erit forma inſcriptionis, ſeu (vt aliqui appellant) ſubſcriptionis: ut accuſator (per ſe, ſi ſcribere ſciat, vel per alium ſi ſcribere ignoret) dicat ego talis accuſator profiteor me detuliſſe talem reum, talis criminis, prout in libello, & me uelle proſequi vſque ad finem cauſæ. ℭEt velle ſubire pœnam talionis. i. ſimilitudinem ſupplicij, quo debuiſſet puniri reus. ſi probauerit, quod in accuſatione detulit. ſecundum omnes doct. poſt Ioan. And. in d. c. ſuper his extra de accuſa. & in foro canonico requiritur talis inſcriptio, etiam hodie. ſecundum Præpoſ. in cap. de accuſatione vi. q. viij. 4. & 5. col. ℭSi tamen omittatur, non ex hoc vitiabitur proceſſus; quia ſuppletur a lege, vel canone, vt accuſator intelligatur obligatus: ſi non probaret ad pœnam talionis, & ad proſequutionem accuſationis. ut tenent communiter Docto. in d. c. ſuper his extra de accuſatio. & eſt glo. in l, ij. in uerbo periculi. C. de fi. inſtru. & habetur per Sali. in d. l. qui crimen, & per Præpo. in d. c. de accuſatione. Ego tamen nunquam uidi fieri dictam inſcriptionem: prout etiam de tempore ſuo atteſtatur Spec. in titu. de accuſ. §. i. nume. 3. eſt tamen bene uerum, quod in pleriſque curijs, ſunt ſinodales conſtitutiones, & ritus, ſuper hoc expreſſe prouidentes, qui ſeruandi ſunt. Et inter cæteras curias, eſt Neapolitana, quæ habet ſextum ritum in ordine, quo cauetur, ut nemo ad accuſandum admittetur niſi ſe obliget ad certam pœnam de probando: & eſt conſtitutio ſinodalis numero 55. qua cauetur requiri inſcriptionem.

ℭAduerte ulterius oculate uir, quod accuſator debet etiam iurare, quod non animo calumniandi querimoniam propoſuit: ſed pro iuribus ſuis tantum. Auctore Bart. in l. is qui reus. ff. de pub. iud. & Prępo. in d. cap. de accuſatione 3. col. ij. q. viij. quod quidem nec ſeruari uidi: niſi potente aduerſario,

In ſubſidiū clericorūad mittitur q. libet laicus ad ciuiliter denuntiandum. Crimē omne, de iure canonico publicum. 46, 47

Accuſator an teneatur facere iſcriptionem. 48

Inſcriptionis forma.

Talionis pęna ſupplicij ſimilitudo. 49

Talionis pæna omiſſa, an uitietur proceſſus. 50

Auctoris opinio.

Accuſator debet iurare qd non animo calūniandi accuſauit. 51

52 aduerſario. ¶ Nec lippis oculis, illud eſt videre, quod accuſatio preſente
uero offerri debeat cap. chartæ. iij. q. ix. & cap. in primis. i. q. ii. quod intelli-
go vt poſsit ad diffinitiuam procedi, & comparente reo. Alias non eſſet
53 hoc neceſſarium. ¶ Siſte pedem, nec prætereas docte uir; illudque non
iniucunde ſcito, quod accuſatio debet fieri per præſentes, non autem per
abſentes, & ſic per procuratorem cap. qui accuſare iij. q. ix. & cap. abſens.
ead. cau. & q. niſi fuerit accuſatio iniuriarum: quæ poteſt fieri per procu-
ratorem. d. cap. abſens. §. niſi. ſed ſi ageretur de crimine iniuriarum, ciui-
liter, nedum illuſtris, ſed quælibet perſona per procuratorem agere po-
54 teſt: vt declarat Præpo. in d. cap. abſens. §. niſi. ¶ Tu autem oculate vir,
qui omnia ſcire cupis, quid de mulieribus dices? in ambiguam te ver-
ſantem video. Sed arrige quæſo, aures. tu ſcis quod iure canonum pro-
hibetur acceſſus, & vagatio mulieribus ad tribunalia. per tex. in cap. mu-
lieres de iudit. in vi. pro quauis cauſa. ex hoc enim inferro (prodigaliter
illum tex. expendens) quod etiam ad faciendas accuſationes criminales,
non actantur mulieres de perſona ad comparendum in iudicio.

Accuſatio pſente reo offerri dēt.
Accuſatio p præſentes fieri debet.
Accuſare an poſsit mulier per ꝓcuratorem?

55 ¶ Sed pro Deo (politice vir) quid dices quæſo, an eccleſia agere poſ-
ſit actione iniuriarum pro iniuria illata clerico? ſcito ex nunc nos
nauigare fanaticum ſinum, ideo percurramus, ne in Auſtrum incidamus.
Sicul. autem in capitul. contingit extra de ſentent. excom. ſcriptum haud
dubiè reliquid quod ſic. & ibi tenet gloſ. expreſsius vero aſtruit gloſſ. in
cap. parrochianos eo. tit. ſicut enim maritus agit pro iniuria illata vxori,
& pro iniuria illata filio, agit pater: ita eccleſia agit pro iniuria illata
clerico. & eſt ratio propter nimiam coniunctionem, quæ eſt inter cleri-
cum & eccleſiam. Nam iniuria non poteſt fieri clerico quominus tan-
gat eccleſiam: ſicut dicitur de iniuria illata vxori vel filio. l. i. in fin. & l.
eum qui nocentem in fine. ff. de iniur. & adhoc ponderat text. in d. c. con-
tingit in duplici loco. & citat tex. in cap. ij. de pæn. & hæc opinio verior
eſt (ſecundum eum) quàm opinio Inno. ibidem: quatenus volebat, quod
niſi fieret iniuria clerico, in odium eccleſiæ, quod non poſſet agere eccle-
ſia, actione iniuriarum. Vides nunc uerum eſſe, nos nauigare fanaticum
ſinum, & forte cum Auſtro. Quoniam quantæ auctoritates ſit Inno. tuſ-
ſis & tamen ſi eius doctrina conſideratur, fortè non mæreretur ſic lar-
56 ge reprehenſione notari. ¶ Nam dicit ipſe clerici ſunt liberæ perſonæ,
& proinde eo caſu non competit actio iniuriarum pro iniuria illata libe-
ræ perſonæ quæ bona fide mihi ſeruit. Niſi fieret in meã iniuriam: quia
tunc bene cõpetit, vt inſti de iniur. §. pe. & antepe. & ſic actio iniuriarum
non competit eccleſiæ. Non tamen negat, quin competant pro dicta in-
iuria illata clerico aliæ publicæ actiones, vel auctoritate canonis ſi quis
ſuadente xv. q. iij. & alios accuſare iniuriantem poſſe. Et ſic (vt vides)
virtus conſiſtit in modo practicandi. Nam (ſecundum eum) ſi accuſatur
actione iniuriarum iniurians: inepte agitur: ſi vero de ſacrilegio, quia
offendit perſonam eccleſiaſticam, & recte agitur, & huius opinionis fuit
alter magnè autoritatis Butr. Sande. in hanc eandem quæſtionem inci-
dens, ibi Sicul. non iniucunde ſequitur: Reiecta opinione Inno. & But.
57 Multa poſſent adduci pro, & contra. ¶ Tamen quia ſumus in praxi in

Eccleſia an agere poſſit pro iniuria illata clerico.
Clerici ſunt liberæ perſonæ.
In practica.

ſubtilitates reijciendæ ſunt.

qua reijciuntur ſubtilitates, transeo ego etiam cum opinio. Sicul. & cũ ea videtur tranſire Cardi. in clem. ij. de pæn. in prin. Imò nedum eccleſiis põt agere, pro iniuria illata clerico, ſed etiam quilibet de populo, cum ſit crimen publicum, ſecundum Barto. in l. ſiquis in hoc genus. C. de epiſco. & cleri. & per ius noſtrum regni, ſtatutum eſt, quod ex officio in tali caſu ꝓcedi poteſt, ut in capitu. de iniurijs. Et voluit ante dictam prouiſionem Barto. vbi ſupra. Addictio & pro tali opinione facere videtur tex. in ca. poſtulaſti extra de iude. vbi iniurians clericum, non tantum clerico, verum etiam eccleſiæ ſatisfacere tenetur. Et miror quomodo illum tex. nõ viderint, vnde cum ſatisfactio præſupponat iniuriam illatam. Barto. & cæteri ſcribentes in l. ſi. ubi decem. §. quædam. ff. de pact. in l. non ſolum. §. 1. ff. vnde vi. Et ea licere clerico actione iniuriarum agere gloſſ. in verſ. laicos in capitu. laicus. 2. quæſtio. 7. cum rancorem tantum teneatur dimittere. Abb. in capitu. primo in fine colum. circa finem extra de male. ergo licebit eccleſiæ, cui per prædicta ſatisfactio debetur tanquam iniuriatę & vrgentiſsima ratione, cum qui illos tangit, eccleſiam tangit, vt dominus ait omnipotens, qui vos tangit, me tangit, & pupillam oculi mei. not. tex. in cap. accuſatio. 2. quæſt. 7. quinimo alibi, dominum crucifigunt, qui eum in ſacerdotibus perſequuntur cap. nulli. 3. quæſt. 1. Et cum iſta opinione tanquam veriſsima pertranſeo. Franc. Anto. Monac.

Eccleſia an poſsit remittere iniuriã illatam clerico?

¶ Ex hac enim in alteram incidimus quæſtionem, an eccleſia poſsit remittere iniuriam factam clerico, vel clericus iniuriam ſibi factam? Idem 58
Sicul. in ca. parrochianos extra de ſen. excom. ſcriptum relinquit quod cũ duæ (vt dixit) competant actiones, eccleſiæ, & clerico vnuſquiſque ſuã remittet. citat cap. cum deſideres & cap. contingit eod. tit. & quæ notantur in cap. ſi is qui. xxiij. qõ. 4. & in cap. ſalonitane. 63. diſtin. Addictio. Et plus aduertas quod do. Abb. in præcitato loco inquit, clericum quo ad ſe tangit poſſe remittere, quo autem ad eccleſiam tangit, quis poſsit remittere, non aperit in quo Doct. ſatis ad inuicem contrariantur, volunt nanque aliqui prælatum, aliqui ſolum Epiſcopum. cum non ſit in bonis noſtris ante litem conteſtam. l. iniuriarum. ff. de iniur. Epiſcopus enim eſt pater. xcv. diſtin. capit. eſto ſubiectus. vnde ſicut pater de filio poteſt. l. ſed ſi vnius. §. filio familias. ff. de iu. iur. ita & Epiſcopo ſolo. Aliqui oppoſi um ſentiunt, vt Abb. in d. c. contingit. 3. col. verſi. in eadem gloſſ. dicens ſolũ Epiſcopum, non poſſe, ſed bene cum conſenſu capituli. ita glo. in verſ. iniurioſa in d. cap. contigit glo. eſt nota. in verſi. poſſumus in cap. is qui prælatus. 23. qõ. 4. & euacuat nota. Fel. in d. c. contigit in 2. col. in verſi. in eadem, ibi refert communem opinionem eſſe negatiuam cum Abb. & gl. Et ex prædictis quæſiuit nota. Bal. in cap. 1. §. quia in 2. col. in verſi. quęro nunquid de his qui feu. dar. poſ. nunquid prælatus poſsit remittere felloniam vaſſallo? & decidit vt ibi. Quid autem ſi clericus habeat plures eccleſias, cui competat actio iniuriarum? vide Abb. in cap. parrochiano. 1. col. verſi. quid autem de ſenten. excom. Franc. Anto. Monac. ¶ Sed qua- 59
liter in foro canonico extimabitur iniuria? Glo. in ca. ſi canonici de offic. ordi. in 6. dicit quod debet dicere, quod potius voluiſſet ꝑdere de ſuo centum vel mille, ꝙ talem ſuſtinere iniuriam. & poſtea taxabit iudex, ne in infinitum

Iniuria qualiter in foro canonico extimabitur?

infinitum ille taxet. & hanc gloſ.approbat Sicul.in cap.olim extra de in-
60 iur,& damn.dat. ℭ Introeamus nunc Euphratem melliflue uir,& illud di ſcutiamus an accuſatore deſiſtente, poſsit iudex ex officio procedere? In quo tex.in cap. 1.& capi.ij.de collu. dete. non obſcure, videtur dicere, quod ſic.quod quidem Panor.ibi intelligit procedere, ex noua inſtantia, quando deſiſtet accuſator,per uiam tranſactionis,& facta eſt in caſibus li citis. alias ſi facta eſſet,in caſibus illicitis,etiam ex eadem inſtātia, poſſet procedi. Eſt tamen aduertendum,quod idem Panor.ibidem, poſtquam dixerat, quid operetur tranſactio, vbi facta eſſet in caſu licito,dicit eſ ſe inferendum,quod de iure canonico,poſt tranſactionem in caſu licito fa ctam,non poteſt iudex inquirere de illo crimine, niſi præcedat infamia. Et in cap.ij.eo.tit.circa finem, dicit, quod quando tranſactio fit in caſu illicito, accuſatore deſiſtente, poteſt iudex procedere, adulteriora, etiam ſuper illa inſtantia iam inchoata; quantuncunque non procedat infa- mia. ſed heu docte uir,Euphratem introire credebam, ſed iam Phlege- tontem amnem incidimus. ℭ Nam ad ſciendam veritatem huius quæ- ſtionis,oportet videre in quibus caſibus ſit licita deſiſtentia, & quid ope-

Accuſatore deſiſtēte an iudex poſ- ſit ex offi- cio procede re?

61 retur ea facta. ℭ In quo quidem puncto memorabilis ille vir Ant.a But. in d.cap.primo.per quatuor fere columnas dicebat. faciendo duos caſus, primus eſt,an,& quando,& in quibus poſsit a li e recedi, & deſiſti. Secundus eſt de effectu deſiſtendi per uiam trāſactionis. Rurſus: præmit- tit eſſe cauſas mere ciuiles, ciuiles de crimine priuato criminales de cri- mine publico, & quaſdam populares, alias mixtas, & alias ſpiritua-

Deſiſtentia in quibusca ſibus ſit per miſſa?

62 les. ℭ Præmittit inſuper triplicem eſſe modum, deſiſtendi in iudicio cæpto per viam ſimplicis deſiſtentiæ ideſt gratiæ,per uiam pacti gratuiti, & per viam tranſactionis & aliquando per viam abolitionis, & iudicis auctoritate. Item aliquādo deſiſtentiæ ſunt licitæ, & aliquando illicitæ, Nec exiguæ inueſtigationis eſt, an deſiſtentia ſit licita au uero illicita? ſecundum eum;quoniam ſi ſit ſimplex deſiſtentia, accuſator deſiſtens re pellitur ab accuſatione eiuſdem cap.veniens extra de accuſa. & aliquan- do repellitur ab accuſatione aliorum,ſi forte quis deſiſtat in crimine pu- blico propter quod infamatur, & ſic propter infamiam ab aliorum. ac- cuſatione merito repellendus erit. Et quandoque incidit in Turpillianū, quia vltra illud reperitur aliā pœna quæ eſt pœna v.aureorū ideſt quin- que librarum auri.& infamiæ,& extraordinaria pęna l.iij.in fi.ff. de pre- ua.Et quando deſiſtit per veram calumniam, pęna eſt ſimilitudinis ſup- plicij,in publicis criminibus Sed in priuatis, eſt pæna arbitraria & extra- ordinaria.l.ſi quis repetere.ff.ad Turpil.Si uero quis deſiſtit per viam pa cti,& pœna erit,quia repellitur ab accuſando accuſatus,vel alius.Et ſi per viam abolitionis, nulla pœna erit,niſi quia quo ad eum inſtantia iam pe- rempta eſt & vlterius non auditur. Sed ſi per viam tranſactionis deſiſtē- tia ſit, habent locum pœnæ de quibus in ſimplici deſiſtentia.Ex parte aūt accuſati, aliæ proditæ ſunt pœnæ,quando tranſactio fit in caſu illicito, & ſunt. quia vlterius poteſt accuſari. Item quia tela iudicij adhuc durabit, in tantum quod proceſſus in terminis in quibus reperitur poteſt ex offi- cio per iudicem expediri. l.ij.C.de aboli. vel iudex iterato poteſt inqui-

Modus de- ſiſtendi a iu ditio tri- plex.

rere. Deueniendo nunc ad rem noſtram, ſi ſumus in cauſis merè ciuilibus,& tunc aliquãdo quis vult deſiſtere per gratiam,vel per tranſactionem,& licitum ex parte vtriuſq; in omnibus caſibus,in quibus permiſſa eſt tranſactio. Sed vbi eſſet prohibita,vt in matrimonio,& monacatione,& ſimilibus,tunc non eſſet licita. Vbi autem quis vellet deſiſtere,non per gratiam, ſed propria autoritate, & tunc ante litem motam põt, quia agere voluntariũ eſt vt.C.ut ne inui.niſi diffamaret.l.diffamari.C.de inge.& ma.Si vero vult renunciare liti, & poteſt.ſed non poteſt iuditiũ ſuſpendere.Si uero ſumus in cauſis,ciuilibus de crimine priuato,& tunc idẽ per omnia dicendum eſt,prout dicitur de ciuilibus ſecundum glo.in l.trãſigere.C. de tranſa.in criminibus autem priuatis quæ intentantur criminaliter aut inchoatum eſt iudtium,aut nõ.primo caſu,aut accuſator vult deſiſtere,ex gratia,& non poteſt impunè,niſi prout dicetur in criminalibus publicis.Quandoq; quis vult deſiſtere,per uiam tranſactionis,& nõ poteſt, quia ſaltem deſiſtendo punitur pœna extraordinaria. Aut vult deſiſtere cum licentia iudicis, & poteſt. Secundo caſu poteſt deſiſtere ad impediendum ſe, & non alium. Et ſic poterit ab altero accuſari, licet ſit iniuria facta ſibi,tamen non eſt,quin etiam non ſit facta agnatis.& ſic tenet ibi non poſſe per eum fieri, quominus illi agnati non accuſent.

De iure canonico,omne crimẽ eſt quaſi publicum.

¶ Maximè quia de iure canonico,omne crimen eſt quaſi publicum,quia pro omni peccato,& crimine auditur quilibet de populo; ſaltem per viã denuntiationis,quæ competit cuilibet de populo.Sed hæc, (dicit ipſe) ꝓcedunt, quando ex priuato crimine,oritur ius agendi,ſeu denunciandi,& per partes irremiſſibile,ut per pactum. Et quãdo oritur ius agendi ad deponendum à beneficio. Nam hoc caſu; idem dicendum eſt, prout in crimine publico, quia hoc caſu etiam pro priuato crimine, de iure canonico poteſt dici accuſatio publica. quo caſu ſi ſubeſt ſola deſiſtentia, ex parte accuſatoris ex gratia,iſi denuntiatione,eſſet impunis à pœna tẽporali, ſed non à pęnitentiali,ut not.ij.q.i.cap. ſi peccauerit, ex parte accuſatoris per uiam pacti,uel tranſactionis etiam eſſet immunis à pœna, ſed non haberet effectum repulſionis eiuſdẽ,uel alterius, ex parte rei,nihil ſibi proficeret,quoniam idem,uel alter poſſet agere. Si autem ſumus in cauſis criminalibus,de crimine publico,aut ſumus in criminibus ingerentibus pœnam ſanguinis,& poteſt per uiã tranſactionis,deſiſtere accuſator, & proderit accuſatori ad uitandam pœnam talionis, non quo ad uitandam pœnam turpiliani, ubi deſiſtit lite iam mota. dicit tamẽ quod forte proderit, quo ad uitandam pœnam expenſarum reo, quia ex hoc, repelletur actor. ex vi tranſactionis,& ex vi turpilliani,vbi deſiſtit poſt litem motam. Item operatur quo ad repulſionem cuiuſque alterius accuſatoris, vel iudicis; eandem inſtantiam repetentis. venientes autem, inchoando diuerſam non inſtantiam repellet.& in hoc non proficiet.

63

Reus ꝑ tranſactionẽ an habeatur ꝓ confeſſo?

64 ¶ Item proderit, quia ex tranſactione, reus non habebitur pro confeſſo de delicto.Dicebat inſuper,quod ſi pœnæ ingerentes pœnam ſanguinis, alterentur ad pecuniariam,ex forma ſtatuti,vel aliter,habebit locũ tranſactio. Ex quo dicit inferendum, quod cum per ius canonicũ alteretur pœna ſanguinis,quãdoque pœna depoſitionis accidentalis, & quandoque

que

que ad pœnam ſuſpenſionis,ſi aliud non obuiaret,habebit locum deſiſtē-
tia,& ex parte accuſatoris,cap.veniens de accuſa.dummodo ante inſcri-
ptionem.vt c.licet de accuſa.poſt inſcriptionem non eſſet licita deſiſten-
tia per gratiam.vt dictis iuribus.Deſiſtentia autem uia tranſlationis non
eſſet licita. quia dicit continere ſpeciem ſimoniæ, volens redimere ſpiri-
tualium depoſitionem vel ſuſpenſionem. Ex parte rei etiam non eſſet li-
65 cita, eadem ratione. ¶ Rurſus quærit an in caſibus in quibus reus venit
tradendus curiæ ſeculari, poſsit fieri tranſactio? & dicit quod ſatis credit
quod ſic, quia ſatis ſumus in pœna mortis. In caſu vero vbi pœna per-
petui carceris veniret imponenda,non haberet locum tranſactio.In caſi-
bus uero in quibus pœna ſanguinis non venit imponenda,non pōt tran-
ſigi, nec quis poteſt deſiſtere per uiam tranſactionis. Et eſt ratio huius re
gulæ,ne delicta remaneant impunita, & ſic fauore reipublicæ cap.vt fa-
mæ extra de ſenten.excom. Verum in hoc aduertendum eſt ſagax vir,ꝙ
aut quærimus an ſit licita tranſactio,ex parte accuſatoris,an ex parte rei?
Primo caſu, ante inſcriptionem, licet ei deſiſtere, citra aliquam pœnam
cap.veniens de accuſa.& c.licet. Non tamen ex ſola deſiſtentia,repelli-
tur poſtea à poteſtate accuſandi,quia ſpeciale eſt in adulterio.per l.ſi ma
ritus.§.ſi negauerit.ff.de adulter. Aut vult deſiſtere,poſt accuſationē por
rectam impetrata abolitione; & cum cauſa conceſſa, & poteſt.iij.q.viij.
cap.libellorum. Aut vult deſiſtere, non impetrata abolitione, & non li-
cet.imo deſiſtens,incidit in turpillia,& illa pœna punitur. Item & pœna
talionis,& tanquam infamis repellitur ab accuſando. Aut deſiſtit, ꝑ uiā
tranſactionis,& adhuc & non licet,quominus & patiantē pœnas de qui-
bus dictum eſt, quia in tali crimine non licet tranſigi. Et tunc repellitur
ab accuſando,non ex vi tranſactionis,ſed ex vi turpillia,& infamię,quæ
ſequitur à deſiſtentia. Ex parte rei ſi deſiſtit actor,quomodocunque deſi-
ſtat non proficit reo. Nam ſi ante litem conteſtatam deſiſtat actor, ab eo
dem poterit accuſari. Si poſt litē conteſtatam, ſiuè per viam deſiſtentiæ
& gratiæ, ſiue per uiam tranſactionis deſiſtat, non iuuabit eum deſiſten-
tia,niſi quod ille non poterit eum accuſare,non ex viribus tranſactionis:
ſed ex pœna Turpilliani propter deſiſtentiam.Item & tranſigens habe-
tur pro confeſſo.Item & eo caſu inſtantiam inchoatam poterit iudex ex
officio finire, & illum de debito condemnare.vt in d.cap.i. & ex officio
66 etiam poterit punire deſiſtentem.¶In actionibus popularibus, licita eſt
tranſactio, prout dictum eſt in ciuilibus. Sed non per viam tranſactio-
nis ad præiuditium alterius.In cauſis vero mixtis,ut ſunt cauſæ matrimo
niales, de iure canonico, quando agitur ad ſeparationem vinculi. Nam
hæc eſt partim ciuilis. & partim criminalis, & tunc ſi agitur de deſiſten-
tia gratioſa abſque pacto,uel tranſactione,et dicendum eſt idem quod in
ciuilibus. Niſi quia iterato agere volenti nihil obſtabit.c.lator de re iudi-
ca. Item non ex deſiſtentia tollitur facultas iudici inquirendi ex officio
ſuo,proſequendo eandem inſtantiam, uel aliam ex officio.c.cum inbibi
tio de clande.deſponſa. Et hæc procedunt,quo ad deſiſtentiam per uiam
pacti,ſed ſi per uiam traſactionis,dicit eſſe credendum,quod partes poſ-
ſunt præiudicare, quo ad inſtantiam,ca. ex literis de reſti.in integ. Iudici

Tranſactio an locū habeat, qñ curiæ ſeculari reus venit tradēdus, vł ꝑpetui carceris pœna imponēda, vel ſanguinis.

Tranſactio in actionib' popularib' qñ & quo liceat.

autem volenti eandem inſtantiam proſequi, non poſſunt partes præiudicare. Si agitur ad ſeparationem thori dicendum eſt; idem quòd in ciuilibus, vel criminalibus, quia poſſent partes in talibus ſibi præiudicare: confitendo cap. i. de diuor. & tranſigendo; vt c. quemadmodum de iur. iuran.

Pactū et tráſactio quando excludāt denuntiationem et quō.

67 ℭQuo ad finem tamen, & potentiam denunciandi pactū, vel tranſactio non excludit à denuntiando. In cauſis autem ſpiritualibus et in cauſis matrimonij ſpiritualis, dicit, quòd aut actor deſiſtit ex mera gratia; & tunc præiudicat ſibi, quatenus deſiſtit: tamen non putat quòd repellatur ſi velit inſtantiam reuiuiſcere; niſi inſtantiæ renunciauerit tacite vel expreſſe; vel aliquis terminus eum excluderet. cap. fin. de electio. lib. vi. Quo ad præiuditium iudicis volentis inquirere, vel illam inſtantiam proſequi ex officio, cum tangitur publica utilitas, dicit quòd illud deſiſtere, uel renuntiare inſtantiæ, non operatur aliquid ca. cum nobis de electio. Aut pacto, uel tranſactione uoluerint deſiſtere, actor, & reus; & tunc hoc non licet. cap. fina. de tranſa. & ca. ſuper eo. Aut amicabili compoſitione; ſuperioris intercedente auctoritate; & ita quòd totum relinquatur in diſpoſitione ſuperioris, & tranſactio talis uel compoſitio illum effectum operabitur. quem dixit operari in ciuilibus materis. hæc ille. Ioan. de Ana. in d. ca. i. quaſi ad literam ſequitur doctrinam Anto. à But.

Pœna perpetui carceris an capitalis, & morti ſimilis dicatur?

68 ℭEſt tamen bene verum, quòd inquantum dicebat, quòd in caſu vbi ueniret imponenda pœna perpetui carceris, non haberet locum tranſactio; eo quia nō eſt ſimilis pœna mortis, dicit ipſe, quòd imo illa pœna ſuccedit loco pœna mortis; & eſt proxima morti. Et ideo dicit, poſſe dici capitalem l. capitalium in princ. de pœn. & negari non poteſt (ſecundum eum) quòd iſta ſit maior pęna, quàm perdere unam manum, uel unum pedem, uel etiam fuſtigationis. quibus caſibus eſt permiſſa tranſactio. Et ſic in hoc caſu concludit cõtra opinio. Butrij Et ita etiam contra But. tenet Panormit. ibi. in alijs capitibus ſimpliciter firmantur dicta Butrij.

Exceptio illegitimationis pſonę qn̄ debeat opponi?

69 ℭ Non omittas ſcire, exceptionem illegitimationis perſonæ accuſatoris debere opponi. ante litem conteſtatam. Additio uide Fel. ultra do. Abba. in d. ca. i. de accuſa. & Fran. Aret. ibidem, & facit tex. in c. quærendum. ij. q. vij. quia eſt dilatoria. ut habeatur in ca. i. de accuſa. & in cap. exhibita de Iudi. & not. domi. Abba. in cap. i. niſi poſtea ſuperueniſſet; aut doceat ſe ignoraſſe.

Exceptio, tua non intereſt, quando opponatur?

70 ℭNec à longè diſtat, exceptio, tua non intereſt; cum & illa pariter ante litem conteſtatam opponi debeat. ſecundum Inno. in capit. ſuper his extra de accuſa. per tex. in l. poſtumus §. ſi quis ex his. ff. de inoffi. teſta. & ibi Bar. & poſt eum Alexan.

Accuſatore illegitimo n̄ repulſo, an valeat quod actum eſt?

71 ℭIllud quidem ſcire non pigeat. quòd ſi illegitimus accuſator nec per iudicem ex officio, nec ad inſtantiam partis fuerit repulſus, tenebitur quod actum eſt: donec non fuerit oppoſitū de inhabilitate. ut eſt glo. in cap. i. ante fi. de Iudi. lib. vi. & Ioan. ab Ana. in capit. i. ij. nota. uerſi. quid autem ſi inhabilis de accuſa. Dom. de Rot. deciſio. 51. & 485.

72 ℭ Aduerte ulterius, quòd accuſato lite pendente præſtantur alimenta l. ſi. C. de ordi. cognitio. & uoluerūt Do. de Rot. deciſ. 142. in antiquis. etiam ſi agatur, ad priuationem omnium beneficiorum, & bonorū.

Accuſatio, lite pēdente

73 ℭConuenit enim (ut adnotatis aliquibus, in quibus parum difficultatis exiſtit) ad ea procedamus quæ non modicam difficultatem uidentur habere.

bere. è quibus non immerito & illud videtur; an de Iure canonico habeat locum diſpoſitio text. in l. quærelam. C. de fal. vt ſcilicet poſt. xx. annos amplius accuſatio fieri nequeat. Et videtur prima facie, quòd non. per text. in c. quicunque lxxx. diſtin. & ibi glo. & cap. qui contempta. viij. diſtin. & xxiiij. q. iij. c. ecce. & ita gloſſ. in c. admonere xxxvi. q. ij. refert tenere Hugo Spe. vero in titu. de ſentent. §. quoniam nume. ix. verſi. & nota quod ſecundum Cano. dicit quòd nulla temporis præſcriptione, obſtante, procedi poteſt de iure Canonico in accuſationis: in cauſis matrimonialibus, & alijs ſpiritualibus, in quibus periculum animæ vertitur. At vbi periculum animæ non vertitur, aut agitur criminaliter: aut ciuiliter, aut excipitur ſeu replicatur. *Si is qui ſententiam latam, per falſos teſtes:* vel inſtrumenta, petit reſcindi, agit criminaliter de falſo, aduerſario legitimè citatio, & adimpletis adimplendis, tunc vſque ad xx. annos eſt audiendus. *Sed ſi ciuiliter* intendit agere per beneficium reſtitutionis in integrum, vel per actionem in factum, vſque ad xl. annos audiendus eſt. Et ſi agitur excipiendo perpetuo auditur. Do. Abba. in c. licet. de proba. dicit quòd aut ſumus in delictis, quę tempore aggrauantur, & in iſtis nulla currit præſcriptio: aut ſumus in delictis quæ tempore non aggrauantur, & in iſtis tollitur tempore directa accuſatio tendens ad imponendam pœnam; ſed reſpectu pœnitentiæ peragendæ, perpetuo agi poteſt. Et ibi Fel. dicit quòd in criminibus impedientibus exequutionem ordinis, poſt peractam pœnitentiam, non currit præſcriptio de iure canonico: in alijs vero approbat opinio. Abba. & ſequitur ibi Det. Idem do. Abba. in cap. fina. de purga. cano. dicit, quòd ſi agitur ad indicendam purgationem, vel proceditur per inquiſitionem, contra infamatum, ne infamatus toleraretur in adminiſtratione diuinorum, ſemper poteſt agi, nulla temporis præſcriptione obſtante. *Sed ſi agitur* ad pœnam infligendam, tunc accuſatio illa tanquam odioſa, reſtringitur ad terminos iuris ciuilis; cum contrarium de iure canonico non reperiatur deciſum. Aegi. Bella in d. ca. licet, ſimpliciter ſequitur opinionem Speculat. Stepha. Aufre. in additio. ad deciſion. Cappel. Toloſa clxxxviij. dicit veram eſſe opinionem Abba. in capitu. licet, vt in criminibus impedientibus ordinis exequutionem, vel beneficij retentionem, etiam poſt peractam pœnitentiam, nulla obſtet præſcriptio; ſed vbi ſumus in alijs criminibus, quæ tempo e non aggrauantur, currit præſcriptio. intellige quando non agitur ad purgationem indicendam; aut infamatus non tolleretur in eccleſia. & hanc opinionem videtur ſequi Fel. in cap. licet de probatio. nume. 38. vbi plus dicit, quòd ad declarandam pœnam impoſitam, non fit pręſcriptio. per cap. ij. de præſcrip. in vi. & Pet. de Anca. ibi per illum tex. pro quo dicit videndum Bald. in l. fi. ij. col. C. de ſacr. ſanc. eccle. quam quidem opinionem ſequor pro nunc, vna cum Ioan. Ber. Diaz in verbo, ali. la. tem. non ob-

74 ſtant. ¶ Non omittas vlterius ſcire, in accuſationibus non fore neceſſariam monitionem. vt habetur in cap. ſi quis epiſcopus extra de accuſa. in

75 fi. per Domi. Abba. ¶ Item accuſationem fieri debere, ab illis quorum intereſt; alias erit nulla, non ex nouum cap. illi præpoſitorum, & ibi Abba.

76 de accuſa. ¶ Et illud poſtremo non tradas obliuioni, quòd etiam de iure cano-

Marginal notes: pręſtantu r alimenta. — Pręſcriptio i delictis an currat, de iure canonico — Monitio nõ eſt neceſſaria in accuſationibus. — Accuſatio fit ab illis quorũ intereſt. — Accuſatus, non accuſat accuſatione pendente.

re canonico, accuſatus non poteſt, ſuum accuſatorem, accuſare, accuſatione pendente.ſecundum Abba.in cap.ij.de ordin.cogni.

Mſimoniũ contractum, per vim, & metum, an agat, vt diſſoluatur.

77 ℭ Quid enim ſi contractum eſt matrimonium per vim & mætum, cum ipſo iure ſit nullum, & agi poſsit vt diſſoluatur? Panor. in c.cum locum de ſponſa.(præmittendo primo mætum proprie dici, quando præter violentiam corporalem, ſeu captionem mætus infertur. coationem vero qñ fit cum captura ſeu violentia corporali) dicit quod Glo. communiter tenuerunt, quod matrimonium ipſo iure ſit nullum dummodo interueniat mætus, qui cadat in conſtantem virum. Talemque mætũ requiri, in maſculo & fœmina. decidit tex. de maſculo in c.veniens eod.tit. & de fœmina in c.conſultationi ibidem.

Mætus magis maſculũ quam fœminã excuſat.

78 ℭ Eſt tamen bene verum quod mætus excuſat magis mulierem ꝙ maſculum; quia fragilior eſt ratione ſexus.ca. indignantur.xxxij.q.vi. & ſequitur Hoſt.in ſumma in tit.de ma ri.§.qualiter verſi. ſi vero. Et propterea dicit ipſe ꝙ ex parte mulieris requiritur mætus qui cadat in cõſtantem mulierem. Et ꝙ matrimonium taliter cõtractum ſit ipſo iure nullum dicit tenuiſſe glo. in cap. Abbas de eo.quod me.cau. & in c.inter cætera.xxij.q.iiij. & glo.iuris ciuilis in l.ſi mulier.§.ſi dos.ff.quod met.cau. & in l.ſi patre.ff.deri.nup. & dicit.eſſe communem ſententiam Docto.prĕter Cardi.qui in d.cap.Abb.dixit ꝙ de mæro iure poſſet ſuſtentari, ꝙ matrimonũ teneat licet veniat reſcindendũ actione quod mætus cap.nihilominus, dixit ſemper ſequutum fuiſſe communem opinionem pro qua allegat tex.in c.ſignificauit de eo qui duxit in ma.ubi tenuit ſecundum matrimonium, non obſtante primo, per mĕtum cõtracto, nulla petita reſciſsione prioris allegat & tex.in c.veniẽs eo.tit. & tex. iuris ciuilis in d.c.ſi patre, vbi dixit tex.ꝙ matrimonium inter inuitos nõ contrahitur. Et ſecundum hanc opinionem conſuluit Alexan. cõſi.xlvij. 4.lib. & Anto.Corſe.conſi.xli.2.lib.Hanc eandem opinionem non confutandam dixit Do.Io.Anto. à ſanct. Geor.in d.cap.cum locum.

Mſimoniũ qui & quãdo poſſunt accuſare.

79 ℭ Eſt tamen aduertendum, poſt quàm non volens, in hanc materiã matrimonij incidimus, quod ſi quæratur, qui poſsint matrimonium accuſare, diſtinguendum eſt ꝙ aut opponitur contra matrimonium, & accuſatur propter aliquod impedimẽtum quod prouenit ex peccato, ſed ex defectu, vt eſt frigiditas artactio, & maleficium. Aut impedimẽtum, quod ex peccato prouenit, puta conſanguinitatis, & affinitatis. Primo caſu nõ admittuntur, niſi ſoli coniuges, cum eorum tantum & nõ aliorum interſit; eo quia etiam exiſtente dicto imdedimento ĩter eos, poſſunt morari, adinuicem ſi velint.vt in c.conſultationi extra de frigi. & malefi.ſi tamẽ caſtè viuant.c.quod Deo.xxx.qõ.v. Idem eſt, vbi peteretur diuortium, propter errorem.c.propoſuit extra de cõiuga.ſeruo. & Idem vbi agitur, ad Thori ſeparationem, propter adulterium.Iſtis enim caſibus, alterius non intereſt quia quolibet inuito poſſunt ſe reconciliare.ca.quemadmodum de iu.iur.in fin.Secundo caſu dicendum eſt, quemlibet admitti ad accuſationem ad plenum diuortium celebrandum.cap.tua extra de cogna. ſpiri. Eſt tamen benè verum ꝙ quandiu ſuperſunt conſanguinei, nõ ſunt extranei admittendi.c.conſanguineos.xxxv.q.vi. & cap.tenor de ſentẽ. & re.iudi. & (hoc dicit Hoſt. in ſumma ec d.tit. qui matr.accuſa.poſſunt,

pro-

80 procedit tam in accuſatione, quàm in teſtificatione. ¶ Et eſt ratio(ſecundum eum) quia teſtes qui melius ſciunt, & ſcire poſſunt veritatem, aliis præferendi ſunt.l.domitiuis.ff.de teſti. Talesque plus laborant in ſcienda genealogia,tum cartis,tum recitatione maiorum.l. ꝗ tutela.C.de in inte. reſt.mino.& l.ſi filium de libera.cau.quod quidem dicit in aliquibus partibus non ſeruari,et male.Deficientibus tamen propinquis,deberent admitti vicini bonæ famæ,& ita intelligitur cap. tua nos extra de cogna.ſpiritua.& demum extranei. Admittuntur etiam maritus & vxor ad accuſationem.cap.porro extra de diuor. & c.ſignificaſti & hanc opinionē ſequitur Specu.in eod.tit.Aduerte tamen ꝙ Ioan. And.in addi.Specu.dicit non eſſe verum, ꝙ exiſtentibus conſanguineis, non admittantur extranei, imò dicit ꝙ etiam eis exiſtentibus admittuntur extranei.

Teſtes melius veritatem ſcientes cæteris præferendi.

81 ¶ Dicit etiam Specu. quòd repelluntur etiam ab accuſando,excommunicati,item qui clam,& non publice accuſant,nec aliquid uolunt propria uoce,ſed per ſcripturam depromere,nec iurare.extra qui ma.accu.po.ca. à nobis.Item ſi gratia turpis quæſtus accuſant extra eo.cap.ſignificante. Item qui malo zelo mouentur,vt quia odiunt alterum coniugum vel ex alia cauſa ſunt ſuſpecti.c.cū.P.extra de accuſa.vel ſi ſunt periuri,uel infames cap. cum oportet de accuſa.& aliis modis vt ibi per eum.

Qui ab accuſando repellēdi ſunt.

82 ¶ In hoc enim iudicio Teſtes debent eſſe bonæ opinionis & omni exceptione maiores, non domeſtici non familiares, & non ſuſpecti.cap. literis extra de teſti.vel ſi recuſant iurare. Repelluntur & à teſtificando omnes illi qui repelluntur ab accuſando. ¶ Conſanguinei uero admittuntur
83 & extraneus præferuntur. vbi de conſanguinitatis gradu quæritur,vt ex hoc matrimoniū diſſoluatur, vel quādo aliqui volunt cōtrahere, & cōſanguinitatis gradus opponitur, ſed ſi quæritur an matrimonium ſit cōtractum, vel non tunc habet locum capitulo ſuper eod. de teſti.

Teſtes omni exceptione maiores ſint qui repulſi à teſtificando, & ab accuſādo repellunt Conſanguinei teſtes qñ cęteris præferendi.

84 In cauſa etenim matrimoniali idem poteſt eſſe accuſator & teſtis. cap.ſi duo.xxxv.q.vi. quod dicit eſſe verum niſi de conſanguinitate cōiugum quæratur quia tunc etiam conſanguinei admittuntur. ſed in alio caſu valet,quando quæritur an contraxit cum ea, vel non licet ſint admittendi, pater,& mater ad accuſationem & teſtimonium,tamen ſi propter potētiam alterius coniugum habetur teſtimoniū alicuius ſuſpectum,repelletur à teſtimonio,licet nō ab accuſatione, & idē videtur, ſi dicitur primo cum alio contraxiſſe, vel totum emiſiſſe, vel ſi de ſpirituali cognatione opponeretur,ar.c.ſuper eo de teſti.& ita per omnia,dicit Spec.vbi ſupra & idem etiam tenet Hoſtiē. in ſumma. in tit.qui teſt.requi.in accu.ma.

In qua cā, et qñ idē accuſator et teſtis eſſe poterit.

85 ¶ Vlterius eſt ſciendum,ſecundum Hoſt.vbi ſupra,quod magis propriè dicitur matrimonium denuntiari, quā accuſari. Et dicit poſſe fieri in hūc modum videlicet,denuntio vobis, domine Epiſcope quod tractatur inter martinum,& bertam de contrahendo matrimonium, quod contrahi non debet, eo quia ſunt conſanguinei in tertio gradu. & hoc ſciunt tales vel ſi matrimonium eſt contractum, dicatur matrimonium eſſe contractū inter tales,qnod debet dirimi eo quia ſunt conſanguinei in tertio gradu,licet non eſſe de neceſsitate apponi gradum in libello dicat ſcias etiā hanc cauſam non eſſe criminalem, licet ſit de crimine, eſt tamen mix-

Mrimoniū dicitur magis denuntiari quam accuſari.

Iurare debent coniuges ſtare mādatis eccleſiæ.

ta inter criminalem,& ciuilem;cap.tuæ de procur. ¶Poſtquàm vero ob 86
latus fuerit libellus,quilibet debet iurare ſtare mandatis eccleſiæ. videli-
cet;quilibet coniungum.nam debent ipſi citari,quia factum principaliter
eos tangit.cap.ex literis de reſpo.aliàs non valeret ſententia. ¶ Dicit vl- 87
tra Hoſtien.in dict.titu.qui matr.accuſa.poſſ.in rubrica de libe. accuſa. ꝙ
ſi illi quos negocium principaliter tangit, noluerint ſe defendere accuſa-
tionem putare debere publicari in eccleſia,& ſiquis affinis, vel cognatus,
velit defendere matrimonium audietur,& demum hijs deficientibus quē
libet extraneum admitti. Imo plus dicit, quòd etiam inuitis coniugibus
eſt audiendus defenſor.Et ſi apparebit defenſor, poterit repellere accuſa-
tore ante litem conteſtatam. cap.ad diſſoluendum de diſpo. impu. ſed li-
te conteſtata minime,cum hæc exceptio dilatoria ſit. cap. inter monaſte-

Defenſore non apparēte in cā matrimonij qualiter ꝓcedendum. De eodem.

Iudex poteſt ex officio procedere in cā matrimonij.

rium de re.iu.& ſi nullus defenſor apparet,iudex de plano inquiret.¶Po- 88
teſt etiam nullo accuſatore apparente iudex ex officio procedere, ſi tamē
nimia orta ſit infamia,ſed ſemper citandi ſunt quos res tangit & publicā-
dum eſt,an aliqui velint accuſare. ſecundum Hoſt.ibidem.& Spe. vbi ſu-
pra magis late. Aduerte tamen qui credis caſus iſtos nunquàm eueni-
re poſſe,& ſolum dicis velle attendere & vacare rebus altioribus , & de
pane lucrando, quod dum hæc ego ſcriberem,exiſtens Auditor Reuerē-
diſsimi Hieronimi ſiripanni Archipreſulis ſalernitanorū, venit ad me cu-
bicularius ipſius Reuerendiſsimi,& dixit,quòd diligenter ſtudere debuiſ-

Matrimonium inter patrem i ſanctis,& filiā i ſanctis an valeat?

ſem . ſi poſſet impediri matrimonium , vel iam contractū dirimi,inter pa 89
trem adoptiuum.& filiam adoptiuam, ſeu vt vulgo dicitur inter patrem
in ſanctis,& filiam in ſanctis;ſolēt enim vulgares in eccleſia cum celebra
tione miſſæ,capere aliquam in filiam abſque alijs ſolemnitatibus. Ego di-
xi quòd Hoſtien.& Ioan.And.& poſt eos Ioan.And.de ſan.Geor.& Pa-
nor.in cap.1.de cogna.lega,in particulari deciſum reliquerunt caſum . di-
cunt enim quod cum non ſint ſeruata forma,quæ in adoptionibus ſeruari
debet,vt fieret coram magiſtratu, & ipſo authrizante; non debet impe-
diri matrimonium per talem adoptionem, vel contractnm dirimi. quia
deficiente forma,atque ſolemnitate,deficit adoptio, ſeu filiatio.c.cum di-
lecta extra de reſcri.in fi.hęc enim ſolemnitas eſt de ſubſtantia,qua deficiē
te nihil valet actus.l.in venditionibus.ff.de contra.empt.ſicq; cum forma

Fraternitas iurata an ſucceſsionē præbeat?

non fuiſſet hic ſeruata reſpondidi non poſſe impediri. ¶ Pro his enim 90
faciunt quæ habentur in l.quidam cum filium.ff.de verbo. obliga. & ibi
Docto.& quæ habentur per Do.Alexan.in l.ſi pater tuus.C.de hær.in-
ſti.& per Iaſo.in l.quanquam.C.qui teſta.facer.poſ.quod licet aliqui cō-
trahant fraternitatem iuratam , nihilominus non contrahitur fraternitas
naturalis,nec ciuilis,.Et ideo talis fraternitas non præbet eis ſucceſsiones;
niſi ſit factum pactum expreſſum inter eos de ſuccedendo. quæ ſunt notā
da,ad hodierna tempora, quibus valde frequentantur fieri iſtos fratres
iuratos de quo etiam per Bal.& Ange.in l.ille autē.ff.de hære.inſtituen.

Affinitas an cōtrahatur per coitum fornicatium.

¶ An autem contrahatur affinitas per coitum fornicarium & illicitum 91
dicas quod ſic cap.concubuiſti xxxij.q.vij.& eſt tex.in cap.de inceſtis.&
ibi Gloſſ in verbo concubitu xxxv.quæſt.ij.& habetur ex tex.in c.nec eā
ead.cap.&.q.ſequitur ergo quod nulli ex conſanguineis viri fornicantis,
licet

licet contrahere matrimonium, vel aliter ſe carnaliter commiſcere cū mu liere illa, cum qua frater aut conſanguineus eius prius fornicatus fuerat, è conuerſo & minimè licet viro fornicanti cum matre filia, vel alia cōſanguinea dictæ mulieris, contrahere matrimonium, vel ſe carnaliter immiſcere, ſed ab illarum concubitu omnino abſtinere. d. capit. de inceſtis. & ſi quis ſe immiſcere auſus fuerit, committit inceſtum, & ille coitus propriè dicitur inceſtuoſus, & abominabilis Deo. Vide Bermo. Chor. in tract. de pu. con. in §. ad tertiam ſpeciem fornicationis. nu. 4.

92 ℭ Et pro tali coitu non in figura matrimonij contracto, eſt pœna capitis de iure ciuili, ſicut ex proprio inceſtu. l. ſi adulterium cum inceſtu de adulter. quod eſt verum ſi ſcienter habuit coitum, ſecus ſi ignoranter. Si vero interuenit in figura matrimonij ſubijciuntur pœnis de quibus in authē. inceſtas. C. de inceſt. nup. ſi autem ignoranter, non excuſantur ſi erat mu lier honeſta, ſiue honeſtæ vitæ. vt ibi dicitur per Bar. & hanc opinionem tenuit Paul. Grilla. in tract. omni. coi. Aduerte tamen, & ne percurras, qđ Anca. in conſi. cccxci. incipien. videtur prima facie. concludit ꝙ licet caſu iſto debeat dirimi matrimonium, tanquam ſit verè affinitas contracta, nihilominus pœna ſtatuta de iure ciuili contra contrahentes inceſtas nuptias, non habet locum in illo qui fornicario coitu cognouit ſępius vnam ex ſororibus, et cum alia poſtea contraxit matrimonium.

Deo eodem circa pœnā.

93 ℭ Per fornicarium enim coitum non contrahitur propriè affinitas, licet quo ad effectum matrimonij, dirimendi, ius canonicum, introduxerit cō trahi affinitatem ius enim canonicum tantum, introduxit hanc affinitatem, & prohibitionem, non autem ius ciuile ſolum enim reperitur à iure ciuili prohibitum filium contrehere patris concubina. l. liberi. C. de nupt. omnes enim leges quæ loquuntur de affinitate, loquuntur de affinitate le gitima. vt patet in l. adoptiuus. §. nunc videamus de ritu nup. licet ergo poſtea canonica conſtitutio prohibeat contrahi matrimonium cum illis cum quibus fornicarius coitus interuenerit, non tamen videtur quod pœ na iuris ciuilis antiqua, vel noua quæ de tali prohibitione canonica non cogitauit, ad hoc extendatur, quia in pœnis extenſio prohibetur. capitu. pœnæ de pę. diſtintio. prima. Et hanc opinionem firmatam reliquit Dec. in conſi. 268. in colum. fin. vbi & hanc dicit firmatam, per Calde. in cōſi. vltimo de conſang. & affi. & per Domi. à ſanct. Gemi. in conſi. lxxi. Titius colum. fin. Cōtrariam opinionem tenuit do. Abb. in cap. & ſi neceſſe circa fin. de dona. inter vi. & vxo.

Affinitatem per fornicarium coitū q̄uo & quare ius canonicum inuenit.

94 ℭ Mouetur quia qui contrahit contra prohibitionem canonum, videtur contrahere contra leges, quia leges approbant canones, & canones dicuntur leges. xxxi. diſtin. c. nicena. Et hanc etiam opinionem tenuit Signorell. in conſi. xxv. factum ſic proponitur. qui adducit aliam rationem, nam dicit ipſe, quando diſponitur de delicto ex quadā cōſequentia, diſponitur de eius pœna. l. i. §. i. ff. ad turp. Cum ergo ius canonicum talem inhibeat coniunctionē, videtur in cōſequentiam velle, ꝙ habeat locum pœna, & quia diſponendo ꝙ tales nuptiæ inceſtæ ſint, videtur ſtatuere, quod in talibus inceſtis nuptijs habeant locum omnia iura, quæ de inceſtis nuptijs loquuntur vlterius dicit ipſe ꝙ cum ius canonicum talem coniunctionem alias de iure ciuili licitam

Contrahens contra ꝓhibitionem canonum, contra leges cōtrahere vī.

tam inhibeat,& ad crimen inceſtarum nuptiarum reduxerit;videtur voluiſſe diſponere,& ſtatuere,quód in tali coniunctione habeāt locum pœnæ à iure ciuili impoſitæ propter inceſtas nuptias. vt l. lege. §. meminimus.C.de leg.hęre.& arg.l.omnes cum ibi nota.C.de quatr.pręſcrip.poſtremo (ſecundum eum) quando ius canonicum tales coniunctiones eſſe illicitas affirmat ius ciuile ſub generalitate verborum . vt in Auth. de eccle.titu.poſt princi. Videtur ergo ius ciuile,ſub dicta generalitate verborum reputare dictas nuptias inceſtuoſas . Et ſic pœnæ de inceſtuoſis nuptijs imminere debent.hæc ille. Dec.autem ſibi ipſi aduerſans. hanc opinionem Abba. in conſi. 158.in propoſito caſu , ſequi videtur. Mouetur rationibus Abba.& auctoritate ſuperiore : & vltra eos,adducit alias rationes . & primo (dicit ipſe) Bar.in l.i. C.de eden.voluit quód ille text. poteſt exemplificari in vſurario.p clem.i.de vſu:.quæ poſteà ſuperuenit. ita ergo (dicit) videri in caſu noſtro. Et licet cum induxiſſet hanc rationem : dicat videri ſibi probabiliorem Ancara. ſententiam , multaque ad corroborationem illius opinionis adducat ; Nihilominus adhuc (duræ ceruicis) contrariam opinionem ſequitur: propter auctoritatem Signorell. Abba.& Car.ex quibus(ſecundum eum)uidetur hanc eſſe communem opinionem . quam corroborant ipſe tali medio . tex. in Auth.inceſtas loquitur in materia matrimoniali,in qua attenduntur canones : ergo verbum illud,inceſtas nuptias, licet prolatum ſit à iure ciuili: intelligitur tamen ſecundum canones , ex quo canones in tali materia attenduntur . hanc ſuam conſequentiam probat ex deciſio.quam reputat ſing.Io. And. in addi. Specu.in tit. de ſucceſsio. ab inteſta.§.i.col. iiij. ver.& quia de gradibus.vbi inquit fuiſſe determinatum , quód ſi ſtatutum ciuitatis, imponit pęnam contrahentibus matrimonium in gradu quarto, vel citeriori intelligitur de gradu ſecundum canones. Et tenendo hanc partem non dicit obſtare rationes , quibus innitebatur Ancara.& primo in quantum dicebat , quod non debet fieri extenſio in materia pœnali . quia hic non agitur de extenſione de caſu ad caſum,ſed de verborum proprietate quia propriè iſtæ nuptiæ inceſtæ ſunt , ſecundum canones : qui in iſto caſu attendi debent.Minimè (dicit) obſtare quod dicebatur quod tex.in d. Authen.inceſtas , debet intelligi ſecundum leges : quia illud verum eſt, in materia in qua.ll.attenduntur ſecus eſt , in materia ſpectante ad canones. Quid ergo dicendum ? Mihi autem, videtur (quicquid dixerit Dec. ſibi aduerſans) probabiliorem eſſe ſententiam Anca. quam etiam ſequutus fuit Aug.ab Arimi.in addit. Angel.in verbo, ch'm'hai adultetato la mia donna,& poſt eum Hippol.de marſi.in ſingula.253. incip.ex illicito coitu. Et ne horum authoritate tantum nitar : Moueor ex notabili theorica Bar.in l.omnes populi.ff.de iuſti. & iur.in quinta parte in ſecunda q. in quantum dicit. ¶ Quod nouum ſtatutum non porrigitur ad pręterita, 94 vbicunque nouum ſtatutum facit aliquem actum eſſe delictum,vbi non eſſet,& ideo non porrigitur ad facta præterita.l.iubemus. C. de teſta.in fi.& in Authen.de ſatiſ.epiſcopo.§. fi.cum ergo noui canones faciant delictum,quod non erat tempore legis ciuilis,& Auth.inceſtas nuptias ſequitur quod non debet trahi ad illam diſpoſitionem & pœnam quæ erat

Opinio auctoris.

Nouum ſtatutum quando ad pręterita extendatur?

facta

facta in illis inceſtis nuptijs,quæ eo iure erant cognitę,& non ad illas quæ reputabantur licitæ. Moueor ſecundo ex notabili doctrina Bar.in l. in teſtamento.ff.de condi. & demon. inquantum voluit quod ſi diſpoſitio in qua eſt adiecta pęna;commutatur ex aliqua cauſa,non intelligitur repetita pœna in ea diſpoſitione commutata, cum ergo diſpoſitio iuris ciuilis vbi eſt adiecta pęna,non loquebatur in caſu de quo agitur,& facta eſt altera diſpoſitio commutans illam diſpoſitionem iuris ciuilis in quantum has coniunctiones non reputabat inceſtas nuptias,ſequitur qđ non habet locum illa pęna in hac ſecunda diſpoſitione.Quid vltra?nonne habemus tex.in l.meminimus,et ibi no.Bal.C.de leg.hę.& l.fi.C.de pig.et ibi Bar. & cap. 11.de conſtitu.& cle. 1.§.permiſsis & ibi Cardi. de ſeque.poſſe.

95 ¶Quod lex noua non trahitur ad præterita;ſed ad futura: ergo nō poſſunt noui canones trahi ad præterita, vt intelligantur prouidere quod illa lex iuris ciuilis præterita imponens pœnam contrahentibus inceſtas nuptias. habeat locum in caſu ab illa non reprobatio. Poſtremo ad ſtipulatur prædictis doctrina Bal. in Authen.cui relictum. iiij. col. C.de indic. viduita. tolle.inquantum dicit legem non habere locum, niſi in caſibus in ea comprehenſis.cum ergo ita ſit: Authent.inceſtas, non comprehendit in ſe niſi illas nuptias inceſtas, quas tunc temporis ius ciuile inceſtas reputabat.has ergo đ quibus ſupra minimè inceſtas reputabat, ergo de illis intelligi non debet.Hæc quidem, tanto magis procedunt, quia ius canonicum tantum odo introduxit,ſeparationem matrimonij,et pœnitentiam peragendam. Et tenendo hanc partem,non obſtat noua ratio ſuas,quod ius ciuile loquens in cauſa matrimoniali,intelligitur ſecundum canones, quia hoc verum eſt in caſu ſuo, ſed non quod ius ciuile puniens inceſtas nuptias à ſe cognitas,& reputatas velut tales,habeat locū vt illa pœna etiam habeat locum in inceſtis nuptijs additis de iure canonico. Lex noua nō trahitur ad præterita,ſed ad futura.

Nec verum eſt id quod ipſe dicit,quod opinio Abba.ſit communis,quia immo contraria opinio videtur communior,probabilior, & magis conſona veritati. Nam illam tenent Anca.Calder. Dom. à Sanc. Ge. Aug. de Arimi.Hyppo.de Marſi.& nonnulli alij,ergo iſta communior.Imo ſi recte penſetur,Docto.in d. Authen.inceſtas, dicunt quod ille tex. cum ſit pœnalis,debet intelligi de inceſtis nuptijs tantum, non autem de illicitis altàs quanto minus ergo debemus dicere, quod non habeat locum in illis inceſtis, quæ eo tempore non erant tales. Ponderandus eſt rurſus tex.in Auth.de inceſt.& nepha.§.i.in corpore unde ſumitur: quia decidit caſum in quantum loquitur de illis inceſtis nuptijs quas lex uocat inceſtas,nephandas, & dannatas. Et ſic uidetur ſe reſtringere ad illas tantum quas lex ciuilis uocat inceſtas. Et licet poſſet dici,quod cum lex ſemper loquatur.l.i.ff.de cond.ex leg.l.Arriani,& ibi Bar.C. de hæret.loquendo de pœna imponenda contrahentibus inceſtas nuptias, habere uidetur locum in iſtis inceſtis nuptijs,ſecundum ius canonicum.Reſpondeo quod manifeſte patet(ut dixi ſupra)illū tex.fuiſſe factum quod ad inceſtas nuptias de iure ciuili:& ſic non cenſetur loqui de iſtis Concludo igitur ueram eſſe opinionem Ancara.

96 ¶Modus autem procedendi per uiam accuſationis, ab ordine procedendi per uiam inquiſitionis ſatis differt. ut demon- Accuſacionis ordo ꝓcedendi diſ.

fert ab ordine inquiſitionis.

demonſtrabitur ſeriatim, in tota noſtra praxi, cũ eius ordinem ſequi intendimus. ¶ Et ideo, raro per viam accuſationis, Romæ, & in partibus 97
noſtris, ſolet procedi, ſed communiter deputatur promotor iurium cum quo cauſa agitatur. ¶ Illud etiã ſcias quod accuſatore deſiſtente, iudex 98
eccleſiaſticus procedit ex officio, ſicut iudex ſecularis. ca. i. de collu. detege. & dixi ſuperius. ¶ Quid enim ſi accuſatus eſt clericus de vulnerato, 99
& captus eſt à iudice laico, & per vulneratum petantur alimenta, ſeu expenſæ medicorum, & medicamentorum, & clericus petat ſe remitti ad iudicem ſuum, an antequam remittatur, debeat cogi ad præſtandum expenſas illas? dicas quod ſic, ſi tamen ex informatione cõſiſterit ſaltem ſummariè eum deliquiſſe. ita Pet. de Rebuf. in tract. de ſenten. prouiſio. primo tom. conſti. arti. i. glo. v. & vi.

Accuſatore deſiſtente iudex ꝑcedit.

Clericus accuſat' d vulnerato, et captus à iudice laico, quãdo ad expẽſas & medicamenta ab eo condẽnabitur.

Præfatio.

SI peccauerit in te frater tuus, corripe eum, inter te & ipſum ſolum & cæt. Denuntiationis materia, ex hoc angulari lapide Chriſti profluens, ſi rectè ſeruaretur, vt inſtituta fuit, & confirmata, per ſacros canones, equidem nihil melius, nihilue rectius, & ſalubrius fieri poſſet. Illam enim non odio, non ira, non vlciſcendi cupiditate, non inimicitia, non lucro, nulloque maleuolo animo, non animali (vt inquiunt motu) ſed ſpiritali potius, denunciatur quis, non vt puniatur, ſed vt emendetur, & ſalubrem vitam aſſettetur. O quam bonam, & ſuauem illam denunciationem, quæ toto charitatis affectu, in eccleſia ſit, vt impia emendentur, bona ſequantur, & ad vltimum finem, ad quem creati ſumus omnes ducantur. Creuit hodie traſgreſsio, creuit malitia, vndique ſubrepunt vitia, friguit charitas, omnes quærunt quæ ſua ſunt, nõ q̃ Ieſus Chriſti. Quicquid animo (inquit Auguſtinus ſuper epi. ad Galat.) lacerato dixeris punientis eſt impetus, non charitatis corrigentis, dilige & dic quicquid voles. Et in regula clericorũ. Si enim frater tuus vulnus habeat in corpore, quod vult occultari, cũ timet ſecari, nonne crudeliter à te ſileretur ac miſericorditer indicaret, quãto ergo potius debes manifeſtare crimen, ne deterius putreſcat in corde? & de charitate ſermo. vij. Non putes te amare ſeruum, quando eum non cœdis, aut tunc amare filiũ, quando ei nõ das diſciplinam, aut tunc amare filium tuum quando eum nõ corrigis, nõ eſt iſta charitas, ſed languor. Moneamus igitur fratres noſtros, moneamus inquã non ſemel, ſed ſemper, vt nouum induentes hominem, veterem derelinquant. Inquit enim Ioan. Chriſo. in con. prima. c. xvi. ex Lic. ſic igitur, & nos etiam ſi ſciamus omnia, debemus tamẽ infatigabiliter ac per omne tempus fratres noſtros neglectos componere, etiam ſi nihil ex admonitione fructus ſit redditurũ. Etenim ſi Dominus qui prænouerat huiuſmodi futurũ euentum, hac vſus eſt ſollicitudine erge eum, qui nihil fructus laturus erat ex admonitione, qua tãdẽ venia digni fuerimus nos, ſi quũ incertis ſit nobis rerũ euẽtus, adeo ſecordes fuerimus circa ꝓximi ſalutẽ, poſt vnam atq; alteram admonitionem deſerentes? Et ſi correctioni frater tuus noluerit

parere

parere, non improbaberis, eccleſiæ denunciare; vt emendetur ille, & non confundetur. Nec credas hac denuntiatione improbari & peſſundari alteram, quę fit, vt quis vniatur, vtraquæ enim ſubſtinetur, & omnibus rectè penſatis omnis denunciationis ſpecies in vtrumque incidit effectum. Si tamē rectus fuerit ceſſet animus, ceſſet odiū, et charitas non deſeratur. In delationibus nominis alicuius decet cum omnem hominem, tum regem maximè, & eccleſiæ rectores, morem ſequi Alexandri Macedonis, qui nemini delatorum vtramque, ſed vnam tātum autem pandebat, alteram de lato intergram ſeruabat, inde tādem quaſi inter duas aures medius ſententiam ferebat. Ergo ſi quiſpiam ad te ſecreto delatus eſt, vide vt delatum, per te aut quemuis alium, ſemotis arbitris admoneas, eiuſq; vel confeſsionem, vel excuſationem audias, delatore tamen occultato. Singulari cautione, opus eſt, ne delatoribus vel fides mox habeatur, vel uia deferendi prorſus præcludatur. Et quemadmodum nimiæ credulitatis eſt, omnia quæ audiſſes pro certis accipere, qua inſidiatores abuti poſſent malum alicui machinando, ita omnibus aures claudere, imprudentiæ eſt. Multa enim ſæpe per multos indicantur, ad cauendum tibi ac Reipublicæ per neceſſaria. Itaque principis eſt, nec delectari criminibus audiendis, nec fidem delationibus prius habere, quàm omnibus cognitio quæ contradici poſsint.

Denunciatione facta. Cap. 5.

SVMMARIVM.

1 Inquiſitio dupliciter fit.
2 Denunciatio duplex.
3 Denunciatio priuata quæ ſit, Et cui competat.
4 Denunciatio publica cui competat.
5 Denunciatio priuata à quo fieri poteſt.
6 Denunciatio publica à quo fieri poteſt.
7 Lis conteſtatur cum denunciatore priuatæ denunciationis.
8 Denunciator priuatus non faciens partem in iudicio, qualiter proſequatur denunciationem?
9 Denunciatio triplex ſecundum Prępoſitum.
10 Denuncians pro ſuo intereſſe ęquiparatur accuſatori.
11 Denūciatores electi per curiam qui, Et quod ius habent in inquiſitione.
12 Denunciatores citari an debeāt.
13 Fiſcalis eſt in qualibet curia Epiſcopali.
14 Epiſcopum fiſcum nō habet, Et an idē cameræ ſuæ, vel Romanę eccleſiæ poſsit confiſcari?
15 Fiſcalis curiæ non reputatur vt accuſans.
16 Fiſcalis officium quale erit.
17 Fiſcus non poteſt iudicare.
18 Fiſcalis quando, & à quo poſſit remoueri?
19 Fiſcalis an ſit citandus?
20 Sententia lata fiſcali non citato, eſt nulla.
21 Fiſcalis debet eſſe fidelis.
22 Denunciatio triplex euangelica, regularis, & canonica.
23 Denunciatio canonica duplex;

Et quæ ſit.
24 Denunciatio quot monitiones requirit; Et quis ab ea repellatur.
25 Denunciator vbi debet admitti: quid faciendum?
26 Denunciatio canonica generalis quæ.
27 Denunciatio ſpecialis quæ.
28 Denunciatio euangelica quō differt à ſpeciali canonica?
29 Denunciatio canonica quomodo differt à iudiciali?
30 Denunciatio canonica quare ita appellatur?
31 Accuſatus qualiter citetur: & qualiter procedatur cōtra eū?
32 Denunciationis effectus.
33 Denunciatio an ſit cauſa formā di inquiſitionem?
34 Denunciationis canonicæ effectus.
35 Archipresbiter non denunciās crimina impunibilia; an ſit in pœna?
36 Archipresbiter denuntiare quē libet debet.
37 Denunciator preuentus a iudice,vel a parte an puniatur.
38 Denunciator an teneatur ſe inſcribere?
39 Denunciatori an credatur?
40 Præpoſitus falsò refert Salicetum: Et ideo Doctorum doctrinæ in fonte videndę.
41 Probatio an excludat probationem?
42 Teſte de viſu,& de auditu differunt.
43 Denunciator quādo denunciati innocentiæ indicium faciat?
44 Statutum faciens mentionem de accuſatione:an comprehēdat denunciationem?
45 Vbi eſt eadem ratio; idem ius ſtatuti debet.
46 Ceſſante cauſa, ceſſat effectus.
47 Iudex an ſimpliciter admittet denunciationes?
48 Conditiones legitimæ denunciationis quæ ſint?
49 Fiſcus epiſcopalis curiæ ſuccedit clerico decedenti ab inteſtato.

DIxi in ſuperioribus,verſus finē,modū ꝓcedēdi ꝑ accuſationē,eē nimis lōgū,& raro eo mō ꝓcedi,tū ī Romana curia,tū ēt ī partibus iſtis:& ob id paſsim introductū eē, ꝓcedi ꝑ inquiſitionē,& partē offenſā intētare denūciatio-

Inquiſitio dupliciter fit.

tionē iudiciariā,ꝓ euitādis ſumptibus, & expenſis. ¶ In 1
quo aduertēdū eſt; ꝙ dupliciter fit inquiſitio, vt ſuo loco dicetur plenius,primo fit ex mero officio,& eo caſu,nec requiritur denūciatio aliqua;ſecūdo fit ad denūciā partis, & eo caſu,licet ꝓprie non ſit mera accuſatio: tamē proceditur ita,& ꝓut ꝓceditur in ac-

Denūciatio duplex.

cuſatione. Et tunc dicetur denunciatio præparatoria inquiſitionis. ¶ Et 2
ſicut dupliciter per inquiſitionem proceditur, ita duplex erit denunciatio altera quidem priuata,altera uero publica: priuata quidem eſt illa quæ requirit telam terminorum & modum procedendi: vt fit in accuſatione,

Denūciatio priuata quæ ſit & cui cō petat.

publica vero minime. de vtraque ergo dicturi. ¶ Illud ſcire oportet, ꝙ 3
priuata denunciatio eſt illa,quæ competit læſo pro ſuo intereſſe; & de hac loquitur tex.in c.nouit de iudi.& Bar.in extrau.ad reprimendam in ver-

Denūciatio

bo per denunciationem,& Bal.in auth.ad hæc.C.de vſur. hæc autem eſt
illa,quæ requirit telam terminorum accuſationis. ¶ Publica autem de- 4
nunciatio,

nunciatio competit ex mæro officio denunciantis ad vtilitatem publi-
cam; ad hoc deputati.l.ea quidem.C.qui accuſ.non poſſ.&c.epiſcopus in
5 ſinodo xxxv.q.vi. ℂSi autem denunciatio priuata intentaretur vltra mo
dum procedendi ſimilem accuſationi, omnes exceptiones quæ repellunt
accuſatorem, repellunt pariformiter denunciatorem. ſecundum Præpo.
6 in c.de accuſatiõe.ij.q.8.ℂDenunciatio publica à quolibet & infami fieri
permittitur: vt per Præpo.vbi ſupra & per Angel.de Are.in lib. male.in
7 verbo nec non ad denunciam. ℂCum denunciatio enim priuatæ denun-
ciationis faciente partem in iudicio, conteſtatur lis; & vere dicetur ad-
uerſarius; & ipſe ſolus poteſt expedire proceſſum; eſt enim promotor
voluntarius inquiſitionis ſecundum Hoſtien.& Docto.in ca.cum clamor
de teſti.& Bal.in l.per hanc 6.col.C.de tempo.appella. & probatur in c.
8 cum dilectis de purga.cano. ℂSi vero promotor inquiſitionis non vult
eſſe particeps actorum iudicij, quia non vult in ſe ſuſcipere proſequutio
nem iudicij, ſed ſimpliciter inſtruere iudicem, vel accuſatorem extraiu-
dicialite: & tunc non repellitur ita vt accuſator: quia non poteſt præiu-
dicare ſicut accuſator, quia tota tela iudicij pendet à iudice. Vt proba-
9 tur in l.verbum.C.ex qui.cau.infa.irro. ℂOb id ergo dicebat Præpo.in
d.c.de accuſatione,triplicem eſſe viam denunciationis, quandoque enim
priuatus denunciat iudici crimen ad excitandum officium iudicis, non
tamen vult in ſe ſuſcipere onus accuſandi, nec proſequendi denunciam;
& iſte cum non faciat partem in iudicio,habita eius denunciatione, Pa-
pa committit inquiſitionem. vt eſt tex.in c.cum I. & A. & ibi Panor.3.
col.de re iu.& habetur in cap.cum oporteat de accuſa. & de hac loquitur
10 tex.in c.licet de accuſa.& hic eſt ille de quo ſupra. ℂAliquando quis de-
nunciat iudici crimen pro ſuo inteſſe,vel etiam reipublicæ vultque proſe-
qui denunciam,& poterit & debet omnia facere, quæ debet & tenetur
facere accuſator.l.1.§.incidit.ff.ad Turpil.& voluit Bald.in l.per hanc 6.
11 col.C.de tempo.appell.& patet per ſupradicta. ℂAliquando enim iu-
dex non habens promotorem ſeu fiſcalem ordinarium, ſeu habet in ciui-
tate,tamen in partibus longinquis,(vt fit in curia Metropolitana Salerni-
tana)deputat aliquos qui quærant informationes, & curiæ referant, vt
plenius poſsit de delicto inquirere, & de iſtis loquitur. c. cum clemor de
teſti.& c.cum olim de accuſa. De iſtiſque dicit Alber.in d.l. ea quidem.9.
colum.de accuſ. quod quando iudex procedit ex mæro officio, licet ad-
hibitis iſtis promotoribus,vel denunciatoribus, ſufficit quod exprimat ſe
ex mæro officio procedere, nec debet aliquid exprimere de illis inſtiga-
toribus: & eſt ratio: quia vt dicit Bald.in d.l.ea quidem nona colũ. tales
inſtigatores,ſeu informatores inquiſitionis nullũ ius habent circa inquiſi-
12 tionem,ſed ſolum poſſunt aſsiſtere telæ inquiſitionis. ℂEt propterea in
ferebat Inno.in c.cum olim de accuſ.& in c.cum clamor extra de teſti. &
poſt eum Bald.in d.l.ea quidem nona col.& nouiſsime Præpo. in d. c. de
accuſatione.2.q.8.58.col.quod cum hi proſequutores, & promotores in-
quiſitionis non habeant ius proprium, ſed ſolũ ius aſsiſtendi; poteſt pro-
cedi ipſis non aliter citatis. Grauant propterea communiter iudices in-
quiſitos, dum eligunt coadiutores curiæ, & ipſis ſemper intimant omnia

publica cui competat ꝑ.

Denũciatio priuata a quo fieri poteſt.

Denũciatio publica a quo fieri poteſt.

Lis cõteſtatur cum denunciatore priuatæ denũciationis.

Denũciator priuatus nõ faciens partem in iudicio, qualiter proſequatur denunciationem.

Denunciatio triplex ſecũdũ Præpo.

Denũcians pro ſuo intereſſe æquipetatur accuſatori.

Denunciatores electi ꝑ curiam qui. Et quod ius habeant in inquiſitiõe.

Denunciatores citati an debeant.

De eodem.

Fiſcalis ē in qualibet curia epiſcopali.

acta, quæ fiunt; quia tela iudicij nimis protelatur, & fatigantur expenſis,
ſed paſsim ita ſeruatur. ℭ Aliquando curia habet proprium ordinarium 13
promotorem, & fiſcalem, prout eſt quælibet curia Epiſcopalis. vt not.
Cardi.in c.2.§.1.de hære.& habetur per Felin.in cap.excommunicamus

Epiſcopus fiſcum nõ habet, et an idē cameræ ſuæ, uel Romanæ eccleſiæ poſſit cõfiſcari?

eod.tit.circa prin. ℭ Licet Bal.in rub.C.de pri.fi. dixerit propriè Epiſco 14
pum nõ habere fiſcum, & ſic nihil poſſe confiſcare ſuę cameræ, & ſiquis
contrahit cum eo vel Epiſcopatu non propterea bona pia ſunt tacitè o-
bligata. Et ideo dicebat in Authē. damnatorum.C.de bo.damna. quòd
Epiſcopus condemnans ad pœnam pecuniariam, debet eam applicare
fiſco Romanæ eccleſiæ, non autem cameræ ſuæ. Sed contrariam opinio-
nem omnes tenent, & pro iſta opinione videtur glo. in cap.quia de con-
ceſ.præbe.quæ eſt ſingu.ſecundum Bu.ibi & ſequitur Imo.in 5.col.ibi &
nota bene dicens ꝙ vbi de iure veniunt confiſcanda bona, tunc in clerico
uenit conficatio facienda per camerā Epiſcopi.et ita ſequuntur Bu.Imo.
& Abb.in d.c.quare. Abb.Ana. & Maria.in cap.excommunicamus de
hære.in prin. ſentit etiam Oldra.conſi.302.2.col.& latè vltra omnes Fel.
in cap. cæterum de offic.ordina.nume.10.

Fiſcalis curię nõ reputatur ut accuſans.

ℭ Iſteque fiſcalis, & promotor iurium curiæ Epiſcopalis, nõ debet habe- 15
ri tanquam pars accuſans, Imo quod facit iſte fiſcalis, ex mandato iudi-
cis, videtur facere ipſe iudex ſecundum Prępoſi.in d.cap.de accuſa.

Fiſcalis officium quale erit?

ℭ Et poteritque fiſcalis & promotor iſte inſtare, pro viribus eccleſiæ, & 16
pro intereſſe reipublicę proponit, agit defenditque fiſcalia ſunt autem fi-
ſcalia, vbi de publica pecunia, uel uindicta agitur. Aſsiſtit enim Vicario

De eodem. De eodem.

eiuſque curiæ in ipſis fiſcalibus cauſis. Cauſarumque ſecreta noſcit, ac ꝓ
libito intuetur. ℭ Eiuſque officiū (vt breuibus me abſoluam) nihil aliud
eſt, niſi officium iudicis, nam in eius locum ſuccedit, ſecundum præpoſi.

De eodem.

in d.cap.de accuſatione.col.xxxvi.in fine. ℭ Infertur, non incongruè, ex
his quod quicquid poteſt facere iudex, & ei ex iuris diſpoſitione permit-
titur, in inquiſitione permittitur pari modo ipſi pro motori ſeu fiſcali. Et
propterea poteſt petere ꝙ detur terminus ad probandum delictum, po-
teſt remiſſoriam petere, vbi de iure concederetur, poteſt petere citari, car
cerari, torqueri, & condemnari inquiſitos, poteſt petere, publicationem
fieri, inquiſitos non audiri, repeti teſtes, & interrogari teſtes examinan-

De eodem.

dos per eos. ℭ Et ſicut Iudex ꝓcedendo ex mæro officio, poteſt reos co-
gere ad reſpondendum, inquiſitioni. vt notabiliter cõcludit dom. Abb.in
cap. cum ſuper de confe. quaſi ad finem. Et latius dicetur ſuo loco, pari
modo fiſcalis iſte petere poterit, & ad eius inſtantiam cogetur. inquiſitus
reſponderè per iudicem, quia petit fiſcalis fieri illud quod tenebatur ex
ſua mæro officio facere ipſe iudex. Et iſtud ēt fuit de mente Prępo.ubi ſu
pra, & uoluit Ioa.Ber.Diaz.in ſua cano.pra.in ver. ꝓmotor ſeu fiſcalis.

Fiſcus non põt iudicare.

ℭ Poteſt etiam aſsiſtere vna cū iudicibus in camera, vbi ſecreta tractan
tur, examini etiam teſtium examinādorum aſsiſtere, & etiam torturæ in
ferendæ reis. Et in omnibus uotum, ſaltim conſilij gratia præſtare, non
tamen iudicare. vt bene ſcribit Octauia. Veſtr.in ſua pratic.cano.in titu.

Fiſcalis quā do & à quo

de procu.fi. ℭ Et licet promotor inquiſitionis ſimpliciter aſſumptus, per
iudicem, poſsit pro libito eius remoueri, ſecundum Hoſtien. & Doct.in
d.c.cum

d.c.cum clamor de teſtib.attamen iſte fiſcalis.cum vt plurimum eligi ſoleat a ſuperiore, & cum ſalario, non poterit à iudice remoueri. poſsit remoueri.

19 ℭVlterius,licet promotor, & ſimplex coaiuctor curiæ electus à iudice, ſit nudus miniſter, & non ſit particeps iudicij, & ob id minime ſit citandus: tamen iſte fiſcalis (de quo proximo loco dixi) dicitur particeps iudicij,& propterea citandus erit in cauſa. ℭIn tantumque citandus erit, quod niſi citetur, & feratur ſententia eo non citato,erit nulla. vt eſt text. in l.i.C.de ſenten. aduer. fiſ. lat. ℭ Debetque ille qui ad huiuſmodi officium deputatur,eſſe fidelis,vitæ honeſtæ, & legalis; & cum ſit publicus denunciator, in principio ſui officij debet iurare; vt notat. Angel. in l.ſi vacantia.C.de bon.vacant.lib.x.referente Præpo.in dict.cap.de accuſatione ij.q.col.lxv.& poſt eum Ioan.Ber.Diaz.in verbo ego enim presbiter in fine.videtis ergo quantum differat iſte denunciator, ſeu promotor, ab alijs de quibus ſupradictum eſt. ℭPoſtquam enim vidimus,quot modis per viam iudiciariæ denuntiationis procedatur reſtat vt videamus, qua nam alia uia poſſunt denuntiari delicta,crimina,& exceſſus. Fiſcalis an ſit citandus. Sentētia lata fiſcali nō citato ē nulla. Fiſcalis dēt eſſe fidelis.

20

21

22 ℭIdeo ſciendum eſt,quod altera denuntiatio reperitur, quæ dicitur euangelica.de qua in cap.ſi peccauerit.ij.q.i. Altera eſt regularis quæ eſt ſecūdum diuerſas religioſorum inſtitutiones.vt in cap.ad noſtram cap.reprehenſibilis cap.cum ſpeciali,de appella.& in c.cum contingat eod titu. Altera dicitur canonica,quæ habuit ortum à lege veteris teſtamenti, ſecundum Innoc.in cap.nouit de iu.& Bald.in authenti.ad hæc.C.de vſur.

23 ℭHæc autem altera eſt ſpecialis,altera vero generalis ſpecialis canonica competit illi cuius intereſt bonum habere prælatum, vel bonum ſubditum eccleſiaſticum; & hæc ſolet fieri, vt remoueatur à beneficio, vt xvi. q.vlti.ℭEt in hac dicit Specu. in titu. de denuntia. quod requiritur trina monitio:nec ad eam admitti debet, qui poteſt ab accuſatione repelli: vt in cap.cum oporteat extra de accuſa.& cap.cum dilectus, & cap,licet heli.extra de Simo.& eſt ratio,ſecundum Specul.vbi ſupra: quia accuſatio & denuntiatio canonica æquiparantur. vt in cap. conſtitutus extra de appellatio. ℭEſt tamen bene verum quod vbicunque in denuntiatione ingeritur aliqua difficultas,vt quia dicitur de inhabilitate,vel aliter; tunc Iudex,ea denuntiatione poſt habita,ex ſuo officio procederet, nec punitur denuncians hoc modo deſiſtendo,aut uſque ad finem cauſam non perducendo.ſecundum Inno.in c.licet heli,& ibi dom. Abba. extra de Simo. licet Hoſtien.tenuerit contrarium. Et tunc procedendo ex officio, non requiritur denuntiatio.ſecundum eundem Abbat.vbi ſupra. Denūtiatio canonica duplex. Et q ſit. Denūtiatio quot monitiones requiritur Et quis ab ea repellatur. Denūtiator ubi non debet admitti: quid faciendum. Denūtiatio canonica generalis quę.

24

25

26 ℭCanonica vero denuntiatio generalis, & publica, poteſt dici cum agitur de matrimonio impediendo, vel diſſoluendo; vel cum in foro canonico ageretur de peccato corrigendo: ſi tamen in eo, non includeretur aliquod intereſſe priuatum,& in iſta admittitur quilibet; & ſi ab accuſatione,alias repelli poſſet,nec in ea requiritur trina monitio. cap. ad diſſoluēdum extra de ſponſa.impu.& cap. præterea extra de ſponſa.& ſi cōtigerit denunciantem nolle proſequi, iudex ex officio poterit proſequi. cap.cum in tua extra de ſponſa. ℭEſt & alia denuntiatio ſpecialis, & regularis,& iſta ſolet fieri per ſubditum pro intereſſe ſuo, denuntiantē præ- Denūciatio ſpecialis q

latam ſuum delinquentem. vt habetur in cap. ex parte adæ de teſti. & in cap.filius vel nepotibus xvi. q. vij.ſolet ẽt fieri per rectorem parrocchialem denunciantem ſuum parrocchianum,uel per ſuperiorem ſuum ſubditum.vt in cap. 1.de offic. arch. & in cap.licet heli. extra de ſimo.vel (vt vnico verbo me expediam) fit per quemcunque denunciantem crimina de iure canonico denuncianda. ſecundum Bald. in Authen. ad hæc.C.de vſur. pro quo facit gloſſ. in cap. quia propter ij.q.vij. puta ſi denunciatur pręlatus tanquam dilapidatur bonorum eccleſię;quo caſu quilibet admittitur. vt in §. fi.in Auth. quo oportet epi.& §. licentiam in Auth. de non aliena. Item per eam poteſt denunciari peccatum occultum, & denunciatio iſta æquiparatur accuſationi.vt in cap.conſtitutus el ij.§.fin.de appella.& uocatur priuata hac ratione quia licet tendat aliquo modo ad utilitatem publicam; videlicet ad pœnitentiam,ſeu ad correctionem,& pœnam pro crimine imponendo, tamen denuntians mouetur ex proprio intereſſe,& priuato comodo; quod quidem ſpectatur ex denunciatione criminis, vt prouideatur eccleſiæ, vel beneficio cui præeſt.

Denũciatio euangelica quomõ differat a ſpeciali canonico.

¶Eſt tamen differentia inter hanc denunciationem, & illam euangelicam: nam iſta canonica denunciatio tendit ad pœnitentiam peragẽdam:quandoque ſeparatim,& pęnam etiam imponendam ſeparatim. quandoque ad utrumque, videlicet ad pœnitentiam peragendam, & pœnam imponendam, prout denunciator ex forma petitionis poſtulauerit, vel etiam iudex ceſſante denunciatore elegerit.cap.licet heli.& cap.per tuas de ſimo. 28

Denũciatio canonica quomodo differat a iudiciali.

¶ Differt etiam à iudiciali, quia iudicialis competit principaliter pro priuato intereſſe proſequendo, & illo conſequuto, ceſſat priuatum iudicium l.quod ſenatus.ff.de iniu.& l.interdum.§. qui furẽ.ff.de fur. Sed iſta canonica & ſi moueatur pro priuato intereſſe, tendit tamen ad pœnitentiam peragendam,uel pœnam imponendam,uel etiam ad utrunque:imo prouidet aliter quam accuſatio,uel inquiſitio: nam accuſatio tendit ad publicam uindictam,& ad quendam rigorem iuris quo imponitur pęna ordinaria pro criminibus.vt in cap.tua de pæn.& in cap. ſuper his extra de accuſa.& non fit niſi cum magno rigore, & ſollemnitate.(vt ſupra dixi.) 29

Denũciatio canonica quare ita appellatur.

¶Sed iſta denuntiatio canonica habet in ſe temperamentum æquitatis, & ideo uocatur canonica,eo quia canones plus ęquitatem quam rigorem amplectuntur cap.1.de pact.& cap. per tuas de ſimo. nam iſta denunciatio canonica tendit ad pœnitentiam peragendam, vel pœnam imponendam, per quam ſatisfiat priuatio intereſſe promouentis, vel eccleſiæ.aut beneficij, quod habet denunciatus: & ipſe denunciatus non punitur pœna ordinaria : ſicut in accuſatione. cap.licet heli.& cap.per tuas el. 1.de ſimon. 30

De eodem.

¶Item alteri facit & prouidet quam inquiſitio: quia per inquiſitionem procedi non põt, niſi præcedente infamia, & clamoſa inſinuatione, illa denuntiatio canonica procedit ſine illis requiſitis: qui fit ad correctionem : & ſufficit quod charitatiua præceſſerit monitio ad denunciationem promouendam cap. ſuper his extra de accuſa.ſecundum Specu.in titu.de denuncia. §. fi.in princ.& Præpoſitum c.de accuſatione. ij. q.viij.

Accuſatus qualiter ci-

¶ Non omitto, uobis dicere, quod vbicunque non procederetur ex mero officio: ſed prorſus per accuſationem, aut per denunciationem, non oportet 31

oportet aliter citari inquiſitum ſuper capitulis, aut aliter formari inquiſitionem, vt latius ſuo loco dicam, ſed eo caſu ſufficit citari eum, quod cõpareat ad ſe excuſandum, & defendendum ſuper tali accuſatione, ſeu denunciatione contra ipſum facta, per talem, vt dicit Bal. in l. ea quidem. C. de accuſa. v. col. & eſt de mente Bar. in extrauag. ad reprimen. in uerb. per accuſationem. Et ita ſeruatur Romæ, & in metropolitana curia ſalernitana, ſecundum Ritus per me recollectos & ordinatos, ibidem. (vt in fine praxis adnotabo.) ¶ Effectum autem huiuſmodi denunciationis non alium eſſe ſcito: niſi quia ſuperiores, auditoque per probos uiros denunciatur crimen, debet per ſe inquiſitionem ſuper fama formare, & alijs coniecturis delicti, vel alteri formandam committere. l. congruit. ff de offic. præſid. cap. Deus omnipotentes. ij. q. i. ¶ Denunciatio etenim ſola, per ſe non eſt ſufficiens, ad cauſandam inquiſitionem, ſuper veritate criminum. l. uerbum ex qui. cau. infa. irroga. & notat. per. docto. in cap. cum oporteat de accuſa. ob idque dicebat Bal. in l. ea quidem v. col. C. de accuſa, quod denunciatio non eſt ſufficiens ad promouendam inquiſitionem ſuper veritate criminis: niſi fiat ſuper notorio ſemiplene, ideſt de quo appareant fama, uel iudicia ſufficientia. Non enim ſi Papa, uel alius ſuperior inquiſitionem committit, uidetur tollere ordinem iuris. ut poſſit procedi ad inquirendum de ueritate, ſi inquiſitus non ſit diffamatus. iuxta cap. qualiter & quando. Imo plus dicebat Hoſtien. in cap. qualiter el primo de accuſa. quod ſi ſuperior committat citari teſtes ſuper ueritate criminum, adhuc intelligitur precedente infamia. Et quando committeret expreſſe inquiri, non præcedente infamia, præſumeretur reſcriptum ſubreptitium, uel falſum potius: et eſſet expectanda ſecunda iuſsio. ſecundum Hoſtien. ibidem. Adeoque uera ſunt prædicta, quod ſi denunciatio fieret a' pluribus, non datur iuſta cauſa inquirendi iudici, niſi conſtet de fama, vltra denunciationem. ut eſt caſus in c. licet heli. uerſi. nos ut prædiximus de ſim. ubi patet, quod quamuis monachi denunciaſſent Abbatem ſuum de nonnullis criminibus: ſuperior tamen fundat ſe, & procedit ad inquirendnm ex infamia præcedenti. ¶ Effectum uero iſtius canonicæ denunciationis, quam pars denuncians proſequitur, eſt correctio, cap. ſuper his extra de accuſa. & d. c. licet heli per quam correctionem pœnitentia denunciato iniungitur, & pęna imponitur cap. cum dilectus de purga. cano. cap. ueritatis de dol. & contu. & in iſta imponitur pęna, ſicut in iudicio inquiſitionis. vt dicit Specu. in titu. de inquiſi. §. nunc uidendum uerſi. ſi uero per modum denunciationis. Vbi plus dicit, in uerſi. poteſt etiam quarto, quod ſi ſit tale crimen quod denunciatur, propter quod impeditur exequutio ordinis, uel beneficij retentio, poſt peractam pœnitentiam, deponetur denunciatus iuxta formam d. cap. inquiſitionis licet ſimpliciter fuerit petitum à danunciatore, quod remoueretur ab administratione: quia priuato uenit de neceſsitate; non enim aliter dici poteſt uera correctio, niſi ceſſet in talibus ab exequutione ordinis, uel dimittat beneficium. ſi uero non ſit tale crimen, quo impediatur ordinis exequutio, vel beneficij retentio, & tunc imponitur pœna arbitrio iudicis, moderanda iuxta formam d. cap. inquiſitionis, uerſi. alioquin.

Margin notes (right): [...]tetur, & qualiter procedatur contra eum. — Denũciationis effectus. — Denũciatio an ſit cauſa formãdi inquiſitionẽ. — Denũciationis canonicæ effectus.

Margin numbers (left): 32 (beside "praxis adnotabo"), 33 (beside "fic. præſid."), 34 (beside "dit ad inquirendnm").

Eſt tamen bene verum, quòd Panorm. in d. cap. inquiſitionis, dicit eſſe attendendam formam petitionis denunciantis, qui ſi ſolum peteret remoueri prælatum, ab adminiſtratione, vt conformis ſit ſententia petitioni, ſolum ab adminiſtratione, priuabitur; & dixit Hoſtien. in ſumma, in titu. de denun. §. fina. quòd ſi ſolum petat denuntians, imponi denuntiatio pœnitentiam, non procedetur ad pœnę impoſitionem. Et ſi ſolum petierit pœnam imponi, non imponetur pœnitentia, & ſi petierit vtrunque, ſuper vtroque pronuntiabitur d. c. qualiter & quando el. ij. & cap. licet heli de ſimo. & refert & ſequitur Præpo. in dicto. capitu. de accuſatione.

Archipresbyter nō denuntians crimina impunibilia, an ſit in pęna?

35 ℭ Et quia vt plurimum per diocœſim ſolent deputari archipresbyteri locorum ad denuntiandum crimina et capiendam informationem, et ſi non fecerit incurrunt in pœnam conſtitutionis ſinodalis, vt in metropolitana ſalernitana ſeruatur. an ſi omiſit denuntiare archipresbyter crimina impunibilia puniatur? dicas quod ſic, quia cognitio viris, vtrum tale delictum ſit punibile? non ſpectat ad eum, ſed ad iudicem. vt l. fina. §. diuus & ibi Bar. ff. de pub. iud. & ibi Ioan. de Imo. & Idem Barto. in l. ſi quis in graui. §. ſi maritus. ff. ad ſillania. & in d. l. diuus verſic. ulterius quæro, & in l. i. §. qui denuntiat in pe. q. ff. ad turpil. Sali. in d. l. ea quidem in pri. verſicu. quęro quarto.

Archipresbyter denūtiare quemlibet debet.

36 ℭ Quemlibet etiam delinquentem denuntiare poteſt etiam eum quem non poſſet accuſare. ſecundum Saly. in l. diuus. ff. de cuſto. reo. in uer. quæro an quemlibet licet. Barto. ibidem tenuit contrarium.

De eodem

ℭ Nunquid enim excuſaretur, ſi dicat ſe non denunciaſſe, eo quia dicat ſe ignoraſſe, delinquentem? Barto. ſimpliciter in d. l. diuus. verſi. vlterius circa l. noſtram dicit quod ſic. per l. Si ideo. C. de his quib. ut indi. Bald. in l. duobus. §. fi. ff. de iur. iura. dicit quod ſi feciſſet diligentiam ſuam, vt inueſtigaret delinquentem, nec potuit ſcire, ut quia delictum eſt commiſſum de nocte, uel in multitudine, tunc excuſatur, aliter non. Salyc. in d. l. diuus dicit attendenda eſſe uerba ſtatuti, nam ſi dicant quòd teneatur denuntiare omnia maleficia, & crimina quæ fieri contigerint, tunc non excuſaretur, at ſi dicant quòd teneretur denuntiare omnes delinquentes, tunc excuſaretur ſi ſcit delicta & crimina, non tamen ſcire delinquentes. Simili modo, ſi uerba ſtatuti, utroque modo cantarent in perſonam ſcilicet, & in rem puta quòd denuntiarent omnia delicta, & omnes delinquentes, tunc tenetur denuntiare delicta, licet ignoret patratores,

Denūtiator pręuentus a iudice uel a parte an puniatur?

ℭ Qui dux ſi denuntiator, præueniatur ab iniuriato, uel à iudice inquirente, an puniatur? dicendum eſt, quòd aut ei poterit negligentia imputari, 37
aut non: primo caſu tenetur; ſecundo vero minime. ut l. i. §. eleganter. ff. de liber. agno. & uoluit Bar. in d. l. diuus verſicu. quæro ſi talis denuntiator. & ibi. Saly. uerſi. nec præuenientia accuſatoris.

Denūciator an teneatur ſe ſſcribere?

38 ℭ Nunquid ergo denuntiator, teneatur ſe ſubſcribere, ad pœnam talionis, uel aliam pœnam; ſecundum formam ſinodalium conſtitutionum, quæ communiter prouident in hoc; ut eſt Salerni. & Neapo? Præpo. in c. de accuſatione. ij q. viij. ſimpliciter dicit quòd non; dicens de hoc eſſe caſum in l. ea quidem. C. de accu. nec huic concluſioni dicit obſtare tex. in l. fina. C. eo. titulo, quia ibi loquitur in accuſatore. & ita dicit ſecundum Bartol. in l. diuus. ff. de cuſto. reo, verſicu, quæro utrum ille qui denuntiat. & ibi. Saly.

Saly.uerſi.ergo quæro an denutauntians. Tu autẽ intellige quando fit de nunciatio per officiales deputatos a curia, at ſecus ſi fit a parte offenſa, ſecundum terminos de quibus ſupra.& hoc probat tex.in d.l.ea quidem *Opinio D. Auctoris.*

39 ſi recte penſetur. ¶Procedendo ad alia quæro, an adhibeatur fides denunciatori? Bar.in l. diuus uerſi.tertio quæro, quis ſit effectus denunciatiationis.ff.de cuſto.reo.dicit quod quędam ſunt delicta,& maleficia grauia,& in iſtis dicit non eſſe credendum denunciatori: quædam non ſunt maleficia grauia.& iſto caſu, dicit eſſe aduertendum quod quandoque ponuntur denunciatores. vt referant uerè quod re ipſa inuenerunt, vel inuenient: & illud tantum quod uident, exemplum, dicit ipſe: mittitur aliquis ad perſcrutandum ludentes per ciuitatem, uel portantes arma, & ſimilia leuia,& in iſtis creditur (ſecuudum eum) tali denunciatori. & ita dicit procedere text. in l. 1. §. quies. ff. de offi. præf. urb. Sin autem non deputantur denunciatores ad referendam quæ ipſi uident, ſed illud quod reperiunt ex auditu,& fama aliorum: & tunc iſtis denunciatoribus non creditur. Sed bene eorum dictum ſufficicit ad inquirendum,nõ autem ad puniendum. Et ita dicit debere intelligi tex. in d.l.diuus. Iaco. But.in l. 1.C.de re.iudi. dicit prout refert Salyc. in d. l. ea quidem nu. 19. quod ſi ſtatutum, quod credatur denuncianti, debet intelligi,donec contrarium probetur per denunciatum; ipſeq; Salyc. tranſit cum opinione Bart. uolui referre dictum Iaco.. Butr.ut ſcias quo modo referuntur doctrinæ do- *Denũciatori an credatur?*

40 ctorum. ¶ Nam Præpo. in d.c. de accuſatione refert Iaco. Butri. dicere (ex relatione. Salyce.) quod creditur denuncianti, & dicto eius ſtatur, etiam ſtatuto hoc expreſſè non dictante; tamen intelligitur donec contrarium probetur. & tamen(ut uides) Saly.refert contrarium dicere;(ut ſupra retuli.) Bonum & neceſſarium eſt, ut ſemper doctrinæ uideantur in fonte. Ipſe idem Præpo.inuoluit quæſtionem,diſputans,quod aut lex uel ſtatutum dicat ſtari debere ſimplici dicto alicuius aut ſtari debere ſacramento alicuius: Primo caſu (ex mente Ange.& Imol. in l.qui bona. §.qui damni.ff.de dam.infe.)dicit quod in dubio debet ſtari,niſi aliud probetur.& ſi forte ſit talis officialis qui iuraſſet fideliter exercere ſuum officium. Secundo caſu,aut lex,uel ſtatutum vult ſtari ſacramento alicuius, præcedente contumacia alterius,uel dolo, de quo conſtat, & tunc videtur quod ſtari debeat iuramento: nec contra probari poſsit.per ea quæ habẽtur in Authen. ſed nouo iure C. de fur. aut non conſtat aliter de delicto, & tunc aut iudex dicit in ſubſidium ſtari debere ſacramento,et poteſt probari contrarium.ut cap.ſtatutum.§. 1.de reſcrip.lib. vi.ratio eſt,quia iuramentum etiam,ſuccedit in locum alterius probationis:et non eſt dubium, *Prępo. falſo refert Saly. Et ideo doctorum doctrinę i fonte videndę.*

41 quod ſi alia probatio fieret. poſſet probari contrarium. ¶ Quia probatio non excludit probationem. cap. fraternitatis cum uulgaribus. extra de teſti. Aut lex ſtatutum ſimpliciter dicit debere ſtari ſacramento, & tunc ſi ſumus in ſpiritualibus,poterit iudex ex officio,non obſtante ſacramento inquirere ueritatem. Aut ſumus in non ſpiritualibus, & tunc ſi expreſſe non diſponitur in caſu in quo quæritur,ſed ſit extenſio per quandã ſimilitudinem, tunc uidetur probari contrarium. Aut expreſſe diſponitur in caſu,in quo quæritur,& tunc eſt dubium. Nam uidetur quod amplius *Probatio an excludat probationem?*

non

non debeat agitari, ne detegatur periurium. Beneuole lector, vides quã varia ſit quæſtio propoſita per Præpoſi. de eius deciſione, quæſtio enim eſt,an credatur denunciatori?& deciſio eſt; an ſtante ſtatuto quod credat denuncianti ſit ei credendum,& poſsit probari contrarium. Longè enim diuerſa ſunt. Nam (vt videre licet) Bar. ſupra allegatus ponens quæſtionem loquitur nullo ſtante ſtatuto, & in eo caſu facit illam pulchram deciſionem de qua ſupra,quæ tamen vera eſt. Bene tamen verum eſt,quod in quantum facit diſtintionem, quod aut mittuntur denunciatores ad referendum quę ipſi vident, aut quæ ipſi audient; iudicio meo, illa diuerſitas quam ipſe conſiderat, vt primo caſu probent, ſecundo vero nequaquam, non cauſatur à modo, & qualiter deputationis & miſsionis ipſorum deputatorum ſeu denunciatorum. ¶ Sed bene à differentia & diuerſitate,quæ eſt inter teſtimonium auditus, & viſus. Concluditque Bar. (vt ſupra retuli) quod aut ſumus in leuibus, aut in magnis, & ſua concluſio atque deciſio procedit nullo ſtãte ſtatuto. Nam ſtante ſtatuto, quod credatur denuncianti,eſſet alia quæſtio,& forte non habens tantam difficultatem. Et ad meam opinionem confirmandam,in iſtis decanis ſeu Archipresbiteris, qui in eorum commiſsionibus iurant denunciare delicta, & crimina,ex quo eorum perſonæ ſunt approbatæ, & iuratæ, & tenẽtur denunciare maleficia,ſecundum veritatem (prout ipſi ſciunt) aut ſcire poſſunt, eſt præſumptio, prout ipſi referunt & denunciant.arg.cap.qualiter & quando el ĳ.§.ad corrigendos extra de accuſa. & capit.ſuper his extra eo.tit. in prin.& ſic reſultat ex eorum dicto inditium. ¶ In tantum quod dicit Blan.in practi.crim.fol. 136.in paruo volu.ex mente Cæpoll.in cõſ. 31.nume.3. quod ſi denunciator dicit aliquid in fauorem denunciati, facit indicium innocentiæ pro eo. ¶ Quid enim ſi lex noua, vel ſtatutum facit mentionem de accuſatione, an comprehendat denunciationem,vel inquiſitionem? Io.And.in cap.frequens.§.nullum de reſti. ſpolia.libr.vi. videtur ſentire quod non, & Idem Ioã.And. & Archi.in c.indemnitatibus.§. 1.de electio.lib.vi.Sal.vero in l.ea quidem in 8.conlũ.C.de accuſa. tenet contrarium in denunciatore ſpontaneo. Præpoſi.in cap. de accuſatione in pe.col.ĳ.q. 8.dicit eſſe diſtinguendum,quod aut apparet de mẽte legis,quod voluit ſentire tantummodo de accuſatione, & cætera excludere,vel econtra, primo caſu,quando lex voluerit ſentire, de vno remedio tantum,videlicet de accuſatione,& non de cæteris,vt puta, quia ſępe lex repetit vnum de dictis remedĳs, videlicet accuſationem, nam eo caſu,dicit ipſe, cum miniſterio, ſæpius lex vtitur vno remedio, repetendo, quia videtur voluiſſe de eo tantum ſentire, & ita dicit procedere dictũ Gemi. & Io. And.& quod lex ſepius repetendo unum uerbum,videatur ad alia non nominata eius diſpoſitionem non extendere, dicit eſſe gloſſ.in cle. 1.in verbo diocesanis de iur.patro. vel etiam poteſt apparere mens legis ex ſubiecta materia in qua loquitur puta, ſi loquitur in materia.ca.libellorum ea.cau.& q.et l.libellorum de accuſa.dum loquendo in materia inſcriptionis volunt quod accuſatio non procedat ſine inſcriptione ad pœnam talionis, certe hoc caſu dicta iura non comprehendet denunciationem euangelicam. iudicialem. ve. canonicam, in qua promotor inqui-

ſitionis

Opi.do.Auctoris.

Teſtes de viſu & de auditu diſferunt.

Denunciator quando denũtiati innocẽtiæ inditiũ faciat.

Statutum faciens mentionem de accuſatiõe, an cõprehẽdat denunciationem.

42 43 44

ſitionis non facit partem in iudicio, quia in iſtis non requiritur inſcriptio, nec etiam comprehendent dicta iura inquiſitionem. Vel etiam apparet de mente legis, ex eo, quod odio perſonæ prohibetur quis accuſare vel pro reuerentia accuſanti prohibetur accuſari. Iſtis enim caſibus non cenſetur prohibitus iudex inquirere, vel alias inferior denunciare. Et ita procedunt quæ not. Bal. in l. 1. C. ſi tut. non geſſe.

45 ℭ Si vero, non apparet de mente legis expreſſe: tunc procedat opinio, quod lex noua, vel ſtatutū loquens de accuſatione trahatur ad inquiſitionem, denunciationem. & econtra, vbi eſt eadem ratio. Nam diſpoſitio legis facta de homine, vel actu reſpectu certæ qualitatis, trahitur ad aliū hominem vel actum diuerſo nomine. ſed reipſa ſimilem. l. ex facto, & ibi per Bald. per illum tex. ff. de nego. geſt. vbi ergo eadem ratio dictat, quod illud ſtatutum eſt de accuſatione, procedat in inquiſitione, vel denūciatione, lex noua, vel ſtatutum loquens de accuſatione, trahitur ad denuncia-
46 tionem: & facit text. in l. cum hij. §. ſi vni de tranſ. ℭ Sed ubi ceſſat ratio legis, vel ſtatuti loquentis de vno ex dictis remedijs, tunc lex, vel ſtatutū non extenderetur ad aliud cap. cum ceſſante de appella. vbi eſſet diuerſa ratio ſtatuendi in vno quam in alio. ca. ſicut urgeri. & ibi gloſ. i. q. i. & ita
47 pertranſit. ℭ Illud tamē nō omittas ſcire, ꝙ multū debet eſſe diligens circunſpectus iudex in admittendis ſimilibus accuſationibus, & denunciationibus, vt conſideret quo zelo, & animo fiat accuſatio, vel denunciatio: quis denunciat, quiſuè denuntiatur.

Vbi ē eadē ratio: idem ius ſtatuti debet.

Ceſſante cāa ceſſat effectus.

Iudex an ſimpliciter admittet denūtiatiōes.

48 ℭ Dicit enim Alexan. de Aleſ. par. iij. q. xlij. membro v. quod plures conditiones (ut legitima reputetur denuntiatio, ſiue accuſatio) debent concurrere, prima eſt diſcretio iudicij, eo quòd terribiliter dicitur Matth. vij. in qua menſura menſi fueritis, remētietur uobis. Inde eſt, quod ab accuſatione repelluntur omnes illi qui non fuerint diſcretionis capaces. Item ſecundo requiritur zelus charitatis ad correctionem fraternam, quod reſpicit illa prohibitio Leuit. xix. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, ſed publicè argue eum. qua ratione repellantur ab accuſando inimici, ſeu odioſi, vel ſuſpecti de inimicitijs. Vnde dicit Anacletus, quòd accuſatores eſſe non poſſunt qui ante heſternum diem inimici fuerunt. Item requiritur in accuſatore, vel denunciatore, verbum veritatis. vnde dicitur Leui. xix. Non facies calumniam. Calumnia eſt falſa criminis impoſitio. Inde eſt, quod propter ſuſpitionem falſitatis, excluduntur ab accuſatione infideles & detractores. Infideles propter peruerſionem ueritatis circa diuina. Vnde canon Pij Papæ. iij. q. iiij. reprobari (inquit) eorum oportet redargutionem, qui in recta fide ſuſpecti ſunt. Detractores excluduntur propter peruerſionem veritatis circa humana. Vnde Beatus Seuerinus. iij. q. iiij. Detractores (inquit) qui diuina auctoritate & abdicandi ſunt, ſubmouemus ab accuſatione & teſtimonio. Solent enim multi falſas exponere quærelas & denuntiationes. Et ad propoſitū ſatis cōmendandum eſt, illud dictum Ariſt. Problema. xxix. q. xvi. in his verbis loquentis. Item grauiorem hic facit iniuriam, qui ex conſulto, quam qui non ex cōſulto iniuriatur. Atqui planus atque calumniians ſemper ex conſulto laceſsit; qui autem iniuſte aliquid fecit, aut per neceſsitatem, aut per imprudeń-

Conditiōes legitimæ denunciatiōis quæ ſint.

prudentiam,aut prout aliter ſors tulerit,delinquit. Cumque pares ſententiæ ſint,accuſator iam ex conſulto iniuriam facere dimidio iudicatur ſententiarum; reum autem facere quidem iniuriam reliquo ſententiarum dimidio aſſeritur,ſed facere tamen ex conſulto non conſtat ergo cum grauiorem accuſator, quam reus facere iniuriam iudicetur, merito legum author cum uincere cenſuit, qui iniuriam fecit leuiorem. Et alibi vi. Politico.v.Inſuper(inquit)publicas accuſatiões,quàm rariſsimas facere pœna conſtituta aduerſus eos qui falsò accuſarint.Hinc non immerito (referente Blondo ſuarum hiſtoriarum lib.iiij.Romæ triumphantis) Titus ingenti odio proſequebatur accuſatores falſarios, multosque fecit publicè flagellari, & nimis ſeuerè perſequi, aliosùe cum ingenti uerecundia fecit conducere per Amphiteatrum,alios etiã ad inſulam relegauit, & alios uti ſeruos uenundari iuſsit,exiſtimans omnia mala hinc procedere.

Fiſcus Epiſcopalis curię ſuccedit clerico decedenti ab inteſtato.

¶ Illud tamen aduertant promotores iurium Epiſcopalis curiæ; quod ſi 49
decidit clericus ab inteſtato ſuccedunt ipſi pro curia Epiſcopali & non fiſcus principis.ut in deciſio.Rot.iiij.de teſta.& ſequitur Nicol. de Vbal. in tract.de ſucce.ab inteſt.in fi.primi tractatus ſucceſsionis clericorum ſecularium.Et ſequitur Fel.in c.cæterum de offi.ordi.nume.x.

Præfatio.

CHARITATE frigeſcẽte neglecta fraterna correctiõe creſcente malitia,deprauatis moribus,& oibus ĩ cõtrariũ redactis, Eccleſia Dei ne ex morbida pecude totũ corrũperetur ouile,Spiritu ſancto mota,nouĩt remediũ ad inuenit, ut mala quãto fieri poſſet,è medio tollerẽtur.Id enim eſt inquiſitio.Illa enim mala perſpicuè diſcernuntur, bona præmiantur, & illa puniuntur: ſi tñ incorrigibilia ſint.Et ꝑꝑea,ille(mea ſnĩa)magiſtratus reipublicæ neceſſarius,qui moribus ꝑſit.In ueteribus quidẽ & Græcorũ & aliarũ nationum Rebuspubli.nonnulli magiſtratus puerorũ,alij mulierũ,quidã populi moribus præfecti erant;atque ex re ipſa noĩa habebãt, ut alij ꝑdonomi, alij gynæconomi,quidam phylaces cenſoreſvè dicerentur:qui nõ ſolũ ſcripta legum,ſed mores etiam hominũ obſeruabãt, & ad honeſtatẽ reuocabãt. Hos magiſtratus,hoies àChriſto alieni ſuis Rebuspublicis neceſſarios putabãt: quorũ metu nõ licebat adoleſcẽti ocioſo eſſe, nec in ganeis deſidere nec quibus uis luſionibus operã dare.Non licebat mulieri nec ornatu nec gerẽdis rebus,ſepta(ut aiunt)tranſilire; cogebatur Senator æquus,& cuncta plebs in officio eſſe. Hac igitur de cauſa in eccleſia Archidiaconi facti ſunt qui cæterorum præsbiterorum moribus præfecti ſunt. Et in quolibet municipio Archipræsbiteri, qui & ipſi cunctorum,mores obſeruarent: & ad eum qui cunctis præeſt referrent. Tales enim ſaltem bini cenſores in omnibus municipiis eſſent conſtituendi per ſeculares, qui de moribus omnium ſtatis temporibus inquirerent:& vel ipſi tandem punirent, vel ad regem aut iudices ordinarios deferrent. Sed rogo iudices: prælatos omnes,cæterosque qui curam habent huic officio incumbere,

vt quod

vt quod bono zelo,ſacri canones inuenerunt,in auaritiam, vlciſcendi cupiditatem, & perniciem ſuarum animarum non trahant. Id enim paſtoris non eſſet, ſed lupi rapacis. Inquit enim Auguſtinus lib. 4. de ciuita. Dei.ca.4. Remota itaque iuſtitia, quid ſunt regna niſi magna latrocinia? quia & ipſa latrocinia,quid ſunt niſi parua regna? Manus etenim ipſa hominum ex imperio principis regitur,pacto ſanctitatis aſtringitur, placiti lege diuiditur. Hoc malum ſi intantum perditorum hominum acceſsibus creſcit, vt & loca teneat, ſedes conſtituat, ciuitates occupet populos ſubiuget, euidentius regni nomen aſſumit,quod eis iam in manifeſto cōfert non adempta ſed addita impunitus, eleganterenim & veraciter Alexandro illi magno quidam comprehenſus pirata reſpondit. Nam cum idem Rex hominem interrogaſſet,quid ei videretur,vt mare haberet infeſtum? Ille libera contumacia, quid tibi, inquit, vt orbem terrarum? Sed quia ego id exiguo nauigio facio, latro vocor, quia tu magna claſſe Imperator.

Aut inquiſitione formata. Cap. 6.

SVMMARIVM.

1 Inquiſitio an ſit licita?
2 Infamia habetur loco accuſatoris.
3 Inquiri an poſsit quis de crimine de quo non eſt infamia, ſi eſt infamatus de vno.
4 Inquiſitionis ordo differt ab ordine accuſationis.
5 Ordo procedendi in praxi.
6 Inquiri an poſsit de omni crimine?
7 Inquiſitio duplex,præparatoria, & ſolemnis.
8 Inquiſitio viſitationis eccleſiæ, quando fieri poſsit?
9 Prælatus zelo iuſtitiæ,non ſubditorum infamia delectari debet.
10 Inquiſitio generalis quomodo differat à ſpeciali.
11 Inquiſitio ſpecialis quādo fiat?
12 Inquiri de quibus criminibus poſsit?
13 Denunciare eſt de cuſtodia.
14 In crimine notorio quando & quomodo iuris ſolemnitate omiſſa procedatur?
15 Iudex per incidentem cognitionem an poſsit inquirere?
16 Iudex, vbi generaliter inquiſiuit, an ſpecialiter iquirere poſſit?
17 Lex non inducit remedia ſuperflua.
18 Inquiſitio loco accuſationis ſuccedit.
19 Propter vnumquodque tale, & illud magis.
20 Iudex an i priuatis delictis ubi non quilibet de populo accuſabit, inquirere poſsit?
21 Priuatus quando iuri ſuo renūtiare non poſsit?
22 Iudex negligens inquirere, an puniendus?
23 Iudex accuſatori an æquiparetur?
24 De iure canonico omne crimen eſt publicum.
25 Crimē publicum quot modis dicitur.
26 In omni crimine ad publicam vtilitatem

utilitatem poſſe inquiri de iure canonico.

17 Inquiſitionem quid præcedere debeat.

18 Iudex Reipublicæ ius indiſcuſſum non relinquet propter ſcãdalum.

19 De diffamatione à quibus inquirendum.

30 Citari an debeat pars quando capitur informatio infamię?

31 Infamia non requiritur vbi proceditur ad denuntiã officialis.

32 Infamia non pręcedente, an poſſit inquirere ordinarius?

33 Iudici quod ſit de fama informatus quando creditur.

34 Iudici ordinario ſufficit ſola infamiæ aſſertio abſque probatione.

35 Perſonam nec qualitatem eius cognoſcens, facile decipi poteſt.

36 Epiſcopus audiens aliquid de clerico, non ſtatim credet; ſed informabitur.

37 Inquiſitio an debeat habere ſollemnitates.l.liberorum?

38 Infamia ſæpe ex incerto auctore,& facto procedit.

39 Beneficij priuatio non eſt modica pœna in clerico.

40 Accuſatio,denunciatio,et inquiſitio an parificentur?

41 Libellus certus eſſe debet: cauſamque continere.

42 Litis conteſtatio an ſit neceſſaria?

43 Litis conteſtatio qualiter fiat?

44 Practica ſeruanda in inquiſitione contra reum.

45 Proceſſus eſt ſummarius in cauſa inquiſitionis.

46 Copia capitulorum reo an ſit de neceſsitate danda: Et non data uitiet proceſſum?

47 Iuris ordo duplex, neceſsitatis ſiue ſubſtantię, & cõgruitatis.

48 Defenſio eſt de iure naturali: et nemini deneganda.

49 Reus per ſeipſum, neque per alium ſe defendens, debet à iudice defendi.

50 Inquiſitio an procedat, ſi non præcedit terminus accuſare uolentibus?

51 Accuſatio & inquiſitio à pari ꝓcedunt. Et utraque eſt ordinarium iuditium.

52 Inquiri capi, & carcerari an poſsit laicus pro delicto eccleſiaſtico?

53 Argumentum à contrario ſenſu quando non procedat?

54 In crimine ſortilegij mixto locum habet inter iudices præuentio.

55 Epiſcopus, non habet territorium.

56 Concluſio in cauſa os iudici, et parti claudit.

57 Citatio ad ſententiam an requiratur?

58 Inquirens ex delegatione quomodo procedit?

59 Teſtes an ſemper recipi debeant parte citata?

60 Exceptionibus contra inquiſitionem oppoſitis, non poſſe.ſ. procedi: probationes an ſuper eiuſdem admittantur?

61 De inquiſitione commiſſa qualiter cognoſcatur?

62 Procurator poteſt interuenire: quando cauſa non eſt criminalis.

INQVISITIONIS materia coniunctis patet, tũ in foro eccleſiæ tum, laicorũ. Idcirco pauca quędã ad in-
1 troductionẽ praticę tantũ dicere libet. ¶ Illud primo inueſtigandũ puto, nunquid procedere p inquiſitionẽ ſit licitũ, ſcḋm ſacrã ſcripturã? Et videntur ſacri Theologi arguere, qđ nullo exiſtente accuſatore, non poſsit iudex procedere per inquiſitionem, imò procedere ex mæro officio, contrariatur cõmutatiuę iuſitię, nam iudex eſt interpres iuſtitię, vnde ſicut Philoſophus dicit in v. Ethico. (ad iudicẽ confugiunt, ſicut ad quandã iuſtitiã animatã) iuſtitia aũt non eſt ad ſe ipſum, ſed ad alterum: & ideo oportet quod iudex inter aliquos duos diiudicet, quod quidem fit, cum unus eſt actor. & alius reus. & ideo in criminibus non poteſt aliquem condennare iudex, niſi habeat accuſatorem. ſecundum illud act. 25. (Non eſt conſuetudo Romanis damnare aliquem hominem, priuſquã is qui accuſatur pręſentes habeat accuſatores, locũq; defendendi accipiat ab abluenda crimina, quæ ei obĳciuntur.) & hæc ſecundum Beat. Tho. ſecunda ſecundę q. lxvĳ. art. 3. ſed bene uerum eſt, quod licet non abſit ac-
2 cuſator. ¶ Tamen vbi adeſt infamia habetur loco accuſatoris. unde ſup illud Geneſ. 4. (vox ſanguinis fratris tui, & cætera) dicit gloſſ. euidentia per patri ſceleris accuſatore non eget) & ſic non eſt mirum, quod poteſt procedi per inquiſitionem, & ita defendit idem Beat Thom. inquiſi-
3 tionem ubi ſupra. ¶ Vlterius mouetur ſacri Theologi aliam quęſtionem ſuccedaneam proximè: an poſito quòd quis ſit infamatus de crimine uno, an iudex poſsit de alĳs de quibus infamia non exiſtit inquirere? Pet. de Pal. 4. di. 19. art. vltimo dicit, quòd eo ipſo quòd homo habet vnicum crimen propter quod iudex iuſte procedit contra eum in illo crimine, ex hoc ipſo de alĳs põt inquirere; quia nõ per occultationẽ peccati, ſed peccatoris de occultis hõ nõ põt iudicare: refert & ſequitur. Tabiena in uerbo ac-
4 cuſatio circa finẽ. ¶ Illud ſucceſsiue ſciendũ eſt, ꝙ procedere per inquiſitionẽ, & procedere, ad quærelã, in multis differunt, & primo differunt in mõ procedendi, nã ſi proceditur per quærelam, debẽt ſeruari (de ſtilo Romanæ curiæ, & noſtræ metropolitanæ ſalernitanæ, de ſtilo nouiter per me recollecto in ritibus eiuſdem curiæ) omnes termini qui ſolent ſeruari, in cauſis prophanis, vt per diſcurſum infra, ſuis in locis videbitur. ſed ſi proceditur per inquiſitionem, proceditur ſummariè nulla terminorum obſer-
5 uatione requiſita. ¶ Primo enim eo caſu inquirendum eſt de infamia in iudice delegato de neceſsitate, ſed non in iudice ordinario, vt infra videbimus, & demum proceditur ad inquirendum de veritate criminum, & capitur inquiſitus ad reſpondendum inquiſitioni contra eum formatæ, & expurgandũ ſe ab ea, & danda eſt copia capitulorũ, & quæ debent elici ex omnibus repertis, dabitur etiam copia iudiciorum, & nominum teſtium debetq; parti dari terminus, ſeu aliter citari, ad dicendum contra capitula, & in iſto termino poteſt inquiſitus opponere multa contra capitula, valet de obſcuritate, de tranſactione, ꝙ aliàs ſententiatum, eſt, et multa plura, quæ curioſus lector per ſe reperiet ſm facti naturã atq; qualitatem.
6 ¶ Retẽtis terminis eorũ q̃ dicta unt, ꝙ inquiſitio nõ ſit reprobata, ẽt ſm Theologos,

Inquiſitio an ſit licita?

Infamia habetur, loco accuſatoris.

Inquiri an poſsit quis de crimine, de quo non eſt iſamia, ſi eſt infamatus de vno,

Inquiſitionis ordo differt ab ordine accuſationis.

Ordo procedendi in praxi.

Inquiri an poſsit de omni crimine.

Theologos,illud cōſequens eſt videre, nunquid in omni crimine de iure
canonico poſsit,& debeat, & ſaltim licitum reputetur inquiri? pro cuius 7
qōnis ſolutione,eſt diſtinguēdum,ꝙ ad propoſitum noſtrum. ℭ Duplex
reperitur inquiſitio,altera.n.eſt pręparatoria,altera vero ſolemnis, inqui
ſitio vero præparatoria,quæ ordinaria recte appellatur, ſolet fieri per ꝑ
latum, qñ viſitat loca ſuæ iuriſdictionis,& de hac loquitur tex.in ca.Ro-
mana.§.ſanè & §.ſequen.extra de cenſi.& x.q. 1.c.placuit, vbi de vtroq;
membro huius inquiſitionis diſſeritur. In hac enim ſpecie inquiſitionis 8
multa permittuntur,quæ non ꝑmittuntur in altera. ℭ Primo enim poteſt
prælatus nulla infamia præcedente, cum viſitat eccleſiam inquirere de
vita, conuerſatione, ac moribus miniſtrantium,& etiam laicorum.
ℭ Secundo poteſt nedum de maioribus criminibus inquirere, ſed etiam,
de quibuſcunque delictis etiam minimis; quod principaliter illa inquiſi-
tio fit,ad emendationem vitæ. ℭ Eſt tamen bene verum,quod taliter de- 9
bet inquirere, ut ipſe prędatus, non videatur moueri alio zelo, quam
iuſticiæ; nam, non debet ſe delectari in infamia ſubditorum.c.licet extra
de accu. & c.in ſcripturis xcvi.diſtin.& ideo non debet publicè diuulga
re, & dicere coram populo,ſi eſt aliquis qui aliquid ſciuerit de rectore,
vel de aliȷs clericis illud proponat, ſed ſecretè cum aliquibus de parro-
chia fide dignis debet inquirere. Nec ſimiliter debet indifferenter recipe
re cartulas, quas frequenter ruſtici contra ſuos rectores, ſecreto offe-
runt.ut in.c. ſacerdotibus xi.q. 1. & ſi forte fuerit aliquis, qui contra re-
ctorem, ſeu clericos aliqua propoſuerit, quę forte credat eſſe vera, debet
quærere ab illo qui hæc propoſuerit, an ille rector ſit de illis infamatus?
& ſi dixerit quod ſic,quærat qualiter ſciat?& ſi forte dixerit, quod audi-
uit inueſtiget à quibus, & à quo,nam propter dicta paucorum,nō debet
dici infamatus.c.inquiſitionis extra de accuſa. Inueſtiget etiam ſi illi à
quibus audiuit,ſunt maleuoli, ioculatores,uel aliter viles, quia tali caſu
non procedetur contra tales ſic infamatos. Concurrentibus tamen iſtis
ſecurè poteſt deſcendere ad aliam ſpeciem inquiſitionis ſolemnis. vt be
ne not.Spe.in tit.de inquiſitio.§.ȷ.in fi. ℭ Tertio eſt differētia inter iſtam, 10
præparatoriam, & iſtam ſolemnem: nam in prima fit generalis inquiſi-
tio, & præſtatur iuramentum teſtibus, qui debent iurare de dicendo veri
tatem ſuper his quæ ſciunt, vel credunt eſſe in ſua eccleſia reformanda
tam in capite, quam in membris,exceptis criminibus occultis. Iuxta ter
minos.c.qualiter & quando el primo extra de accu. ſed inquiſitio ſolem
nis eſt ſpecialis, non generalis: & in ea non præſtatur iuramentum ſic
generale, ſed formantur certa capitula, ſuper quibus inquiritur quis:
& ſuper illis tantum interrogantur teſtes, quid ſciant. ſecundum Abb.in
d.c.qualiter & quando. & habetur per Spe.vbi ſupra. & dicam infra in
verbo datis articulis. Alia de iſta inquiſitione dicam infra. ℭ Altera (ut 11
dixi) eſt inquiſitio ſpecialis, & ſolemnis, quæ non fit tempore viſite. &
in iſta;(vt ad rem vnde digreſsi ſumus,reuertamur) videbatur non poſſe
procedi,niſi in grauioribus delictis,& non in omnibus.vt puta, de homi
cidio;de ſimonia, adulterio,fornicatione,periurio, inceſtu, & ſimilibus.
vt in c.inquiſitionis extra de accuſ.et c.cum. 1.&.A.extra de re iudi.& c.

ſi vero

Inquiſitio duplex præparatoria & ſollemnis.

Inquiſitio viſitationis eccleſiæ quādo fieri poſſit.

Prælatus zelo iuſtitiæ,ñ ſubditorum ĩfamia delectari debet.

Inquiſitio generalis q̃modo differat, à ſpāli?

Inquiſitio ſpecialis qñ fiat?

ſi vero extra de iu.iur. & c.veritatis extra de dol. & contu. Item Aduerſus ſacrilegos,latrones,plagiarios, fures, & receptatores eorum.ca.1.extra de offi.ordi. ¶ Item inquiri poteſt de cauſis ſinodalibus.xxv.q.vi.c. Epiſcopus. ¶ Item de cõſanguinitate inter virũ & vxorem.d.xxv.q.vi. c.Epiſcopus in ſinodo. ¶ Item Inquiri poteſt de omni crimine vſurarum, & contra eos qui irruunt in eccleſiam,perſonas eccleſiaſticas. c.in primis ij.q.1. ¶ Item inquiritur cõtra eos qui tanquam ſocij criminum ab eorũ ſocijs ſunt cõfeſſati,& in omnibus caſibus in quibus ſine accuſatore condemnatur.qui no.in ca. vnico extra, vt eccleſ.bene. & habetur per Spe. in tit.de inquiſi.§. 1.et in §.quando ad inquiſitionem procedendum ſit.In quibus locis videtur claram regulam dare,quód non in omni crimine eſt inquirendum, ſed in illis tantum caſibus expreſsis. ¶ Et quod hac pars ſit vera & iuri conſona facit regula,de qua in c.manifeſta.ij.q. 1.& in ca. quiſquis poteſtatem.xxij.q.iij. & in c.vnico, extra, vt eccle.bene, quod nemo ſine accuſatore punitur.Excipiuntur ab hac regula caſus in quibus poteſt procedi per inquiſitionem,vt in d c.inquiſitionis, & cap.qualiter, & quando ergo non in omni caſu quia ſi in omni caſu deſtrueretur regula illa. Caſus autem qui excipiuntur ſunt certi, de quibus D. Præpoſſ.in capitu.de accuſa.ij.q.viij.col. 14. Ergo præter illos non eſt inquirendum. Tu autem aduerte ne decipiaris,quia vltra illos caſus, qui particulariter excipiunrur à regula ſecundum D.Præpo.in d.c. de accuſatione.ij.quæſt. viij.14.col. alij ſunt caſus in quibus poteſt ex officio procedi.& propterea dicit ipſe Nicol. de Mattarel.in quadam ſua diſputatione, receſsit ab opinione Glo.in l.ij.§.ſi publico ff.de adulter.& dixit quod in alijs caſib. poſset procedi per inquiſitionem, quos caſus per modum regularum reaſſumpſit Bar.in d.§.ſi publico,& in extraua. ad reprimendam in verbo per inquiſitionem. prima enim regula. quam reaſumit Bart.eſt quod inquirere poteſt iudex ad denuntiam officialis, & promotoris publici.l.ea quidem.C. de accuſat.intelligendo de officiali publico ad hoc deputato. l.diuus.ff. d̃ cuſto.reo.& ideo infert Præpoſſ. vbi ſupra quod ſi in aliqua contrata deputantur cuſtodes, ne maleficia committantur,licet ſtatutum vltra non procedat, tales maleficia poſſunt denunciare.l.ab accuſatore. §.nunciatores.ff. ad Turpillia. ¶ Quia ex quo poſiti ſunt ad cuſtodiam, & denunciare eſt de cuſtodia,& quia ſunt officiales publici,ergo denunciabunt.d.l.diuus.ff.de cuſto.reor. Et dicit Bart.in d.l.diuus (ſecundum eundem præpoſ. quod tales depunciatores denutati poſſunt denunciare omnia crimina atrocia, & non atrocia. Et huius primæ regulæ rationem (ſecundum eundem præpoſ.) ſentit eſſe Bart.ibidẽ quia ratione inſtigationis ſibi factæ per officia'em publicum ad hoc deputatum, qui crimen ſibi denunciat, videtur excuſatus iudex ſi ratione officij publici quod gerit deſcendit ad inquirendum. Et voluit etiam idem Barto.l.athletæ.ff.de fal.& in l. 1.ff.de calu.ſicut in ſimili in l.tutorem.ff. de his qui. vt indi.in l.mater.C.de calumnia. vlterius dicit idem.Præpo.quod alia eſt ratio,ſecundum Ang.quia per denunciationem officialis, crimen efficitur ipſi iudici cui denunciatur, quodammodo notorium.d.l.ea quidem. ¶ Et in crimine notorio procedi poteſt,etiam quando proceditur per accuſationem

Inquiri de quibus criminibus poſſit?

De eodem.

De eodem.

De eodem.

Opin.Do. Auctoris.

Denunciare eſt de cuſtodia.

In crimine notorio quã

do et qño in tis ſolemnitate omiſſa ꝓcedatur.

iuris ſolemnitate omiſſa.l.1.C.qui,& aduer.quos Innoc.in cap.veſtra, de coha.cleri.& mulier.c.euidentia de accuſa.11.q.1.ca.de manifeſta. Cum igitur in accuſatore relaxetur ſolemnitatis iuris non mirũ, ſi etiam in hoc relaxetur, vt iudex nõ expectato aliquo accuſatore, procedere poſsit per inquiſitionem.c.ad noſtram.el.3.de iure.iura.l.3.§.præterea.ff.de ſuſpect.tuto.dum tex.ibi dicit, apertiſsimis. Sicque cum per eccleſiaſticas curias per totam diœceſim deputentur denuuciatores, & cuſtodes: vt ſunt Archipresbiteri, non mirum ſi in omni crimine quod denunciatur poſsit inquiri.

De eodem. Iudex an p incidẽtẽ cognitionem poſsit inquirere?

15 ¶ Secunda regula quam tradit Bart. eſt. Iudicem poſſe propter incidentem cognitionem inquirere; vt.C.de teſti.l.nullum.& ca. ſi aduer. liber.l.pe.& hoc propter offenſam maieſtatem ipſius iudicis, facit.l.iubemus.C.de proba.& quæ no.Inno.& alij in c.verum de for.competen.vel etiam ex eo quia ex tali cognitione incidenti, conſtat iam iudici de delicto. Ideo non poteſt illud ſub diſsimulatione tranſire: & ſic inuitatur, & quaſi arctatur ad inquirendum de ipſo delicto, & etiam ad puniendum. Ceſſatq; prẹſumptio, quód iudex malignè, vel temere agat. Imo dicit Bal. ſatis pulchre in.l.1.C.vt lit.penden. quod tali caſu ſtatim, nulla ſolemnitate ſeruata, nec alijs adhibitis poteſt iudex punire.

De eodem. Iudex vbi generaliter inquiſiuit: an ſpecialiter īqrere poſſit.

16 ¶ Tertia principalis regula eſt? Iudicem poſſe inquirere propter præcedentem generalem inquiſitionem, & ſic in omnibus caſibus in quibus generaliter inquiſiuit, in eiſdem poteſt ſpecialiter inquirere, quia alia inquiſitio generalis fuiſſet fruſtratoria. & ita intelligitur.l.congruit.ff.de offic.præſid. Hanc etenim regulam, videntur capere Docto.max. Ange.ſecundum eundem præpo. Nam regula eſt, non ſemper poſſe iudicem ſpecialiter inquirere. Inquirere ſpecialiter propter generalem inquiſitionem, eſſet deſtruere regulam quia fieret fraus legi ponenti regulam, et lex eſſet ludibrio poſita, contra l.Fraus.C.de legi.iudex enim de facili, volens inquirere ſpecialiter in caſu non permiſſo præmitteret inquiſitionem generalem, ergo ne deſtruatur, & fiat fraus legi, dicendum eſt quod inquiri non poſſet. Nec (ſecundum eum) obſtaret, quatenus diceretur, quod ſi non permitteretur inquiſitio ſpecialis, ex inquiſitione generali, fruſtra illa fieret, quia reſpondet, quod inquiſitio generalis non propterea erit fruſtratoria, quia ex ea non poſſet deſcẽdi ad particularem in omni caſu, quia imò operabitur effectum ſuum, ſi iudex per ipſam inquiſitionem generalẽ inuenerit aliquod crimen, in quo ſpecialiter permittatur inquiſitio contra regulas iuris. Dicit tamen Præpoſi.ipſe, quod huiuſmodi reſponſio, non videtur poſſe ſuſtineri, quia generalis inquiſitio, ſecundum hoc remanebit ſuperflua in criminibus, in quibus non poteſt ſpecialiter inquiri: quod non eſt dicendum quia iudicia præparatoria nunquàm habẽt locum. vbi iudicium, ad quod fit prẹparatio, non poteſt ſequi. vt traditur in l.3.§.ibidem.ff.de exhibe.& lex generaliter permittit inquiſitionem generalem de omnibus criminibus. Cum ergo iſta generalis ſit præparatoria futuri iudicij ſpecialis; dicendum eſt, quod ſi generalis præparatoria procedit in omnibus maleficijs, quod etiã ſpecialis procedet in omnibus maleficijs.

Lex nõ inducit remedia ſuperflua.

17 ¶ Maximè quia regula eſt, quod lex non inducit remedia ſuperflua.l.1.§.vnde quæritur.ff.de publi.nec dicit valere id quod dicitur de fraude, quæ fieret legi; quia ſi

ex

ex coniecturis potuerit deprehendi iſta fraus, puta quia formaret generalem inquiſitiouem tempore inſolito, vel aliter, tunc concedendum eſſet, quòd nec inquiſitio ſpecialis procederet; nec inquiſitio generalis operaretur aliquem effectum: Sicut dicimus de lege, quæ quamuis ſit generalis: ſi tamen ſit in fraudem contra vnum poſsit reſcindi, & appellari. l. 1. in fin. ff. de dol. excep. ſecus tamen, vbi non eſſe talis ſuſpitio fraudis; cum in dubio præſumatur pro iudice, & pro officiali publico. l. 1. C. de red. curial. lib. 10. ℂ Quarta regula eſt, iudicem poſſe inquirere vbicunque maleficium coram iudice committitur, vt in falſa carta producta. C. de prob. l. iubemus. ℂ Quinta regula eſt; iudicem poſſe inquirere de atrocitate criminum. l. ſi quis in hoc genus. C. de epi. & cleri. ſed contra hanc regulā inſurgit Præpoſi. in dicto loco, eam me deſtruere videtur vide eū, per tex. ℂ Sexta regula eſt; iudicem poſſe inquirere propter criminis euidentiam. vt d. l. ea quidem. Tradit etiam aliam, & ſeptimam regulam, & latè diſputat Præpo. vbi ſupra, ſed quia intentio mea eſt, reſoluere principalem propoſitam quæſtionem, idcirco ne ab inſtituto mentis meæ recedam; Saly. in d. l. ea quidem 12. col. dicit quòd in omni crimine eſt permiſſa inquiſitio. probat iſtud duabus rationibus. ℂ Prima, quia accuſatio de quolibet delicto eſt permiſſa, ergo & inquiſitio, cum ſuccedat loco eius. arg. ff. de iur. patro. l. ſi cum patrono. §. 1. c. licet hely extra de Simo. & ſit ad eundem effectum, ne maleficium remaneat impunitum. Secundò, quia in inquiſitione generali, de quolibet delicto poteſt inquiri. l. cōgruit. ff. de offic. præſ. Sed inquiſitio generalis non ſit, niſi ad effectum deſcendendi ad ſpecialem. vt d. l. 4. ergo bene ſequitur, quòd in ſpeciali de quolibet crimine

De eodem. (margin)

De eodem. (margin)

De eodem. (margin)

18 *De eodem. Inquiſitio loco accuſationis ſuccedit.* (margin)

Propter vnumquodq; tale, et illud magis. (margin)

19 poteſt inquiri. ℂ Iuxta illud generale propter vnumquodque ale, & illud magis. Auth. multo magis. C. de ſac. ſan. eccle. Tertiò, adducit quia in maiori parte ſpecierum delictorum, inquiſitio ſpecialis eſt permiſſa: ut patet in caſibus, & legibus allegatis. Et cum in alijs non appareat ſpecialis prohibito facta: debemus dicere ꝙ etiam ſit de alijs ſpeciebus permiſſa. ℂ Hinc ſumpta occaſione Præpoſi. in loco citato ſubnectit alteram quæ

De eodem. Iudex an in priuatis delictis ubi ñ quilibet de populo accuſabit inquirere poſſit? (margin)

20 ſtionem. ℂ An iudex poſsit inquirere in criminibus priuatis in quibus quilibet de populo non poteſt accuſare? Reſpondetq; quòd Bart. in d. §. ſi publico videtur dicere quòd non: quia iudex inquirens non tenet locum accuſatoris proſequentis iniuriam ſuam niſi cùm offenditur maieſtas ipſius iudicis. d. l. nullum. C. de teſti. inquirendo enim proſequitur publicam vindictam, & intereſſe: ergo ſicut non admitteretur in prædictis caſibus priuatis accuſator extraneus, ita non admitteretur iudex inquirens. ſubdit tamen ipſe, quod dictum Bart. videtur eſſe contra tex. in d. l. congruit, vbi generaliter inquiritur etiam de furto, quod eſt crimen priuatum. l. fi. ff. de furt. Si pro furto poteſt generaliter inquiri. d. l. congruit. Inquiſitio generalis eſt præparatoria ad inquiſitionem ſpecialem: ergo etiam poteſt fieri inquiſitio ſpecialis de furto. Et ſi dicatur inquiſitionem eſſe regulariter prohibitam ad vtilitatem priuatam. l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infec. Reſpondet ipſe, quod quando criminaliter agitur de crimine priuato ad pœnam, principaliter agitur, vt maleficium puniatur, & in hoc verſatur vtilitas publica, non minus quàm priuata, l. ita vulneratus. ff. ad l. Aqui. l.

licitatio. §. quod illicitè. ff. de publi. Vnde ſicut quando publicus fauor & priuatus non poſſunt ſeparari, magis habetur reſpectus ad publicum fauorem, quàm ad priuatum. ¶ Et ideo in talibus priuatus non poteſt renunciare iuri ſuo, ne fiat præiudicium Reipublicę. Vt no. in l. pactum inter hęredem in l. ius publicum. ff. de pact. ca. ſi diligens de for. compe. ita etiam ne fiat præiudicium Reipublicę, iudex poteſt inquirere. nec dicat quiſpiã, ergo etiam fauore publico i iſtis criminibus priuatis quilibet admittetur ad accuſandum, ſicut etiam iudex admittitur ad inquirendum. Quia reſpondetur quod facilius admitti debet iudex, qui eſt perſona publica, & qui repreſentat Rempublicam, & pro quo magis lex confidit ſeu præſumit, quam pro priuato, hinc eſt, quod non admittitur priuatus, cuius non intereſt. ¶ Et ideo videmus, quod iudex negligens publicã vtilitatem punitur, vt d. l. ſi vacanti. C. de bon. vacant. libr. 10. & negligens ſimiliter inquirere punitur. Quare concludendo, concludit quod de omni crimine, ſiue publico, ſiue priuato, ad vindictam publicam, ad puniendũ malefactores ſpecialiter poteſt iudex inquirere, dummodo ex ſufficientibus indicijs moueatur ad inquirendum. Et hoc eſſe dicit, id quod dicit text. in quacunque cauſa reo exhibito, ſiue accuſator exiſtat, ſiue eum publicè ſolicitudinis cura produxit, quod vult innuere iudicem ex publico officio inquirent in quacunque cauſa criminali.

Priuatus quã iuri ſuo renunciare nõ poſsit? 21

Iudex negligẽs inquirere, an puniẽdus. 22

¶ Et ſic eum æquiperat accuſatori, & hic tex in l. 1. in princi. C. de cuſto. reo. & in effectu videtur, quod in hoc non ſit differentia inter canoniſtas, & legiſtas, & ita dicit velle Saly. in d. l. ea quidem in 12. colum. & Ang. de Aret. etiam hoc videtur inclinare in tracta. malefi. in verbo hæc eſt, quædam inquiſitio col. 5. Sicque, vt videre libet apparet ex huiuſmodi dictis, poſſe concludi, quod in omni crimine poſsit, & debeat inquiri ad publicã vtilitatem. ¶ Pro cuius opinionis confirmatione, allego gloſſ. in cap. infames. 6. q. 1. & glo. in cap. 1. de collu. detegen. & 2. q. 4. §. vl imo, in quãtum voluit. ¶ Quod de iure canonico omne crimen eſt publicum, & ſequitur Do. Abb. in d. c. 1. de collu. dete. & ibi ẽt do. Ant. à Bu. & Hoſtien. in ſumma. §. qualiter, verſi. hoc ſecundum legiſtas, ſequitur Bal. in Rubr. C. qui accu. non po. pen. col. & Rom. in ſingulari Dclxxxi. Tu audiuiſti. ſequitur Moder. Hiſp. in prac. cri. canonica, §. 6. latè Io. de Ana. in d. c. primo de collu. detegen. 4. col. dicens dictas gloſſas in effectu velle quod in quolibet crimine, & peccato de iure canonico, auditur quilibet de populo ſaltem per viam denunciationis, quæ competit cuilibet de populo. 2. q. 1. ſi peccauerit. c. nouit de iud. vel quod cõmuniter pro priuatis delictis agitur criminaliter, quia in foro canonico vltra pęnam priuatam, imponitur pœna ſuſpenſionis ad beneficia, quæ dicitur accidentalis, & finis huius pœnæ eſt publicus, quia publica vtilitas reſultat, ne criminoſus ĩdignè retineat beneficium. & hoc reſpectu crimina plus dici poſſunt publica in foro canonico, quam in ciuili. ¶ Vlterius pro intellectu illorum gloſſarũ dicit idem Io. de Ana. quod crimen publicum tribus modis dicitur, vno modo latiſsimè, quod eſt eo ipſo, quod intenditur publica vtilitas, licet alias de tali crimine non competat cuilibet accuſatio regulariter. l. quod ſenatus. ff. de iniur. ſecundo modo dicitur crimẽ publicum latè eo ipſo, quod cuilibet

Iudex accuſatori an æquiretur. 23

Opi. do. Auctoris. De iure canonico omne crimẽ eſt publicum. 24

Crimen publicum quot modis dicit. 25

libet

libet competit poteſtas accuſandi,& iſto modo dicitur.inſtit.de ſuſpect. tuto.§.conſequens. Tertio modo,dicitur publicum ſtrictè,& tunc eſt illud de quo expreſsè.l.cauetur.l.iij.in fi.ff.de praua. & iſto modo ſumitur in l.1.ff.de publi.iud.& ibi plenè per Barto.& Docto.Concludo igi-
26 tur ex ſupradictis. ℭ Quòd in omni crimine,ad publicam vtilitatem inquiri poteſt,maximè de iure canonico . Et hanc opinionem videtur ſequi Luc.de penn.in l.fi.C.de Bon.vac.lib.x.dum ſequitur opinio.glo.& eam ſequi allegat Archi.in cap.vltimo de conſue.lib.6.in glo.Epiſcopus qui ſubditorum. ℭ Concluditque ob eam cauſam poſſe de iure canonico procedi per inquiſitionem in crimine periurii, licet ſit crimen priuatum,& leue.Et quomodo id procedat,cum non ſit materia noſtra,vide ibi . ℭ De iure tamen regni non permittitur inquiſitio in nullo crimine
27 priuato.vt ibi . ℭ Conſequens eſt nunc videre quibus præambulis præcedentibus poſſit,& teneatur iudex procedere ad inquiſitionem? Præpo.in d.cap.de accuſatione.2.q.8. 18.col.dicit Iudicē non poſſe ex abrupto.nulla legitima præſumptione apparente procedere ad inquirēdum, & huius eſt ratio,vt iudicum malitia,& proteruitas refrenetur vel euitetur l.2.in fi.C.de cuſto.reo. Item ne inquiſiti ſumptibus ac etiam aſperitate criminis,ex abrupto ſic grauati reperiantur,& interim de illis delictis diffamentur(Præambulo autem legitimo præcedente)per quod appareat iudici verè,vel præſumptiuè,illam perſonam quæ inquiritur illud delictum perpetraſſe,legitimè tunc procedi poteſt ad ſpecialē inquiſitionem.Quare Sali.in d.l.ea quidem concordando ſe cum canoniſtis, tradit notabilem declarationem,quod quando clamor validus peruenit ad iudicem,quod eius ſubditus eſt infamatus de aliquo delicto pōt, debet tunc procedere ad inquirendum contra illum,& de hoc eſt text.in cap.qualiter & quando lo 2.in prin.de accuſa.& c.Deus qui ſupra 2.q. 1.& de iure ciuili probatur in l.illuſtriſſimos.C.de offi.recto.proui . Eſt enim ratio,quod eo caſu tunc iudex debeat ad ſpecialē inquiſitionē de-
28 ſcendere,quia tunc non poteſt ſub diſſimulatione tranſiri. ℭ Nec iudex debet dimittere ius Reipublicæ indiſcuſſum,& potiſſimè quando ſcādalum vel periculum poſſet oriri,vt in d. c. qualiter & in c. cum oporteat de accuſa.& d.l.iuſtiſſimos.Debetque talis clamor peruenire a perſonis non malignis,ſed fide dignis.Intellige ualidum clamorem eſſe quando non ab vno,vel duobus,ſed a multis peruenit,& non tantum ſemel, ſed ſæpius,aliàs clamor ualidus non eſt.Nec clamor iſte infamat, ſed iſte cla-
29 mor debet eſſe de diffamatione. ℭ Debetque iudex de iſta diffamatione inquirere à uicinis,& alijs ſcire debentibus.& diffamatione reperta debet inquiſitionem ſuam formare,ut in cap.inquiſitionis de accuſa.& d.l.ea quæ Eſt tamen aduertendum quod iſta diffamatio non ſemper debet eſſe vniformis,ſed quandoque maior quandoque minor.Si enim periculum eſt inſtans,ſine multa diffamatione poteſt iudex procedere d. c.qualiter,& ibi no.Io.Ant.& c.licet heli extra de ſimo.Inſtans periculum eſſet timor dilapidationis,d e qua diffamatus eſſet prælatus eccleſiæ.ut d.cap.licet heli.uel etiam timor ſeditionis popularis.prout in l. ſi quis filio exhæredato,§.hi qui uer.quod ſi.ff.de iniuſt.rup.irri.teſta.Item

In oī crīe ad publicā vtilitatem, poſſe inquiri de iure canonico & eodem.

Inquiſitionem quid p̄cedere dēat

Iudex Reipublicæ ius indiſcuſſum nō relinque re pp ſcandalum.

De diffamatione a quibus inquirē dum.

eſſet inſtans periculum in crimine hæreſis,& apoſtatatus:quia alios infi cere poſſet l.nemo.C.de iudi.& l.apoſtatarum.C.de apoſt. & ſcandalũ generare poſſet,per hunc modum intelligitur l.ſiquis in hoc genus. C. de Epiſco.& cler.

Opinio do. Aucto.

Sed ſi imminens periculum tunc maior diffamatio exigitur. Hoc aũt intelligas procedere ubi aliàs perſona contra quam inquiritur,non habetur a iure pro diffamata,ſeu de illo delicto ſuſpecta, at ſi haberetur perſona pro ſuſpecta,tunc abſque alia hominis diffamatione uel clamore poſſet inquiri.l.quotiens.C.de naufra.lib.xi.

Opinio do. Aucto.

Si autem prędictæ diffamationes & clamores hominũ ceſſarent,tunc ad ſpecialẽ inquiſitionẽ minime põt procedi.Hoc tamen intellige non procedere, ubi per aliquẽ actum iudiciarium præcedentem,conſtaret iudici uerè uel p̄ſumptiue perſonam illam contra quam inquiritur uere commiſiſſe illud delictum, verbi gratia,ſi facta inquiſitione generali reperitur aliquem deliquiſſe.l.iiij.§.mandatis præallegatis.ff.ad l.iul.pecula. ſecundum quam debet intelligi.l.congruit.ff.de off.præſid. Item ſi iudex incidẽter cognouit delictum oppoſitum licet ad repellendum feciſſet oppoſitum.l.ij.§.ſi publico.ff de adulter. Item ſi quis accuſationem quam inſtituit nõ probauit qui præſumitur calunniaſſe .l.qui non ꝓbaſſe.C.de calunnia.His enim ceſſantibus non poteſt inquirere iudex niſi ex ualido clamore(ut dictum eſt ſupra).

Citari an debeat pars quando capitur iformatio infamiæ.

¶ In hac enim informatione infamiæ & validi clamoris non oportet,nec requiritur partem citari. ſecundum Innoc. in c.i.de poſtu.prela.c.cum in tua,& ibi Panor.de ſpon.D.Anto.in c.cum oporteat de accuſa.in c.2.de teſt. 30

De eodem.

¶ Imo quod plus eſt ad promouendam inquiſitionem ſufficit ꝓbatio facta inter aliàs perſonas, uel in iudicio preambulo ſecundum Bart.in l.de ſubmerſis.C.đ nauf.lib.x.vbi dicit quod teſtes ꝓducti inter alias perſonas ad alium finem ſufficiunt ad cauſandã inquiſitionem & facit l.diuus,§.cum autem.ff.de off.pre.

Illatio practicæ d. Auctoris.

Et ex hoc infero quod cum pluries contigit examinari clericos inter laicos in cauſis ciuilibus et demum repulſantur per alteram partium ſub ſpècie nõnullorum delictorum poteſt licitè ex illa repulſa inquiri contra illos.

Infamia nõ requiritur ubi ꝓceditur ad denũciã officialis.

¶ Illud 31
ſcito auide lector,antequã vlterius percurras quod quando proceditur ad denunciam officialis publici non oportet, nec requiritur qđ conſtet aliter de infamia & de clamore valido; ut ſuperius eſt dictum:ſed tunc ad ſolam denunciationẽ ipſius procedi poteſt.vt ex prædictis ſatis liqre poteſt. & firmat Do. Præpoſ.in d.ca.de accuſatione 23.col.& ꝓbatur in d.l.ea quidem,& d.l.diuus,ff.de cuſto. reo.

Infamia nõ præcedente an poſsit inquirere ordinarius?

¶ Poſtremo ſiſte pedẽ, 32
paululumque morare; tu qui omnia credis habere inſcrinio pectoris,habes unum caſum,in quo iudex inquirit infamia non præcedente, ſuſcipe alterum maioris importantiæ: qui eſt quod ordinarius põt(& infamia non præcedente)inquirere:per tex.in cap. 1.ibi liberam poteſtatem, extra de offi.ordi.& ita per illum tex.firmat Ang.i.l.ſi uacãtia.C. đ bon. uacan.& probatur in cap.ad noſtram de iur.iuran.& ꝑ Dom.de.Rot.ĩ deciſio.cc.in antiquis.Ioan.de Ana.in cap.qualiter et quando in v.colu. de accuſa.dicit quod tam ſi inquirit ordinarius,quam ſi inquirat delegatus,ſemper debet præcedere informatio infamiæ. Et hanc opinionem uocat communem Præpo.in d.cap.de accuſatione 25.col. & ita refert te

nuiſſe

nuiſſe Anto. de But. in cap. irrefragabili. §. 1. de offi. ordi. Nec dicit obſtare text. in cap. 2. in illis verbis liberam poteſtatem, de offi. ordi. quia text. ſe reſtringit dicendo inquirere vlciſci: & iudicare ſecundum quod canones iubent. Et ſic iuxta formam d. cap. qualiter, cum præalleg. Eſt tamen bene uerum, & optime adnotandum, quod in iudice ordinario ſufficit, quod formet inquiſitionem ſpecialem, & dicat ad ſe perueniſſe famam, quod talis commiſit delictum; nec tenetur aliter fidem facere parti de iſta fama; quando ex officio mero procedit: ſecus ſi procederet ad inſtantiã partis; ſeu alicuius promotoris: quia tunc ille debet facere fidem de fama. ita proprie concludit d. Præp. in d. loco. 25. col. & ita communiter refert concludi per omnes Docto. in d. c. cum oporteat de accuſa. poſt Inno. Spec. in titu. de inquiſitione. §. nunc tractemus uerſi. hoc autem ſcias. per

33 tex. in cap. inter ſollicitudines allega. de purg. cano. ¶ Debet enim credi iudici ſuper iſto præparatorio, quod ſit informatus de fama ſecundum Bart. in l. ambitioſa. ff. de decret. ab ordi. fa. do. Ant. & communiter Doct. in cap. quintauallis extra de iur. iura. Et dum communiter Docto. in d. c. cum oporteat de accuſa. dicunt quod ſi iudex uellet procedere ſuper veritate criminum, non facta prius inquiſitione infamiæ poteſt inquiſitus appellare per ea quæ habentur in cap. ſecundo de accuſa. lib. vi. Intelligit procedere, quando iudex non aſſereret ſe recepiſſe informationem ſuper fama; vel etiam ſi pars opponens, quod non conſtat de fama, contra inquiſitum: uellet probare contra aſſertionem iudicis: puta probãdo quod in continenti habita commiſsione, & reſcripto præſentato delegationis inquiſitionis ſibi factæ proceſsit iudex ad recipiendum probationes ſuper ueritate criminis aſſerendo ſe informationes recepiſſe de infamia. Nam tunc ex breuitate temporis præſumeretur contra iudicem. Tu autem aduerte, quod non facit ad propoſitum iſtud exemplum allegatum, nam quæſtio eſt de ordinario procedente iure ordinario, exemplũ uero eſt de delegato. Inno. in d. c. cũ oporteat de accuſat. ſimpliciter

Iudici quod ſit de fama informatus quando creditur.

34 dicit. ¶ Quod in ordinario ſufficit ſola aſſertio infamię, non autem probatio per tex. in d. c. inter ſolicitudines de purga. cano. ſed ſi bene conſideretur dictum Innocen. uidetur parificari ordinarium, & delegatũ dum dicit, quod ſi papa mandat delegato ut inquirat dicens, ad audientiam noſtram peruenit & c. ſicut enim tunc ordinarius abſq; alia famæ, aut infamiæ probatione poſſet procedere, ita delegatus poteſt eo caſu inquirere abſque alia famæ, aut infamiæ probatione. Abb. in d. c. cum oportet, & Pe. dicunt ordinarium poſſe abſq; proceſſu infamię preambulo, inquirere de ueritate criminum, nec tenetur facere fidem niſi coram ſuperiore ſi cõtigerit appellari. & ita etiam uoluit Spe. in tit. de inquiſi. §. nũc tractemus, uerſicu. hoc autem ſcias, & Hoſtien. in d. c. cum oporteat faciens expreſſam diuerſitatem inter ordinarium, & delegatum. ſicque etiam concludit But. ibidem. Ego autem puto nullibi probari, quod ordinarius poſſit abſque præambulo infamiæ proceſſu inquirere: imo totum contrarium. Nã in primis tex. in c. inquiſitionis de accu. probat expreſsè contrarium, nam ibi Papa ſcribit Epiſcopo Gehennenſi, & ad eius dubia, & ſic iudici ordinario, & decidit non ualere inquiſitionem, ſi non præceſsit fama, aut ali-

Iudici ordinario ſuffi cit ſola infamię aſſertio abſque probatione.

Opi. do. Autho.

qui clamores, & tamen erat probatum per tres teſtes de uiſu, ꝙ delictum fuerat commiſſum in eorum præſentia, patet igitur ibi oppoſitum eius, quod Docto. uidentur concludere, & uidetur text. ille ponere regulam, adeò, quod inquantum in cap. cum oporteat de accuſa. dicatur requiri infamiam præcedere, & loquatur in delegato non ponit ius ſingulare, & text. in cap. qualiter & quando uolens generalem regulam (qualiter prælatus contra ſubditos de eorum exceſsibus debeat inquirere) ponere dicit inter alia debere tunc inquiri, ſi clamor & fama ſit de delictis, de quibus fieri prætenditur inquiſitio; adeo quòd diutius tolerari non poteſt. Nec ille tex. diſtinguit inter delegatum, uel ordinarium. imo expreſſe in ordinario loquitur. nec aliud probatur ex tex. in d. cap. inter ſollicitudines de purga. cano. imo idē, taliter ꝙ non video in quo poſsit hæc opinio fundari, & dicant quicquid uelint Doct. & glo. in c. 1. de offi. ordin. (quia videbatur tex. illum liberam dare licentiam inquirendi ordinarijs) reſtringit vt ita demum procedat: ſi fama, & validus clamor præcedat. & Abb. ibidem ſequitur opinionem Glo. in inquiſitione ordinaria, at ſecus in extraordinaria, cum viſitat diocœſim. Abb. in c. olim de accuſa. verſicu. & aduerte. nume. 9. videtur ſentire, quod quando tractatur de inquiſitione ad puniendum ſemper requiritur infamiam præcedere: quaſi ꝙ alias nō requiratur. ¶ Quare Franc. de Aret. in d. c. qualiter, & quando dicebat, ꝙ id quod dicitur, ꝙ in ordinario inquirente non requiratur infamia, procedit quando tractatur de inquirendo ad pœnitentiam peragendam, non autem quo ad pœnam inferendam, quia tunc debet præcedere infamia. ij. col. verſi. ſecundo ſequitur, Alibi Abb. in d. ca. cum oporteat ſimpliciter ſequitur primam opinionem, quam quaſi omnes videntur admittere, ꝙ ordinarius ſi non uult, poteſt (non aliter inquirendo de infamia) inquirere de ueritate criminum. Ego autem puto veram opinionem, ordinariū poſſe inquirere, abſq; præambulo infamiæ probationis cum grano tamē ſalis, ſi aſſertiuè dicat in inquiſitione de infamia, & natura delicti non repugnat. Ratio enim fundamentalis quare ordinarius poſsit non præcedente infamia inquirere, eſt illa: quia cum ipſe ſit præſens in diocœſi vbi fit inquiſitio; præſumitur quod ſciat, & plenam notitiam habeat, & ꝙ ſit informatus ſaltim extraiudicialiter de infamia, & quod non aliter proceſsiſſet ad informationem. & maximè præſuppoſito quod per ſe ipſum illam faciat argu. c. quoſdam de præſump. c. irrefragabili de offic. ordi. cle. prima eodem titu. Hoſtien. & Ioan. Andr. in c. cum noſtris de conceſsio. præben. Cardi. in clemen. 2. numero. 13. q. 17. & Deci. in conſi. 224. in caſu præpoſito, ante finem, uerſicu. alio etiam principali, latè Quintilia. Mēdo. in regul. xix. de infirmis. xvi. quæſtio. numero 12. cum ſequen. Fely. latè in c. ad aures nume. 5. in fine de reſcript. vnde ſicut (ut infra dicemus) ſi papa per verba aſſertiua narrat in reſcripto delegationis inquiſitionis de infamia, nō requiritur alia probatio infamiæ in delegato ratione quia præſumitur ipſum eſſe informatum & verum dicere, à fortiori id dicendum eſt in ordinario, qui aſſerit ſibi conſtitiſſe, & conſtare de infamia, & per ſe ipſum cœpit informationem, ſeu inquiſitionem formauit, præſentia enim ſua cum aſſertione proculdubio faciunt videri melius informatum

Opi. Areti.

Opi. Abb.

Opi. do. Autho.

tum de infamia,quã papa,qui potuit informari ab aliquibus emulis, &
35 inimicis. ¶ Et cum perſonas,& qualitatem non cognoſcat,de facili de-

Perſonas nec qualitatem eius cognoſcens,facile decipi poterit.

cipi potuit.ordinarius qui cognoſcit oues ſuas, & uocem earum audit,
& nominatim eas uocat, non poteſt ita faciliter decipi. Hanc opinionẽ
probo per doctri.Innocen.in.d.c.cum oporteat,dum æquiparat papam,
& ordinarium ſeu delegatum,quando ordinarius eſt abſens,& in abſen
tia ſibi denunciatur infamia, & dicit quando eſt multum abſens: nã tũc
tam ordinarius, quàm papa, quàm delegatus tenentur inquirere prius
de infamia.& uerſus finem dicit,quod ordinarius poteſt de infamia nõ
aliter conſtito procedere ad inquirendum de ueritate criminum, & pa-
ri ratione poteſt delegatus, ſi uerba papæ committentis inquiſitionem,
ſunt aſſertiua,ergo debet intelligi iſtud ſecundum dictum, quando ordi
narius eſt præſens,& non abſens.allegat tex.in.c.omnibus.2. quæſtio.4.
qui optime probat,quod ſi ſacerdos eſt ſuſpectus ſoli Epiſcopo ſuo,cogi

Eps audiẽs aliquid de clerico,non ſtatim credet, ſed informabitur.

36 tur ſe purgare, &.c.ſi quid.lxxxvi.diſtinc. ¶ Vbi habetur q ſi aliquid
de clerico eſt relatum ad ſuum Epiſcopum,non debet ſtatim credere,ſed
de ueritate criminis debet ſe informare. Dixi unum uerbum ſupra;dum
modo natura criminis non repugnet. pone enim quod delictum de quo
formatur inquiſitio,eſt adeò occultum, & ſecreto commiſſum,quod dif

De eodem.

ficile ſit,potuiſſe deuenire in notitiam omniũ. nam eo caſu, cum natura
delicti repugnat,ſi appellatur per inquiſitum ad ſuperiorem, debet ordi
narius facere fidem d infamia, & ita intelligo procedere dicta Docto.in
d.c.cum oporteat,at ſi natura delicti non repugnat, & inquiſitio eſt for-
mata p ipſum ordinarium præſentem,non puto aſtringi ordinarium ad
faciendum fidem de infamia,etiam coram ſuperiore. ¶ Sicut enim de
legatus non tenetur de ueritate reſcripti, quo ad infamiam inquirere, ſi
Papa narrat aſſertiue de infamia,ſecundum Innocen. Anto. de But. &
Abb.& ante eos Ioan.And.in d.c.cum oporteat,& cæteros docto.ita or
dinarius,qui melius,& ueracius poteſt aſſerere, & potuit ſe informare,
quàm Papa conſiderata ſua præſentia(ut dixi)in loco inquiſitionis,ſeu
diocœſi ſua, & ita tenendum arbitror, ſaluo concilio rectius ſentientis.
Nec dicas iura loqui diuerſimode in legato,& ordinario,imo loquuntur
uniformiter, quod ſemper requiritur preambulum infamiæ præcedere,
in inquiſitione in delegato, quando Papa enunciatiue, & non aſſertiue
(ut dictum eſt)facit mentionem de infamia in delegatione, & in ordina
rio,quando non per ſe,ſed in eius abſentia, uel aſſertiue non teſtificare-
tur de infamia in inquiſitione è natura facti non contradicat de ſui natu
ra:(ut dixi) & quod ex qualitate temporis decurſi, ueriſimile eſt perue-
niſſe ad notitiam prælati.& aliorum taliter, quod bene potuit reſultare
infamia per tex.in.l.titius.§.i.ff.de libe.& poſthum. nam etiam ratione
parui temporis dari poteſt ignorantia facti commiſsi in loco conuicino.

Inquiſitio an debeat habere ſolẽnitates. l.libellorum. Opi.Bal.

37 ¶ Succeſsiue,indagãdum puto an de iure canonico ſemper requiratur
in inquiſitione apponi locum,tempus,menſem, & alia de quibus in.l.li
bellorum.ff.de accu. Hæc eſt quædam quæſtio,quam uulgatam inquiũt
ſcribentes,ſed pro certo non parum difficultatis habere uidetur.nã Bal.
in repet.l.ædita,C.de æden,expreſſe uidetur concludere, quod in inquiſi

tione

tione non requiratur ſeruari de neceſsitate,ſollemnitas.l.libellorum. nã dicit ipſe accuſator aſtringitur ad ſeruandam eam ſolemnitatem, ſed nõ iudex inquirens,ratio eſt quia ſemper accuſator uidetur proſilire ad accuſationem ex odio,quod quidem non ſic eſt in inquiſitione.Vlterius dicebat,ꝙ nulla lex eſt,quæ dicat inquiſitione ſeruari dictam ſollemnitatem,ergo nec nos dicere debemus. Tertiò poterit dari caſus,ꝙ maleficium ſit liquidum iudici,tamen neſcit menſem,annum,ul' locum ubi patratum ſit.et tamen ſi diceremus non poſſe inquiri dicta ſolemnitate nõ ſeruata ſequeretur abſurdum, quòd delictum remaneret impunitum. Quartò dicebat generalis inquiſitio procedit abſq; coartatione loci, & temporis argumen.c.abbate lib.vi.ſed ſpecialis eſt ſpecies generalis,ergo & in ea non debet requiri ea coarctatio,ſubſiſtente maximè iuſta cauſa ignorantiæ.Innocen.in.c.fi.de purga.cano.tangit quæſtionem,& dicit quod quidam dicebãt procedere inquiſitionem abſque dicta ſollemnitate:nã cum aliquis eſt diffamatus in genere de aliquo delicto,poteſt in genere fieri inquiſitio,etiam ſi non dicatur cum quo illud crimen commiſerit,& eodem modo poteſt in genere ſibi indici purgatio, & pro hac opinione allegant tex.in.c.licet heli extra de ſimo.ubi patet, quòd Papa inquiſiuit de ſymonia,de dilapidatione,& inſufficientia,& tamen non expreſſit cum quibus eſſet ſimonia commiſſa,uel quæ fuerit dilapidata,& ſi dicatur(dicit ipſe)quòd.c.qualiter & quando loquatur contrarium,dũ ibi dicitur,quòd inquiſito exponenda ſunt omnia ď quibus fit ĩquiſitio, poteſt reſponderi,quòd illud intelligatur,quod exponenda ſunt capitula in genere,non in ſpecie,ut dictum eſt.Item dicit ipſe,non eſt mirandum, ſi diuerſum ſtatuitur in inquiſitione,quod ſtatuatur in accuſatione,quia accuſationes ſunt odioſæ,& pro magna parte fiunt ad proſequutionem iniuriarũ, & pro eis grauiſsima pœna irrogatur. ſed in inquiſitione eſt ſecus. Item cum inquiſitio fiat, ut niteat fama bonorum, ſi exprimerentur nomina, cum quibus dicuntur crimina commiſſa, inquiſitio conſequeretur contrarium effectum. ſcilicet quod fieret ad aliorum diffamationem. Alii (dicit ipſe) dicunt quod ſicut in accuſatione debet deſcendi ad ſpecialia, ita pariformiter debet fieri in inquiſitione, capitulo præſentium de teſtibus. ſed ipſe reſpondet, quod ibi loquitur in exceptionibus teſtium, vbi bene neceſſe fuit hoc exprimi: ſicut & quando agitur de crimine ciuiliter.cap.ſuæ de procuratoribus. ſed in inquiſitione uidetur ſecus. Dicit tamen quod in quantumcunque iudex poſsit,debet facere exprimi crimen,& circunſtantias ꝑ illum qui denũciat:non tamen ſemper cogitur dicere perſonam, cum qua illud crimen commiſit: & maximè ſi iurat ſe illã ignorare.¶Quia ſæpe infamia procedit ex incerto auctore,& incerto facto.diſt.4.de cõſe.c.factũ hæc ille. Ant.a But.videtur ſequi opinionẽ Inn.& ita Abb. Ibi dicit trãſire ut plurimum docto.canoniſtas. Iaco.Bu.inſti.de actio.circa principium, dicit contrarium,videlicet,quod eadem ſollemnitas quæ requiritur in accuſatione,requiritur in inquiſitione: præterquam in ſollemnitate inſcriptionis.Nam cum iſta inquiſitio ſuccedat in locum accuſationis,& iudex uicem accuſatoris ſubſtineat: merito erit eiuſdem naturæ: cuius eſt accuſatio.

Opi. Inno.

Infamia ſæpe ex ĩ certo auctore, & facto ꝓcedit. 38

Opi.Ant.ď Butr.

Opi.Ia.Bu.

tio, vt l.i.§.hæc actio.ff.ſi qui.teſta.lib.eſſe iuſ.fue.Bar.in l.ij.§.ſi publico, Opi.Bar.
ff.de adulte.referendo opinionem Innoc.& Iac.But.dicit ſibi videri meliorem opinionem Iac.But.quam Innoc.Nec dicit obſtare dictum Inno. quia ibi loquitur quando inquiſitio fit ſpecialis quo ad perſonas.generalis quo ad delicta.&. fit ad aliquem remouendum non ad puniendũ criminaliter.& idem illud dicit eſſe de iure ciuili.Eadem enim eſt ratio in accuſatione,quæ eſt in inquiſitione;ſcilicet, ne quis in tanto crimine vagetur, cum alieno diſpendio.ut.l.prætor edixi, in princ.ff.de iniur.Abb. Opin.Abb.
in d.c.fi.dicit quod uidetur reſponſionem Bar.ad dictum Innoc.nõ eſſe
39 vſquequaque tutam. ¶Quia beneficij priuatio eſt non modica pœna Beneficii priuatio nõ eſt modica pęna in clerico.
in clerico; cum ex eo ſuſtentetur.& multis etiam ſumptibus fortè illud acquiſiuit. Et eſſe prælatum,eſt honor,& commodum. Defendendo tamen eum,poſſet dici, (ſecundum eum)quod aut inquiſitio fit ut prælatus dumtaxat remoueatur.ab adminiſtratione, non autem vt pæna inferatur:& tunc, cũ non dicatur criminalis, ut in c.qualiter & quando.el ij.de accu.procedit opi.Bar.nam infames nõ debent adminiſtrare in eccleſia Dei;maxime cum ſe purgare nõ poſſent,unde reſpectu iudicis nõ eſt pæna.Secus videtur(dicit ipſe) quando iudex procedit inquirendo, non ut remoueat ab adminiſtratione,ſed ut puniat de delicto;tunc enim procedat dictum Innoc.ex quo infert, quod ubi pręlatus procedit cõtra ſubditum beneficiatum,& non exprimit ad quem finem agat:quod tũc cum pæna ſit arbitraria,& poſſet punire aliter quam priuãdo beneficijs vt not.in c.inquiſitionis de accu.quod tunc non admitteretur inquiſitio ſine circunſtantijs;ſicut dicimus quando agitur de iniuria criminaliter: quod non poſſit interuenire procurator.quia pæna arbitraria eſt, & poſſet iudex imponere pænam corporalẽ.ſic habetur reſpectus ad id quod contingere poteſt.l.fi.C.de iur.iura.Et hęc dicit eſſe notanda, & dicit eſſe conſiderãdum quod tacite Innoc.ſenſit illam opinionem Ia.& Bar.in eo quod reddit rationẽ ſpecialitatis;quia inquiſitio fit,ut bona fama eniteat;quę quidem ratio non procedit quando fit inquiſitio principaliter ad pænam imponendam.Et ideo in foro ciuili, cum ſemper inquiſitio fit Opinio do. Auto.
ad pænam imponendam, debent exprimi circunſtantiæ.Hæc illę;tu autem conſidera,quod dicta dom.Abb. videntur implicare cõtradictionẽ inquantum uolens defẽſare Bar.diſtinguit quod aut fit inquiſitio, ut pręlatus remoueatur tantum ab adminiſtratione, non autem ut pęna inferatur:& tunc, cum non dicatur criminalis:procedit opi.Bar.ſecus ſi procedit iudex ut non remoueat, ſed ut puniat; quia tunc procedit opinio Bartol.tenentis quod in inquiſitione requirantur circunſtantiæ, quando non agitur ut puniat, ſed ut remoueat; at opi.Innoc.tenentis, quod non requirantur circũſtantiæ:procedat quando agitur ut puniat, non ut remoueat.& demum in illatione, & finalibus uerbis,uidetur concludere totum contrarium.videlicet, quod quando inquiritur ut puniatur,requiruntur circũſtantię.Cũ opinione Ia.Bu.& Bar.videtur tranſire Inno. in c.tuę.de pro.& Ange.in conſi. 166.quod quidem non ualui reperire. Io.de.Ana.& Fely.in c.qualiter & quando videtur concludere pro prima opinione.Saly c.in l.ea quidem.C.de accu.putat primam opinionẽ Opin. Io. de Ana.

proce-

procedere in inquiſitione generali, & ſecundam Bar.in inquiſitione ſpe-
ciali. In regno tamen, in foro laicorum extat tex.expreſſus, pro ſecun-
da opinione Iac.But.& Bart.vt in conſtitutio.hi.qui.& ibi.notat.noſter
Opi.pręp. Affict.in 13.no.Præpoſi, in cap.de accuſatione.2.q.8.25.col.dicit quòd
communiter tenetur dictum Bar.Nec dicit obſtare rationem Bal.in.d.l.
ædi a,quia licet in iudice non præſumatur odium, prout in accuſatione;
tamen debet ita agere, vt non impediatur reo facultas ſe defēdendi:quę
multum impediretur, niſi in inquiſitione exprimerentur circunſtantiæ,
quia per eas multum iuuatur facultas probādi,ſi reus vellet ſe excuſare,
vel probare innocentiam:in quo lex fauet reo.l.abſentem.ff.de pœn.&
ita dicit tenere Bal.ſibi contrarium in.l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de offic.
procon.& lega.in.5.q.dicit enim ibi inter alia quod proceſſus inquiſitio
nis eſt magis odioſus,quàm accuſationis:quia magis eſt cōtra iuris regu
las, ſi ergo circunſtantiæ debent poni in accuſatione, ergo multo fortius
in inquiſitione, ſequitur propterea opinionem Ia.But. Sicque apparet
opinio.Bal.in.d.l.ædita nō mereri allegari ad propoſitum,poſtquam nō
Accuſatio, denunciatio & inquiſitio an parificē-tur. eſt conſtantis uiri.Et ita reſidet Præpoſi.in d.loco. ¶ Et Innoc.in ca.1. 40
de libell.obla.videtur parificare accuſationem, denunciationem, & in
quiſitionem,quo ad neceſsitatem dandi,ſeu formandi libellū,quę immi
net in eis.Ergo cum parificentur in hoc,cur non in circunſtantijs? tanto
Libellus certus eē debet.cauſam que continere. magis, quia præſuppoſito quòd in inquiſitione ſit dādus libellus,uidetur
dicendum de neceſsitate quod requirantur circunſtantiæ. ¶ Nam libel
lus debet eſſe certus;& debet continere cauſam.ca.conquerente de offi.
Opi.do.Auctoris. ordi.Et adeo debet eſſe certus, vt reus poſsit deliberare an velit cedere,
vel contendere.c.offeratur 3.q.3.Quid igitur dicendum?Ego dicerem
quod quando proceditur ex mero officio iudicis, nemine promouente
inquiſitionem ſicut eo caſu non eſſe neceſſarium libellum.Inquit Hoſt.
in.c.1.de libell.obla.contra opinionem Innoc.quam intrepide ſequitur
ibi Abb.ita etiam quando format inquiſitionem iudex ex ſuo officio ad
promotionem denunciatoris per ipſum iudicem deputati;quia non dici-
tur tunc pars.Et voluit Prępoſi.in loco citato ſuperius.Ita pariformiter
non requiratur expreſsio circunſtantiarū.Dicerem tamen; quod ubi(nō
facta expreſsione circunſtantiarum,loci,et temporis, ac aliarum)reſulta
ret tā manifeſta dubietas,incertitudo.aut obſcuritas facti, de quo forma
tur inquiſitio, quod reus minime ualeret ſe defendere,quod tunc ad ſui
petitionem deberet inquiſitio declarari, taliter quod ſuas valeret facere
defenſiones.Cum in hoc nullam uideo differentiæ rationem poſſe aſsi-
gnari inter accuſationem,cauſas ciuiles,& inquiſitionem.Nam ſi cū agi
tur, ciuili actione debeat taliter concipi,& declarari libellus,quod reus
ſciat,& deliberare ualeat:an velit cedere vel cōtendere,c.ſignificantibus
extra de libell.oblato:multo fortius idem dici debet in inquiſitione;Vbi
maius periculum vertitur.Et hæc de plano procedere poſſunt in foro ca
nonico, vbi minoratur pęna.Exemplum eius quod dixi eſt:ſi aliquis in-
quiratur de ſimonia,de vſura,aut alio delicto quod poteſt committi oc-
cultè,& abſque ſocijs,certe iſtis caſibus parum.inſeruirent iſtę circunſtā
tię,vbi firmatur inquiſitio ex dictis teſtium deponentium cōmiſiſſe uſu

ras,

42 ras,& ſimoniam ſecum,vel cum præſentia eorum. ℭ Succeſsiuè reſtat uidere,an conteſtatio litis ſit neceſſaria in inquiſitione? Angel. in l ſi vacantia.C.de bon. vacan. dicit non eſſe neceſſariam litis conteſtationem, eo quia non eſt cum quo poſsit lis conteſtari, & fama quæ ſuccedit loco accuſationis eſt quid incorporale. Si tamen eſſet aliquis promotor, tunc cũ eo eſt lis conteſtanda.c.cum dilectis,de purga.cano.& cap.cum I.& A.de re.iu.& ibi glo.Debet tamen talis promotor(ſecundum Præpoſi. in c. de accuſatione.2.q.8.27.col.) vt cum eo conteſtetur lis,eſſe ſpontaneus, non autem datus à iudice. Nam tunc cum illo non eſſet conteſtanda lis; ſicut quando iudex ex officio procedit, quare quod faceret ille promotor à iudice electus ex mandato ipſius,videtur facere ipſe iudex. cap.ĳ. qui apoſtolica in fine,cum vulgaribus. de præben.lib.6.& prædicta dicit procedere etiam præſente reo.dicit notari per Panor. in cap. veritatis per illum

Litis conteſtatio an ſi neceſſaria?

43 tex.de dol.& contu. ℭ Dicitque quòd cum litis conteſtatio fiat per reſponſionem rei ad libellum. c. vnico. de lit. cont. inquiſitus reſpondendo inquiſitioni,prout reſpondere tenetur ca.cum dilecti. de accuſa. licet non cadat formalis litis conteſtatio,quia non eſt pars cum qua intretur ad certamen; tamen reſpondendo inquiſitioni reus videtur ſatis conteſtari. hæc

Litis conteſtatio qualiter fiat.

44 ille. ℭ His igitur viſis conſequens eſt videre: modũ practicandi; & ideo ſcias, quòd capta informatione, formantur capitula ex omnibus repertis (reo prius examinato) & formatis capitulis, illa producuntur per promotorem curiæ, & citatur reus ad videndum præſentationem articulorũ, ſeu capitulorum (quod idem eſt) & ad dicendum contra, & hoc ſecundũ ſtilum Romanæ curiæ,vt referunt practici in formula:var.commiſsio. in §.de modo procedendi in cauſis criminalibus, & ſecundum ritum curiæ Archiepiſcopalis Salerni, me exiſtente auditore eiuſdem curiæ introductum in alĳs vero tribunalibus eccleſiaſticis regni ſolum citatur reus, ad recipiendum capitula,& ut plurimum non citatur, ſed cum reus ſit præſens ſtatim interrogatur ſuper capitulis ipſis. Dabiturque reo copia capitulorum,& indiciorum & audietur ſi uoluerit aliqua opponere cõtra capitula ipſa,& eo nihil dicente, tunc interrogabitur inquiſitus ſuper vnoquoque capitulo,& in pede eius ſcribetur actus reſponſionis,demumque eo negante admiſcetur promotor deputatus, ſeu fiſci procurator ad probandum illa capitula,ſeu illos articulos. & ſimili modo admittetur inquiſitus,ad dandum ſuas defenſiones ſi uoluerit;dabiturq; terminus competens ſecundum diſtantiam loci, & cauſæ qualitatem. Et hæc de ſtilo dictæ Romanæ curiæ,& noſtræ Salernitanæ; ſecundum ritus per me ordinatos de ordine Reuerendiſsimi domini Hieronymi ſeripandi meritiſsimi Archiepiſcopi Salernitani. Secundum vero ſtilum aliarum curiarum, facta reſponſione per reum vnicuique ex capitulis,fit actus conteſtationis litis, & ſimpliciter datur terminus, ad probandum & defendendum.

practica ſeruanda in inquiſitiõe cõtra reum.

45 ℭ Vnum tamen ſciendum eſt, quod ſiue de ſtilo Romanæ curiæ,ſiue noſtræ,ſeu etiam aliarum curiarum eccleſiaſticarum regni, ſemper vniformiter proceditur ſummariè, nec alia terminorum tela obſeruabitur. Vt

Proceſſus ẽ ſummarius ĩ cã inquiſitionis.

46 in dicto formulario procura; latè differitur. ℭ Antequam autem ad ulteriora procedamus,non inutile videtur ſcire, an non data copia capitulorum

Copia capi

[capi]tulorũ reo an ſit de neceſsitate dã-da. et nõ da ta viciet ꝓceſſum?

Iuris ordo duplex. neceſsitatis ſiue ſubſtãtię & congruitatis.

rum reo proceſſus ſit nullus: ſi non petȳt ipſe? Pano. in c qualiter et quando nu. 10. in 13. no. de accuſa. dicit, quòd non eſt nullus ſi ipſe reus non petierit. Allegat tex. in c. 1. de accuſa. in 6. qui tex. clare probat, quòd ſi reus eſt confeſſus crimen de quo inquirebatur, fruſtra allegat nullitatem ſub prætextu quòd non fuerint exhibita capitula. ¶ Archi. & Io. Mo. (ut re- 47
fert Gemi. in dicto cap.) dicunt quòd duplex ordo iuris, ut no. 2. qu. 1. in ſumma unus qui eſt, de neceſsitate, uel de ſubſtantia, & ille omiſſus uiciat 2. q. 6. c. ſnia. Alius eſt ordo congruitatis, & non de ſubſtantia, & ille non uitiat parte tacente, reſiſtens tñ poſſet appellare: Datio. n. uel exhibitio capitulorum petente reo, eſt de neceſsitate, ſed illo tacente, eſt de congruitate. Idem tenet Franci. in eodem capit. primo de accuſat. unum tantum addit dictis Archid. & Ioan. Mo. quòd inquantum dicunt tũc ordinem eſſe de ſubſtantia, & de neceſsitate, ſi à parte petatur; dicit enim ipſe id eſſe verum, quo ad hoc, vt poſsit appellari, non autem vt proceſſus reddatur nullus abſque appellatione, Ioan. de Ana. in dicto cap. qualiter, & quando. §. debet videtur ſequi hanc opinionem, tamen dicit tantum ꝓcedere quando reus eſt confeſſus, & non petȳt capitula ſibi tradi, non tamen quando reus eſt conuictus; quia licet ille non petierit nihilominus videtur auferri defenſionem rei, per non exhibitionem capitulorum. Et ideo infert, quòd text. in capitu. ȳ. eodem lib. vi. de accuſa. qui loquitur in conuicto in proceſſu in quo eſt omiſſa infamiæ probatio non habet locũ in conuicto, cui non fuerunt exhibita capitula, quia non exhibitio capitulorum (ut dixi) aufert defenſionem reo, Ioan. de Ana. in effectu (vt uides) firmat opinionem, quòd ſi reus eſt confeſſus non requiritur quòd exhibeantur, capitula, ſi ipſe non petȳt, at ſi reus eſt conuictus requiritur ꝙ exhibeantur, licet ipſe non petierit. Prapoſi. in dicto cap. de accuſatione colum. 34. ſequitur (poſt multa) hanc opinionem, dicens tanquàm fauorabiliorem reis eſſe amplectandam. Marſi. in ſua practica crimi. §. nunc uidendum, late diſcutit, tandem facit longam diſtinctionem (quam aliàs ſimpliciter ſequutus ſum in practica mea crimina.) dicens, quòd aut reus inquiſitus eſt ruſticus, & tunc eo etiam non petente, debet ſibi tradi copia capitulorum, aut eſt ſagax & litteratus, & tunc eo non petente non debet exhiberi & tradi. hæc ille, Cuius opinio pro certo mihi non placet, nam differentia ruſtici, & litterati non eſt facienda, quia licet inquiſitus ſit ruſticus: habet ſeu habere poteſt aduocatos & procuratores, & ſi non haberet dandi eſſent per curiam ſeu iudicem inquirentem, qui quidem aduocati & procuratores pro reo interuenientes bene ſolent ſupplere pro reo, & pro eo petere petenda, ſicut ſolet petere reus litteratus, & ſic nulla poteſt conſiderari ratio diuerſitatis. Præterea aut eſt de ſubſtantia exhibitio capitulorum; aut non eſt de ſubſtantia. primo caſu, ſiue reus eſſet litteratus, ſiue ruſticus ſemper deberet fieri exhibitio capitulorum. Secundo caſu, ſi exibitio capitulorum eſſet ad bene eſſe, & ex congruitate, ſiue litterato ſiue ruſtico reo non exhibeantur, nihil eſſet. ſicque eius diſtinctio non habet ſaporem. Ego autem teneo audacter eſſe de neceſsitate exhibenda, & ædenda capitula, non autem ſolum de congruitate. Hoc autem mihi ineuitabiliter probat tex. in d. cap. qualiter et quando

Opi. Fran. *Opi. Ioan. Ana.* *Opi. Prop.* *Opi. Mar.* *Opi. d. Author. contra omnes.*

§.debet in illis verbis,& exponenda ſunt ei illa capitula,de quibus fuerit inquirendum. Nam exponere eſt extra ponere & emittere.Plau.Trucul. 13.ij. Nunc ego iſtos mundolos urbanos amaſios hoc ictu exponam, & Cæſ.4.bell.Gal.593.quibus ex nauibus quum eſſent expoſiti milites Ali bi ædere,& exponere idem ſignificant, Cic.3.de legi.67. Apud eoſdem, qui magiſtrant abierint ędant,& exponant, quid in magiſtratu geſſerint, deque ijs Cenſores præiudicent, ergo cum exponere ſit extra mittere,& ædere,& tex.dicat exponenda ſunt,ſequitur quod eſt de neceſsitate.Pręterea ratio quam aſsignat tex.quare capitula ſunt exponenda eſt,vt reus

48 facultatem habeat.ſe defendendi. ℭ Defenſio eſt de iure naturali,& etiã diabolo non eſt deneganda,& princeps auferre non poteſt, iuribus vulgaribus.ergo cum ratio ob quam capitula danturſit neceſſaria. ſequitur quod antecedens ſit etiam neceſſarium . Nam proculdubio procederet iſte ſillogiſmus, omne quod reſpicit defenſionem reorum eſt neceſſariũ, datio & expoſitio capitulorum reſpicit defenſionem reorum. ergo datio

Defenſio eſt de iure naturali,& nemini denegãda

49 & expoſitio capitulorum eſt neceſſaria . ℭ Tex. enim in l.& ſi nõ defendatur.ff.de pœn.expreſsè voluit, quod ſi reus non defendatur per ſeipſum,neque per alium ſuo nomine debet defendi per ipſum iudicem. Ecce quod ille text.clare probat contra opinioem prædictorum doctorum dicentium quod reo non petente, non eſt de neceſsitate, nam ſi reo non petente,iudex debeat defendere, ſequitur quod ſiue petantur capitula, ſiue non petantur danda ſunt. Tex.enim in capt.primo de cauſa, in ſexto procedit in caſu ſuo.ſ.quando eſt confeſſus reus nam. tunc non cadit expoſitio, & datio capitulorum.tunc enim tantũmodo habet ſe defendere contra confeſsionem. inquiſitio enim per confeſsionem eſt verificata & probata, vnde nimirum ſi datio capitulorum non ſit neceſſaria.

Reus ꝑ ſeipſum, neque per alium ſe defendẽs, debet a iudice defendi.

50 ℭ An iudex eccleſiaſticus teneatur, & debeat ſtatuere terminum accuſare volentibus & deinde procedere ad inquirendum vel recta via poſsit procedere? Gloſ.ordinaria in verbo conſtitutio in cap.inter de purga.cano,videtur diſtinguere,quod aut extat accuſator, & cum illo proceditur aut nullus extat,& tũc ſi clericus apud iudicem infamatur de aliquo delicto, debet Epiſcopus, ſeu eius vicarius ſtatuere terminũ perſonis offenſis,ſeu omnibus accuſare volentibus,& ſi aliquis comparuerit,debet audiri cap.omnibus.ij.q.v.& xv.q.v.cap. 1.et ſi conuincatur canonicè puniatur. *Si* non appareat accuſator,debet mouere clericum,ſecundum qđ dicitur in cap.ij.de purga.cano. ideſt vt primo moueatur ſeorſum ab epiſcopo, deinde ſub duobus vel tribus teſtibus, & ſi ſe non emendauerit, Epiſcopus eum publica increpatione admoneat. Et ſi ſe non corrigat, tunc ſuſpendatur. Et ſi mala fama illius crebeſcit,poteſt epiſcopus inquiſitionem ex officio ſuo contra illũ facere cap.qualiter,et quando de accuſa. Panormitanus in d.ca. inter,aliter diſtinguit, dicens quod aut Epiſcopus, ſeu ſuperior habet probationes promptas, & tunc non eſt neceſsè, nec vtile, ſtatuere terminum accuſare volentibus, quia poſſet ſupponi amicus & fieret colludium. Item quia non apparente accuſatore via inquiſitionis eſt ordinaria cõtra infamatum de iure canonico. vt probatur in cap.qualiter el.ij. de accuſa, & ibi etiam glo. dixit quod non eſt vtile

Inquiſitio an ꝓcedat,ſi nõ procedit terminus accuſare volẽtibus.

Opi. gloſſ.

Opin.Abb.

præfigere

præfigere talem terminum. Si uerò non habet probationes promptas, poteſt, ſi vult ſtatuere terminum accuſare uolentibus ſed non eſt neceſſe. Satis. n. eſt quod accuſator ſe non offerat; unde ſatis eſt, quod poteſt procedere ad purgationem indicendam: patet in cap. ex tuarum eo. titu.

Opi. Anto. But. Anto. de Butr. in d. cap. inter nihil aliud dicit, niſi quod poteſt iudex, ſi uidit crimen poſſe probari, procedere per inquiſitionem ex officio nec aliquid dicit, ſi requiratur terminus, licet ex uerbis eius colligatur, non requiri. gloſ. in cap. præsbiter ſi a plebe ij. q. iiij. tenuit eandem opinionem quam tenuit in d. c. ij. Alia gloſ. in cap. qualiter & quando de accuſa. la prima ibi ſed melius dicit (relata opinione ſua de qua ſupra) ꝙ melius eſt quod iudex a principio recta uia inquirat. Et ſi conſideretur bene

Opi. Io. An. gloſ. in d. ca. inter, ſe remittit ad dicta per eam in d. cap. qualiter. Sed ad uerte ſecundum Io. de Ana. in d. cap. qualiter & quando quod ratio gloſ. in d. cap. qualiter, non infert neceſſario, quod non debeat terminum ſtatue-

Opi. Specu. re iudex accuſare uolentibus. Ideo Spec. in tit. de inquiſitione. §. nunc tratemus ī uerbo porrò dat aliam rationem quod ideo talem terminum iudex non debeat ſtatuere; quia accuſatio eſt illaudabilis cap. ſiquis Epiſcopus ij. q. vij. Io. And. in d. cap. qualiter dicit quod ratio Specu. modicū aut nihil ualet: Ideo ibidem ipſe dat aliam. uidelicet: quia poterit eſſe, quod ſubmitteretur accuſator amicus accuſati, cum quo accuſatus colluderet; ſed ut ipſe dicit, timor pœnæ talionis uidetur tollere ſuſpitionem colluſionis: fatetur tamen quod ubi uigore ſtatuti nō haberet locum pœna talionis, quod tunc timor colluſionis non procederet Abb. in d. c. qualiter dicit quod dicta ratio colluſionis procederet, etiam ubi haberet locū pœna talionis: quia accuſator amicus accuſati poſſet ita ſimpliciter accuſare, & probare quod excuſaretur à calumnia: & accuſatus abſolueretur. per id quod habetur in ca. 1. de electio. lib. 6. & ideo concludit quod iudex à principio debet inquirere. Et cum iſta opinione tranſit Ioan. de Ana. tu conſidera quod ratio timoris colluſionis non eſt generalis, nā non procedit quando aſsignaretur terminus perſonis offenſis, cum quibus non cadit timor colluſionis. & ſic cum ratio non ſit generalis, non eſt bona. ¶ Qua de re ego puto, dandam eſſe aliam rationem, etiam ex mente do. Cardi. in cle. ſæpe. §. fi. iij. q. de uerb. ſignifi. uidelicet.

Opi. do. Auctoris. ¶ Quia de iure canonico accuſatio, & inquiſitio à pari procedunt, & 51

Accuſatio et iquiſitio a pari procedunt. Et vtraq; ē ordinarium iudiciū.

utraque eſt iudicium ordinarium cap. ſuper his de accuſa. cap. qualiter & quando. §. ad corrigendos eo. tit. Et ſic cum ſit inquiſitio ordinarium remedium: non oportet expectare accuſatorem, an uelit accuſare, uel non: ut ꝑ inquiſitionem poſsit procedi; uoluit & ibi Bal. in l. ea quidē 8. col. de accuſa. & Inno. in. c. dilecto extra de sē. exc. in 6. & ita, poſt multa tenuit Io. de Ana. in d. cap. qualiter, licet prius impugnaſſet; quod diceretur extraordinarium remedium inquiſitio, ſed illud dicit poſtea procedere reſpectu accuſationis, ſed habitatio reſpectu quod de iure canonico regulariter eſt permiſſa inquiſitio dici debet ordinarium remedium. Et in tantum de iure canonico eſt remedium ordinarium inquiſitio, quod ſuperueniēte accuſatore, non ſilebit inquiſitio, vt bene firmatum reliquit Præpoſſ. in capitu. de accuſatione. 43. col. ij. q. viij. Et per hæc concludo male dixiſſe

Hiſpa.

Hiſpa.in ſua pract.in c.vi.uerſus finem quatenus concludebat,quod ſem per quod perſona offenſa eſſet nota,& ſciretur,deberet requiri,& ſibi da ri terminus ad accuſandum ſi uoluerit.Nec diſtinctio Sali.in l.ea quidem C.de accuſa.quam ipſe magnifacit:habet locũ de iure canonico, ſed be ne de iure ciuili:ut bene aduertit Robert.Maran in ſuo Specu.in vi.et ul

Auctor contra Hiſpa. Auctor contra Sali.

52 tima parte num.47.et 48. ¶Pulcherima quæſtio nobis ſe offert; & quæ alias magnam dubitationẽ multis contulit, an Epiſcopus & ſic inferior a Papa poſſit inquirere, capere, carcerare, ac punire laicos ſuæ iuriſdi ctioni ſpirituali ſubiectos propter aliquod delictum? Et prima facie ui detur dicere dicendum,quod non, niſi in crimine hereſis.primo per tex. in cap.cum Epiſcopus de offi.ordi.ibi enim dicitur poſſe Epiſcopum ca pere,& carcerare pro criminibus,clericos:ergo a contrario ſenſu negatur de laicis.ſecundo, quia iuriſdictionis ſunt diſtinctæ, & ſic laicus habet iuriſdictionem in laicos, & eccleſiaſticus in clericos cap.quoniam.in x. diſtinctio.Tertio, quia in caſibus in quibus Epiſcopus habet iuriſdictio nem in perſonis laicis, debet uti cenſuris eccleſiaſticis. extra de foro com.c.cum cap.laicus in vi.& tamen ſibi loquitur de periurio quod eſt crimen eccleſiaſticum.Quarto, quia habemus tex.in Authe.de manda. prin.§.ſi uero canon colla.iij.ubi innuitur & clare probatur quod præſes cum Epiſcopo cognoſcere debet in crimine eccleſiaſtico.Et ſic manife ſtè patet quod Epiſcopus ſolus non poteſt.Ad idem habemus tex.in l.pla cet.C.de ſacr.ſanc.eccle.ubi habetur quod ſacrilegium per eccleſiaſticũ & ſecularem punitur & iudex eccleſiaſticus excõmunicat, & ſecularis deportat.& hanc opinionem tenuit Io.And.in Addictio.Spe.in rubrica ubi dicitur quod communiter tenetur inferiores a Papa non poſſe laicos capere & punire.Et ſequitur Imo.in d.c.cũ Epiſcopus dicens quod po tuit eſſe ratio,quia forte Papa noluit tantam poteſtatem concedere infe rioribus ne uſurparent iuriſdictionem.Et pro hoc allegat glo.in clem.1. de uſur.in uerbo cenſuram.ubi habetur quod uſurarij per cenſuram co guntur ædere libros ſi per ſeculares iudices non cogerentur. Allegat etiam dictũ Inno.in ca.ſignificaſti de offi.dele.ubi dicit (ſecũdum eum) quod ubi facienda eſt exequutio in bonis laici etiam in caſu quo alias po tuiſſet fieri, debet fieri per ſeculares iudices,ſed ibi Innoc.loquitur in de legato & non in ordinario iudice eccleſiaſtico.Imo in fine videtur tene re quod ſiue ſit delegatus, ſiue ordinarius,ipſe per ſe poteſt ſuam ſenten tiam exequutioni demandare.& ſic Inno.(ſalua pace)non recte allega tur per Imol.& hanc opinionem videtur ſequi Boer. deciſio.227.nu.x. 2.parte & Maſuer.in praxi ſua in tit.de iudi.& eo.iu.num.20.Sed iſtis,et ſimilibus non obſtantibus dico contrarium eſſe dicẽdum.Et primo quia qualitas delicti fecit illum laicum de foro eccleſiæ.Auth.item nulla.C. de Epiſc.& cler.cap.cũ ſit, & cap.ex tenore de for.compe.Item quia in cap.1.đ off.ord.in vi.dicitur quod eccleſiaſticus in iſtis criminibus eccle ſiaſticis poteſt implorare brachium ſeculare non tamen diſtinguit inter clericos, & laicos.& iſtam partem tenuit Dom.a ſan.Gemi.in d.cap cũ Epiſcopus dicens, quod ſibi nunquam placuit illa opinio contraria. Et pro hac parte(dicit ipſe) quod nulli dubium eſt quod poteſt eccleſiaſti-

Inquiri capi & carcerari an poſſit laicus pro delicto eccleſiaſtico.

Opi. Ioan. And.

Opi. Ioan. de imo.

Auctor contra Ioan.de imol.

Opi. Boer.

Opi.do.Auctoris.

ſcus capere laicum pro crimine hereſis; item etiam habemus quod poteſt etiã laicum capere pro crimine ſortilegĳ.vt eſt tex.cum Gloſ.xxvi.ca.q.v.contra idolorũ,& ſic proprie in caſu, & dicit ibi tenere hoc Gloſ.& ſecundum eum tex.ille loquitur de laicis;Nec ſecundum eum obſtat, quod crimen ſortilegĳ ſit hereſis crimen.quia dicit ipſe non eſſe verum, eo quia differt quod patet ex diuerſitate titulorum de here.& ſortile.prę terea(dicit ipſe)nos habemus tex.quod Epiſcopus etiam carcerat ſacrilegum,ut xxvĳ.q.iiĳ.cap.attendendum alias xvĳ.q.iiĳ.Nec dicit obſtare quod ille tex.non loquatur ſpecifice de laicis; quia dicit ipſe quod loquitur indiffinite contra ſacrilegos; ergo (ſecundum eum) indiffinite debet intelligi cap.ſi Romanorũ xix.diſt.quia in crimine ſacrilegĳ eccleſiaſticus eſt competens etiam inter laicos.cap.cum ſit generale, & c.conqueſtus extra de for.competen.Ergo intelligitur contra quoſcunque ſacrilegos ſuæ poteſtati ſubiectos:Item (dicit ipſe) quod eccleſiaſticus carcerat laicum in crimine ſtupri.vt in cap.ĳ.de adult.&(ſecundum eũ) ille tex.loquitur in laico,quod dicit probari,eo quia dicit quod ille erat plectendus pœna legis ciuilis, ergo ſequitur quod laicus erat; quia clerici non puniuntur pœnis legalibus.c.ad reprimendam de off.ordi.in vi. Item alia ratione patet illum tex.loquit.de laico, quia primo uult quód contrahat matrimonium cum illa;Nec dicit, ipſe quod eſt bene dicere, quod eſt ſpeciale in illis criminibus; quia qui iſtud dicit debet allegare cauſas ſpecialitatis.& tenendo iſtam partem, dicit non obſtare tex.allegatos pro contraria parte quia omnes probant opinionem contrariam

Argumẽtũ a contrario ſenſu quando non procedat.

¶ Sumpto argumẽto a contrario ſenſu,quod argumentum non procedit 53 quando reperitur contrarium ſtatutum a iure.Gloſ.in cap.ſignificaſti de for.competen.non enim ſequitur Epiſcopus excommunicatur laicũ, ergo nõ poteſt capere.quia iſtud ultimum non negat tex.expreſſe. et hanc opinionem ſimpliciter refert & ſequitur Fran.in d.c.cum Epiſcopus.& hanc opinionem uidetur tenere Maria.Socy.in ca.cum ſit generale de for.comp.in fine, & Ana.in c.ĳ.de adult.& in rubrica de ſortile,&in ca. qualiter & quando il ĳ.§ ad corrigendos vĳ. col.de accu.& Steph.Auf. in repet.cle.i.de off.ord.in v.q.prin.& in tract.de poteſta.eccle.ſuper lai. 1.q.licet dixerit quod communiter tenetur contrarium. Eſt tamen ad uertendum quod nemo reſpondet ad §.neque occaſione de mand.prin. & ex illo tex.Sebaſtia.Neapo.in c.regni item ſtatuimus quod officiales uel ſeculares dicit quod quando de crimine hereſis,& alĳs peccatis proceditur contra mærum laicum:tunc Epiſcopus & præſes inſimul procedunt.Et idem uoluit Glo.in Authe.clericus.C.de Epiſc.& cler.in verbo Epiſcopalis,& Alber.de roſa.in d.Authe.clericus dicit quod eccleſia ſolũ cognoſcit de crimine quod pertinet ad fidem,& non de alĳs criminibus, etiam ratione peccati.In quibus tamen eſt ſummopere conſiderandum quod circa prædicta extat conſtitutio regni incip. maieſtati noſtræ quæ expreſſe permittit iudicibus eccleſiaſticis capturam, carcerationem, & punitionem laicorum in adulterio.& mãdat expreſſe quod ſeculares iudices ſe non intromittant.& ſic ſi in crimine adulterĳ hoc ſit,quanto magis in crimine ſortilegĳ & alĳs?& notandum eſt quod Sebaſtia.Neapo.

in d.c.

in d.c.item ſtatutimus remittit ſe ad determinationem dictæ conſtitutionis.& ſic uidetur recedere à prima ſua opinione. Nec obſtat dicere ꝙ ille tex.in conſtitu.maieſtati procedat, quo ad ſeparationem thori,& ſalutarem pęnitentiam peragendum quia licet poſſet attentari contrariũ contra opinionem tanti uiri per illa verba tex. iudicetur & corrigatur. Nihilominus ſequendo eius intellectum, ſat enim erit quod ex illo tex. habemus quod eccleſiaſticus poteſt capere,& punire laicos pœna canonica ſine interuentu præſidis ſecularis iudicis. & ita etiam tenet Yſer.in tit. quæ ſint regalia in verbo contrahentium inceſtas nuptias. ad quem ſimpliciter ſe remiſit Neapo.ubi ſupra. Nec ex hoc nego quod etiam iudex ſecularis quando tractatur de imponendo pœnã legalem poſſet procedere in iſtis criminibus eccleſiaſticis. Nam ſi aliter diceremus, quod ubicunque tractatur de materia peccati non poſſet cognoſcere niſi eccleſiaſticus ex toto euacuaretur iuriſdictio ſecularis ſecundum Petr.de ancha.in capitu.ea quæ de regu. iur.in repet. in vi.ſecunda quæſt. princ. & Zaba. in capitu.ciuitate de vſur. Bald. in l. filium.ff. de hiis qui ſunt ſui
54 uel alie.iur. ¶Crimen autem ſortilegii eſt crimen mixtum & uterque iudex cognoſcit, & inter eos habet locum præuentio. ſecundum Abba.in d.cap.1.de ſortil.& probatur in c.contra idolorũ xxvi.q.v.& in cap.epiſcopi. & C.de male. & Mathe.ex quibus iuribus conſtat in utroque foro puniri tale crimen. Nec eſt uerum dicere, quod iudex eccleſiaſticus tantũmodo poteſt procedere ad monitionem, & cenſuras ecleſiaſticas, quia loquendo de ſortilegio, imponit graui ſsimas pœnas. quæ pro hereſis ſolent imponi. quando ſortilegium ſaperet hereſim, ſi uero non ſapit hereſim, & tunc etiam imponit grauiores pænas, nam ſi ſunt uiles perſonæ, poteſt mittare, & fuſtigare, & aliis ſimilibus pęnis de honeſtate digniores uero poterit relegare, vel ad perpetuos carceres condendare cap.cõtra idolorum xxvi.q.v.& d.cap.epiſcopi ea.ca.& q. Concludo igitur quod iudex eccleſiaſticus poteſt capere, inquirere, & punire laicos pro ſimilibus criminibus eccleſiaſticis, & quod habet locũ preuentio; & quod donec cognoſcit, inquirit & punit eccleſiaſticus: non poteſt & debet ſe intromittere, & turbare ſecularis per prædicta,& maxime per d.coſt.maieſtati quæ ita intelligitur, & per d.cap.item ſtatuimus quod officiales,& ſeculares perſonæ. Nec etiam obſtat dicere ꝙ non poteſt & eccleſiaſticus procedere in dicto crimine per inquiſitionẽ: quia contrarium dictat tex.in d.cap.epiſcopi, ibi modis ſtudeant elaborare. & probatur etiam in d.cap.contra idolorum; & Io. And.in cap.ad noſtram lo.ii.ſuper gloſ.ij.de iur.iuran. dicit quod Epiſcopus poteſt inquirere de omni crimine.reſpectu pænitentiæ peragendæ. & ita intelligit cap.ij.de offi.ordi.& eſt bona glo.in ca.vi.i.q.i ſed de hoc habuiſti ſupra. Et dicit Dom.in cap ij.de coſti.in fi.i.col.quod ad euitandum peccatum poteſt Epiſcopus ſtatuere etiam contra laicos de omni crimine. Et aduerte quod iuri Romano, de quo in d.§.neque occaſione derogatur per dictam conſti.maieſtati.ut aduertit do. Bartolom.de Capua.ibi & tenet per illam poſſe ſolum Epiſcopum cognoſcere contra laicum, de crimine eccleſiaſtico. Dom, Pet.de mo.for.ibi dicit procedere quando agitur

In crimine ſortilegii mixto locũ hẽt inter iudices peruẽtio.

Concluſio.

tur ad pœnam canonicam infligendam: ſecus ſi agitur ad ciuilem, & ita
etiam tenet ibi Bla.de Murco.Reſtat tamen firmum quod tex.in d.§.ne-
que occaſione derogatum eſt, hodie p̃ dictam coſti.maieſtas & pariter
illi.§.derogatur per d.cap.regni,item ſtatuimus. Et ſimiliter extat ca.
Papæ Honorij uerſi.item ſtatuimus quod officiales, & ſeculares pſonæ
Ep̃s nõ habet territorium.
inter regias prag. ¶Licet gloſ.in cap.cum inquiſitionis de hæret.in vi. 55
teneat,quod Epiſcopus non poteſt capere laicum,eò quia non habet ter
ritorium. Hodie tamen in regno adeo arctata & ſtrangulata eſt eccleſia
Practica.
ſtica curia quod uix de meris clericis cognoſcit. Id autem unde proce-
dat neſcio. ¶Redeūdo nunc ad rem, unde digreſsi ſumus: circa pra-
cticam.ſciendum eſt quod receptis probationibus pro curia inquirente,
& pro inquiſito ſit publicatio proceſſus, dabiturque copia ipſi inquiſito
cum termino ad uiſitari ſeu percunctari faciendum acta. Et uolente in-
quiſito dare obiectum contra teſtes, ſeu facere repulſam ſibi eſt dandus
terminus,ſicut fit in foro laicorum. & latius uidebimus intra ſuo loco,&
De eodem.
tempore. ¶Et ex tunc cauſa inſtructa cenſetur concluſum in cauſa,quo
Concluſio in cã os iudici, & parti claudit.
ad partem inquiſitam, nec aliter eſt concludendum ſi proceditur per in-
quiſitionem. ¶ Quia concluſio in cauſa os iudici,licet claudat & parti 56
De eodem.
ut nota.glo.in cle.ſæpe in uerbo interrogetur de uerbo.ſignifi.Innoc. in
cap.paſtoralis de cau.poſſ.& propriera,& habetur in cap. cum dilectus
de fid.inſtru.ſecundum Prępoſ.in d.cap.de accuſatione ii.q.viii.46.col.
licet quandoque in curia Archiepiſcopali Salernitana fieri feciſſem.
¶Demum ſecundum ſtilum Romanæ curiæ, & noſtræ datur alius ter-
minus inquiſito ad producendum omnia. Datur tamen iſte terminus in
medietate poſt publicatum ante concluſionem, & fiſco ad dicendum po
ſtea contra producta, & ſucceſsiue inquiſito ad ſaluandum ea.ut intra
ſuo loco uidebimus .ſecundum uero ſtilum aliarum curiarum eccleſiaſti
carum de regno citatur tantum ad dicendum et allegandum quicquid di
Citatio ad ſniam an requiratur.
cere & allegare uoluerit. ¶Demum citabatur inquiſitus.ad ſententiam 57
licet Præpoſ.ubi ſupra tenuerit quod non requiratur citatio ad ſentẽtiã
propter licentiam procedendi, & perficiendi proceſſum quæ (ſecundũ
Inquirens ex delegatione qñõ ꝓcedit.
eum) ſolet dari ab inquiſitis curiæ tamen hodie talis licentia non datur.
¶Aliquando ad inquiſitionem proceditur per iudicem delegatũ uirtu 58
te commiſsionis,& tunc aut eſt commiſſa inquiſitio generalis contra ca
De eodem.
put & membra,ad inſtantiã alicuius certæ perſonæ:aut ſpecialis contra
certam perſonam aliquo procurante aut nemine procurante primo caſu
debet iudex delegatus citare tam eum qui fecit committi inquiſitionem,
quam eos contra quos commiſſa eſt inquiſitio, capta prius, uel non ca
pta informatione de expoſitis criminibus.ut nota.in cap.ad petitionem
extra de accuſa. ¶Imò dicit ibi do. Abba.in i.nota.quod ſi ex inquiſitio 59
ne generali facta ex commiſsione reperitur aliquis culpabilis, poteſt pu
niri ex probationibus receptis in dicta inquiſitione generali abſque eo
quod denuo examinetur. ſed ſatis eſt: citari eum{& quemlibet nomina
rim ad opponendum, quæ opponere uoluerit aduerſus illam inquiſitio-
nem; & hoc intelligit procedere,qñ inquiſitio eſſet formata contra certũ
collegium perſonarum, quia tunc in effectu inquiſitio uidetur fundata
contra

contra quemlibet. Et ideo (ſecundum eum) repertus culpabilis ex priori tela iudicij venit plectendus. allegat ſimilem tex. in cap. per inquiſitio
59 nem extra de electio. ℭSed aduertas, ne erres quod ſine inquiſitio formatur contra certum genus perſonarum ſiue generaliter contra aliquas perſonas nominatim; ſemper debent teſtes recipi, parte citata; dictum autem Abba. procedit & habet locum, quando inquiritur ex delegatione ſummi Pontificis ſuper ſtatu eccleſiæ ſuæ tam in capite quam in membris. Nam tunc verum eſt id quod dicit do. Abb. Et ita loquitur ille text. & eſt ratio quia tunc proceditur manu regia, & non datur libellus, nec fit litis conteſtatio, ut extra de teſti. cap. cum olim. proceditur enim tūc de plano, & ſine ſtrepitu cap. olim extra de accuſa. procedit etiam quando non inquiritur principaliter & ſpecialiter ad pœnam; ſed quando agitur contra ſingularem perſonam, aliquo inquiſitionem promouente, vel non, tunc proceditur ordinariè facta litis conteſtatione, & datis defenſionibus, & copia dictorum & nominum teſtium arg. cap. qualiter, & quando extra de accuſa. el ij. ſecundum Spec. in tit. de inquiſ. §. viſo igitur nu. 4. & 5. ℭQuando enim (ut ad rem propoſitam reuertar) proceditur per inquiſitionem per iudices delegatos ſuper ſtatu monaſterij, tunc partibus præſentibus, is qui proſequitur proponet qualiter monaſterium eſt infamatum, apud bonos & probos viros ſuper talibus criminibus, adeo quod hæc infamia peruenit ad ſuperiorem frequentibus clamoribus, ſupplicat igitur, quod in ipſa inquiſitione procedat manu regia, ſolum Deum habens pre oculis, & ſine perſonarum acceptione. iuxta traditam ei formam. & tunc facit legere commiſsionem, & ſi pars aduerſa habet aliquas exceptiones, quibus poſsit promouentem illam inquiſitionem reppellere, illas proponat. & ſimiliter ſi habet exceptiones contra commiſſarium, & delegatum, ſeu reſcriptum, ſi autem nullas exceptiones opponere voluerit, & tunc procedat in cauſa, vel cauſam remittat ad ſedem Apoſtolicam, præfigendo partibus terminum peremptorium, quo ſe Apoſtolico conſpectui præſentent. Iuſtam (dante domino) ſententiā recepturis. Si autem inquiſitio commiſſa eſt, nullo promouente, tunc citato eo contra quem inquiritur legatur ſibi commiſsionis littera, & eo nihil opponente, debent ei exponi & declarari illa capitula, de quibus fuerit inquirendum; vt facultatem habeat ſe defendendi. Et non ſolum dicta, ſed etiā nomina teſtium ſunt ei publicāda; ad effectum ut appareat quid quale, & quantum ſit prolatum. ſed ſi in commiſsione ſunt ſpecificata crimina: tunc non aliter fiunt capitula. Sufficit enim ut legatur cōmiſsio in præſentia eius contra quem inquiritur. argu. cap. ſi primo text. v. q. ij. quibus lectis deferatur iuramētum de dicendo veritatem plenam, & meram ſuper illis. ℭ Et ſi fortaſſe is contra quem inquiritur habuerit ſuſpectum commiſſarium: licitè poterit illum recuſare cap. ad petitionem extra de accuſa. & cap. qualiter el. ij. uerſ. ſed cum ſuper eod. titu. & cauſam ſuſpitionis proponat, & ſuper hoc arbitri debent eligi cap. ſuſpitionis extra de offi. deleg. & cap. legitima extra de appellat. ℭEſt etiam aduertēdum quod quando inquiſitio committitur per Papam ſeu alium ordinarium, debet ſummopere cōſiderari forma reſcripti & commiſsio

Teſtes an ſemper recipi debeant pte citata?

De eodem.

De eodem.

nis; nam ſi in reſcripto dicatur quod Petrus, & Ioannes multa enormia nunciauerunt, de eo contra quem præcipitur inquiri, tunc debet excipi: quod illi Pet.& Io.ſunt eius inimici & maleuoli ac criminoſi. Item quod non zelo iuſtitiæ,ſed tipo malitiæ talia ſuggeſſerunt. Sed eſt aduertendũ quod talis exceptio iuuat in ſpeciali inquiſitione tantum, vel quando tractatur de remouendo ab adminiſtratione. ita tex.notat in cap.cum I.& a. extra de re. iudi. non autem in generali ad pœnitentiam peragendam ita Archi.in cap.Deus.i.col.verſi.adde dicas.ij.q.i.vbi non curatur quis in talibus denunciet, vel teſtificetur. Item quod illa ſunt falſa cap. oporteat & cap.qualiter el ij.extra de accuſa.offeratque ſtatim probaturum; quia eo caſu inquiſitor tenetur ſuperſedere donec probetur. Et ſi probatur: debet eidem indici purgatio. quod ſi non probatur proceditur in inquiſitione ipſa.d.cap.cum oporteat & d.cap.qualiter. Item poteſt opponi ꝙ non eſt infamatus de delicto. & ideo non poteſt inquiri; ut ſupra dixi. Et bene dixi,quod debet opponi, quia ſi eſſet proceſſum abſque infamia, & non opponeretur: proceſſus valeret. ſecuudum Fran. Are.in ca. qualiter & qñ Io.i.iij.colum. uerſic. ſed illa concluſio de accuſa.& hanc refert eſſe communem opinionem. ℭ Item notandum eſt, quod ſi inquiſitio eſt commiſſa ad inſtantiam unius qui legitimis exceptiõibus eſt repulſus: tunc ſi in reſcripto & commiſsione eſt inſertum nomen eius, ſi alter voluerit ſubintrare ad proſequendam inquiſitionem,uel iudex ex officio ſuo, uoluerit proſequi: certé non admittitur. nec iudex ex officio poterit procedere. Si uero nomen eius qui demum repulſus eſt, non eſt appoſitum in reſcripto.& tunc admittitur alter, & iudex ex officio poteſt proſequi.c.cum oporteat de accuſa. propè finem & ita tenet Specu. in titu. de inquiſitio.§.i.num.23.do.Abba. in d. cap. cum oporteat dicit quod ſi Papa committit inquiri de fama tantum etiam ſi impetrans, & ſpecificè nominatus in commiſsione fuerit repulſus: nihilominus ſi conſtat de fama per teſtes idoneos,poteſt procedi ad ulteriora: quia vbi mandauit inquiri de fama,non habuit reſpectum Papa ad impetrantem. & ita dicit fuiſſe de mente innoc.ibidem.

De eodem.

ℭ Sed nunquid ſi opponantur aliquæ exce- 60
ptiones contra inquiſitionem, & quod non poteſt procedi in inquiſitione; an ſint admitiendę probationeș ſuper dictis exceptionibus antequam procedatur in cauſa principali? & Spe. in d.§.i.nu. 24. arguit pro & contra, tandem dicit, quod debent admitti probationes ſuper dictis exceptionibus.per tex.in cap.exceptionem extra de excep. & cap. in præſentia extra de ſenten. excom. tamen ſuper hoc puto eſſe diſtinguendum, prout eſt de mēte Abb.in d.c.exceptionem inter exceptiones dilatorias, & peremptorias. ut ibi per eum. de quibus ſuo loco dicemus.

Exceptiõibus contra inquiſitionē oppoſitis, ñ poſſe.ſ.procedi,probationes an ſuper eiſdē admittantur?

ℭ Qualiter autem cognoſcatur,quod ſit mandata inquiſitio: ecce in litte- 61
ra Papæ dicitur quod ſuper propoſitis coram Papa ueritas inquiratur,an dicatur iſto caſu commiſſa inquiſitio? & in hoc Spec.in titu.de inquiſi.§.i. nume.25.dicit quod licet in reſcripto dicatur inquiras. non ex hoc dicetur inquiſitor,vt debeat procedere per modum inquiſitionis, ſed procedere debet ſecundum formam iuris, & maximè, ſi dicatur vocatis vocãdis; ut in cap.exhibita extra de iudi,& cap.ſuper his extra de teſti,cogen.

De inquiſitione commiſſa qualiter cognoſcatur.

Sed

Sed ſi in reſcripto dicatur ex clamoſa inſinuatione peruenit, uel perſonaliter accedatis ad locum. tunc eſt inquiſitio mandata. ℭ Eſt etiam inſuper aduertēdum, an ſit commiſſa inquiſitio, & proceditur in modum inquiſitionis: an uero ordinarie & proceditur ꝑ modum ordinariæ poteſtatis & inquiſitionis. Nam primo modo non requiritur quod fiat conteſtatio litis cap. cum I. & A. extra de re iud. ut ſupra dixi. Sed do. Abb. ibi dicit quod tunc eſt uerum, quod non requiritur conteſtatio litis quando inquiſitio fuit commiſſa, & formata nemine promouente. Sed Papa ad ſolā canonicorum denunciationem commiſit inquiſitionem tam in capite quam in membris: ut patet in illo tex. Et ſic canonici qui denunciarūt infamiā Abbatis, non proſequebantur iſtam inquiſitionem. quia inquiſitio pariter fuit commiſſa contra eos. vbi autem aliquo promouente eſſet inquiſitio commiſſa, tunc neceſſaria eſſet conteſtatio litis. ut in cap. cum dilectus extra de purga. cano. Anto. de But. in cap. quoniam. §. ſunt & alij extra ut lit, non conteſt. dicit ex mente Spec. quod aut ſumus in generali
1 inquiſitione, & tunc ſiue adſit proſequutor, ſiue non, non ſit illis conteſtatio. Et ſic dicit loqui tex. in d. ca. cum I. & A. in inquiſitione uero ſpeciali, ſi non adeſt proſequutor inquiſitionis, nulla fit litis conteſtatio. ut in d. ca. quoniam. §. ſunt & alij. Fit tamen quædam quaſi conteſtatio litis quæ eſt inter famam, & reſponſionem factam traditis capitulis (ſecūdū formam cap. qualiter) ad illam iuncta reſponſione. Sed ſi ſit inſtigator, et tunc. ſi eſt tantum aſſiſtens, uel ibi poſitus per iudicem. ut coadiuuet effectum ſuum, & cum eo lis non conteſtatur. (ut eſt hodie ſimplex coadiutor curiæ) ſed ſi eſt proſequutor ſpecialis impetrans, & aſſumens inquiſitionis telam, tunc cum eo facienda ē litis conteſtatio ſecundum Inno. in d. § ſunt & alij. & Hoſtienſ. in cap. qualiter extra de accuſa. & ita intelligenda ſunt quæ dicta ſunt ſuperiori loco. Verum eſt aduertendum ulterius, ne erretur, quod aut agitur in inquiſitione ut quis remoueatur ab adminiſtratione, beneficio, uel officio, aut ut quis puniatur criminaliter primo caſu ꝓcedūt quæ dicta ſunt. de quo uideatur Archi. in cap. Deus, i. col. uerſi. adde dicas ii. q. i. Secundo uero caſu, debet procedi ordinarie. ut eſt de mente eiuſdem Speculat. in tit. de inquiſ. §. i. numer. 32. & 33. & pro hoc uidetur tex. in cap. ſuper his extra de accu. & ibi not. do. Abb. in ult. no. dicens expræſſe quod quando agitur, ut quis remoueatur ab adminiſtratione. uel ut priuetur beneficio cauſa non eſt criminalis.

De eodem. Procurator poteſt interuenire, quādo cauſa nō eſt criminalis.

62 ℭ Et ideo poterit interuenire procurator prout dicit uoluiſſe Fede. de ſen. in conſi. xxiii. alias xxviii. & idem tenet Bal. in l. non ſolum, §. fi. ff. de pro. de quo per Moder. in rub. extra de iudi.

Aut criminibus ſpecificatis uia exceptionis. cap. 7.

SVMMARIVM.

1 Crimina etiam uia exceptionis inducuntur.
2 Practica inducendi crimina uia exceptionis.
3 Procurator admittitur quando crimina inducūtur per uiā

except onis.
4 Cauſa criminalis quæ & quan-do dicatur.
5 Excipere quis poſſit de crimine.
6 Princeps regni an poſſit exci-pere contra electum.
7 Laicus opponens an repellatur propter crimen?
8 Excipiens delictum, debet exci pere verè delictum.
9 Exceptio, tua non intereſt, quā-do opponatur.
10 Exceptio, quòd ſine literis fuit ordinatus ab alieno Epiſcopo.
11 Excipi quæ crimina poſſint, vt quis priuetur beneficio.
12 Beneficio quādo, & quibus cri minibus venit quis priuādus.
13 Delegatio an pſumatur, ſi dicat uicarius, de mandato ſuperioris.
14 Officiali atteſtanti de ordine ſu perioris, verum credatur?

Crimina & via excep tiōis indu cuntur.
De eode m Practica in ducendi cri mina uia exceptiōis
De eodem.

SOLENT quandoque crimina notificari, & induci
per uiam exceptionis; Ne igitur aliqua omittantur, in
proſequutione noſtræ praxis. ℭ Illud ſcire (antequam
vlterius tela noſtra protrahatur) non pigeat, ꝙ crimi 1
na per viam exceptionis adducuntur quando agitur
de confirmando electū, vel inſtituendo pręſentatū, uel
admittendo prouiſum in poſſeſſionē, & no. in c. ſuper
his extra de accu. & no. practici in formu. proc. vbi agitur de modo pro-
cedendi in cauſis criminalibus. ℭ His enim caſibus ſpecificanda & dāda 2
ſunt crimina, illaque ſunt ſpecificanda, prout in libello accuſatorio ſpeci
ficantur, ſecundum ſolēnitatē. l. libellorū, vt dicunt Doc. in d. c. ſuper his.
ℭ Eſt tamen bene verū, ꝙ non erit neceſſaria inſcriptio. ſecundū practi-
cos in d. formul. ubi ſupra. Attamen tex. in d. c. ſuper his tenet, & clare de
cidere videtur, ꝙ quando obiiciunt per uiā exceptionis crimina, vt quis
remoueatur, uel priuetur beneficio obtento, licet inſcriptio non ſit neceſ-
ſaria, tamen debet obiiciens aſtringi ad ſe obligandum ad pęnam extra
ordinariam arbitrio iudicis infligendam. ℭ Vlterius non omittas ſcire, ꝙ
crimina non obiiciuntur contra prouiſum (ad effectum ne mittatur in
poſſeſſionem) cum infamia. ita enim firmat formula. procu. vbi ſupra ti
tulo de deuolu. cau. Et proinde aduertit procuratores, vt ſint cauti quod
excipiendo crimina dicant, ꝙ illa crimina ſunt notoria, & quod ille pe-
tens poſſeſſionem erat, & ſit de illis infamatus, & deinde hoc articulēr,
& probent. ℭ Et Bellame. deciſio. cccl. incip. non ob. voluit poſſe excipi
de homicidio infamia aduerſus electum, vel prouiſum ne mittatur in
poſſeſſione Intelligitur tamen eius dictum, ut procedat quando homi-
cidium vel alia crimina præceſſerunt collationem ſecundū Do. Abb. in
c. cum noſtris de conceſ. præben. ℭ In iſto enim caſu concludunt om 3
nes Docto. admitt. procuratorem, quia cauſa non eſt criminalis, etiam
ſi exceptio deiciat ab obtempo, ratione connexitatis cum iure futuro.
ℭ Nam criminalis cauſa dicitur, cum finis tendit ad uindictam publicā, 4
& ut delictum puniatur debita pœna. Ita voluit Feder. de ſen. conſi. 23
alias 28. & ſequitur Abb. in. d. c. ſuper his. qui pro hoc allegat tex. expreſ
ſum in c. per tuas . l. 1. extra de ſimo. in uerſi. tales. Ceteriq; Doctor. (vt
dixi) hanc opinionem amplectuntur. ℭ Quis ergo admittatur ad exci-
piendum

De eodem.
Procurator admittitur quando cri. mina indu cuntur per uiam exce ptionis.
Cauſa cria lis, quæ & quando di catur.
Excipere quis poſſit

piendum de criminibus contra electum ſeu contra prouiſum? Gloſſ.in.d. c.ſuper his extra de accuſa. videtur tenere quod quilibet etiam ſi ſit crimi noſus & prætendens publicum intereſſe. Innoc. autem ibidem, multū labora (vt dicit do. Abb. ibi) tandem dicit, quod etiam criminoſi admittū tur ad excipiendum, & eſt ratio quia ille qui petit confirmationē, ſeu miſ ſionem in poſſeſsionem, ſi habet aduerſarium debet dare libellum, et litē conteſtari, & ſic agit, ergo contra excipientem de crimine non datur replicatio criminis. Dicit Do. Abb. quod Archidia. in illud 23. diſtin. dicebat quod quando criminoſus, proſequitur propriū intereſſe, admittatur & hanc opinionem (ſecundum eum) ſequitur Io. And. in d. c. ſuper his. Et propterea dicit ipſe do. Abb. quo eſt diſtinguendum: quod aut quis proſequitur proprium intereſſe, & admittitur aut publicum, deberet repelli: ratio eſt quia in ueritate iſte ſuſtinet uicem accuſatoris. de crimine

6 ¶ Et ex his infert ad quæſtionem nunquid princeps regni admittaur ad excipiendum de crimine contra electum? & dicit quod Inno. ibi ſcriptum reliquit quod ceſſante ſuſpicione quod illud faciat cauſa extorquendi pecunias, eſſet præ aliis admittendus arg. 1. 16. q. 1. c. cōſtitutus & c. filiis ea ca. q. 7. Imo plus dicit (ſecundum eum) quod cum timet de coniuratione, ſeu de proditione patriæ aut reuelatione ſecretorum ſuorum, & hoc ratione patriæ, vnde oriundus eſt electus, vel propter parentes ſuos, qui ſibi fuerāt infeſti, ſatis erit audiendus princeps, quia proſequitur intereſſe propriū. & ſequitur ibi Abb. dicens eſſe notandum ad practicā. Et hanc opinionem etiam tenet Io. de Ana. in d. c. ſuper his Sed poſtea in tertia col. eiuſdem c. refert Hoſtiē. dicere, quod hoc, (ſcilicet principem admitti ad obiiciendum crimina) ſit arbitrium, & apparebit ex uarijs coniecturis. Nā ſi offert probationes incontinenti debet admitti. Item dicit ſi ille electus eſſet alias infamatus do. Ant. dicebat quod contra electum in epiſcopū, quilibet ſubditus debet admitti, contra electum in presbiterum curatum quilibet de parrochia, contra electum in prælatum eccleſiæ cathedralis, quilibet diocœſi contra electum ad aliud beneficium ſolum ille cuius intereſt, puta prælatus. ſubdit Io. de An. an. Ibi quod do. Abb. ibi dicit, ꝙ laicus nullo modo poteſt excipere niſi ſua interſit. Clericus vero indiſtinctè debet admitti. per ea quæ nota. in. ca. cum P. extra de accuſ. & uere hæc eſt opi. Abba. vltra ea quæ dicta ſunt ſupra. Laicus enim non admittitur (dicit ipſe) ſi ſua nō intereſt, ut quia patronus vel parrochianus, aut aliter ſua intereſt, quia ſua exceptio habet uim cuiuſdam accuſationis, à qua laicus remouendus eſt, niſi ſuum proſequatur intereſſe. Clericus autem indiſtinctè admittitur, ſi alia cauſa rationabilis non obſtaret: quia ītereſt cuiuslibet clerici, ne præficiatur malus in eccleſia. Item ſicut clericus poteſt accuſare alium clericum, proſequendo ius publicū ita & fortius debet admitti ad excipiendum. & hanc opinionem puto tenendā:

Princeps regni an poſſit excipere contra electum.

7 quam etiam tenuit ibi do. Felyn. paucis additis. ¶ Circa vnum inſiſtit uidelicet: quod laico oponenti crimen non obſtet, licet ipſe dicat quod alias tenuit contrarium. Nam dicit ipſe quod nunc tenet nō obſtaret ei crimen, & hoc ex pluribus & primo per tex. i. c. ille. 24. diſti. ſecundo, quia talis excipiens uenit uoluntate. & hic exceptio habet vim accuſationis,

Laicus oponens an repellatur ꝓ crimen

ut

vt inquit Innoc. in c. ſuper eo de electio. Tertio, quia aliud eſt agere pro priuato intereſſe, aliud pro proprio, etiam parrochianus criminoſus admittitur ad accuſandum, hoc autem uerum dicit, ſi iſte laicus ueniret ꝓprie pro intereſſe, ſuo proprio, & particulari ſecus eſt, ſi ueniret pro intereſſe priuato, & ſic pro intereſſe vniuerſali, ut quia diceret eccleſiam ſibi delatam, ſecundum Innoc. in d. c. ſuper his. Si autem laicus agens, pro intereſſe vniuerſali non proprio motu, & ex ſe ageret, ſed ſtimulatus iudice puta uocatus ꝑ iudicem ad inſtantiam electi, non obſtabit ei crimẽ quod ſublimat, ut ibi per eum. ¶ Dicit etiam Felyn. in loco citato ꝙ crimen quod obiicitur electo, debet eſſe tale, quod neceſſario inferat delictum, alias ſi neceſſario non inferat delictum, nõ obſtabit electo. Vt in exemplis poſitis per eum. ¶ Quando autem opponenda ſit exceptio tua non intereſt. aliqui dicunt quod opponi debet ante litem conteſtatã quaſi ſit declaratoria, aliꝫ vero tenuerunt, quod quandocũque conſtiterit, tua non intereſſe deficit actio: & ex cõſequenti ſemꝑ potuerit opponi quaſi ſit peremptoria ſecundum do. Anto. Car. & Inno. in d. c. ſuper his & iſtã opinionem approbatam reliquit Felin. in d. c. ſuper his in quinta conclu. dicit tamen eam ueram, ubi quis compareret pro intereſſe proprio ſecus ſi publico; quia per litis conteſtationem perſona habiliatur. ſecundo intelligit eam procedere niſi quis uellet opponere hanc exceptionem ad impediendum litis ingreſſum quia poteſt, & debet tunc opponere ante litis conteſtationem. ¶ Si autem opponeretur contra ordinatum quod ſine literis fuit ordinatus ab alieno Epiſcopo tunc per antiquitatẽ temporis, uel etiam propter honeſtam vitam ordinantis, uel ordinati transfunditur onus probandi in opponentem ſecundum Inno. & Hoſt. in ca. innotuit de eo qui fur. or. ſu. & ibi etiam do. Anto. iꝫ. col. & Anto. in cã. i. i. col. de cler. pere. & late Fely. in d. ca. ſuper his in vi. & ultima concluſio: pe. col. ¶ Quæ autem crimine poſſint obiici ut quis priuetur beneficio? Dicendum eſt, quod ex crimine quis amittit beneficia duobus modis, uno modo ipſo iure, altero uero per ſententiam. Amittit enim quis beneficium ipſo iure quando obiicitur aliquod crimen propter quod ius diſponit priuat beneficio. ¶ Priuatur enim ipſo iure, beneficio quis propter hereſim cap. ad abolendam de here. §. i. &. docet Ant. a Butr. in c. fi. col. ꝫ. de poſtu. Feli. in c. rodulphus de reſcrip. taliter quod eius beneficium uti uacans libere poteſt impetrari. ſi tamẽ errorem ſuum recognoſcens ad unitatem fidei voluerit recurrere & abiurare retinebit beneficium: quod quidem quomodo intelligatur, vide Doct. in d. cap. ad. abolendam, & Pet. Rebuff. in tract. benefi. in tertia parte de mo. ami. bene. in princ. ¶ Priuatur etiam beneficio ipſo iure, qui ingreditur poſſeſſionem beneficꝫ per uim; cap. eum qui deꝑhen. in vi. Item ſchiſmaticus pariter ipſo iure priuatur. cap. nos conſuetudinem 12. diſtin. & capitu. quia diligentia de electiõ. ¶ Item amittit beneficium ipſo iure, ille qui commiſit crimen læſæ maieſtatis. l. quiſquis C. ad l. iuli. maieſtat. ¶ Item ſimoniacus ipſo iure priuatur beneficio cap. inſinuatum, vbi Fely. & aliꝫ extra de ſimo. Docto. in cap. ꝫ. de reſcrip. extraua. cum deteſtabile eo. titu. Intellige ſi crimen eſſet notorium ſecus ſi eſſet ocultum: quia

Excipiẽs d lictũ, debet excipere uere delictũ. 8

Exceptio tua nõ intereſt, quando opponatur. 9

Exceptio quod ſine literis fuit ordinatus ab alieno Epiſcopo. 10

Excipi que crimina poſſint, vt quis priuetur beneficio? 11

Beneficio quãdo & quibus criminibus venit quis priuandus. 12

De eodem.

De eodem.

De eodem.

quia tunc veniret priuandus niſi rehabilitetur cap.præsbiter 1.q. 1. Panor.& alÿ in cap.niſi de renuntia.& Pet.a Rebuff.vbi ſupra nu.34.

℄ Item perdit beneficium ipſo iure quis propter uitium ſodomiticum c. mulier xv.q. 1.hoc enim crimen uocat(Luch.de Penn.in l.3.& ſequen. C.de exap.& excep.lib. 12.) crimen apoſtaſiæ a natura. Item percutiẽs Cardinalem priuatur ipſo iure c.felicis de pœn.in vi.Item ſiquis iniurioſe,uel temere percuſſerit Epiſcopum,aut cęperit,ſeu bannierit, vel hæc mandauerit fieri ratumùe habuerit cle. 1.de pœn.Item Aſſaſſinus priuatur ipſo iure beneficio,cap. 1.de hom.in 6.Alexan.conſi. 166.7.lib.Item priuatur ipſo iure beneficiis ſi occidit quis parentes,aut fratrem cap. inquiſitionis ubi Fely.col. 1.de accuſ.Io.Ana.conſi.63.Item falſarius litterarum Papæ priuatur beneficiis ipſo iure,cap.ad falſariorum de cri. fal. Item qui fecit profesſionem in religione beneficium perdit c. beneficiũ de regulari.lib.6.Item beneficiati eccleſiæ occidentis rectorem, uel clericum ipſius eccleſiæ,uel alios cap.in quibuſdam extra de pęn.Item ſiquis coegit clericum ut reſignaret beneficia eum detinendo in carceribus ca. ſciant de electio.lib.6.Item apoſtata a fide,ut docet Azo. in ſumma. C. de apoſt.ſunt & alia crimina ex quibus ipſo iure quis priuatur beneficiis & alia ex quibus per ſententiam priuatur,de quibus ad longum per

De eodem

De eodem

De eodem

Delegatio an ꝑſu mañ ſi dicat Vicarius ð mã dato ſuperioris?

Officiali atteſtãti de ordine ſuperioris utrũ credatur?

Proſper Carauita.

13 Pet.a Rebuff.in pract.ſupra allegata.uidere eum.℄ Quid enim ſi Vicarius inquirat contra aliquem,& dicat in principio inquiſitionis, de mandato & ordine ſuperioris uidelicet.Archiepiſcopi, an cenſeatur tunc procedere ut delegatus? uide Spe.in ti.de deleg.uerſi.ſed quid ſi commisſio.

14 Glo.in cap.cum aliquibus de reſ.in 6.℄ Sed utrum credatur ſibi atteſtãti de ordine & commisſione? dicas ꝙ ſi ſuperior eſt in ciuitate ſibi credẽdum eſt.ut dicit Roma.in l.ſciendum.ff.de uerbo.oblig.Iaſ.in l. ex quacunque col.2.ff.ſiquis in ius uoc.non ier,& meminit D. Proſper Carauita in prag.de fil.fam.§.ÿ.nu.4.

Teſtibusq; diligenter examinatis. Cap. 8.

SVMMARIVM.

1 Teſtes quando examinari debeant.
2 Iudex qualiter procedat ad examen,
3 Teſtes an cogi posſint ut deponant.
4 Conſentire quid ſit.
5 Veritatem deponere eſt Reipublicæ maxime neceſſarium. Ideoque teſtis officium eſt publicum.
6 Cauſarum quædam criminales quædam ciuiles, quædã mediæ,
7 Crimen conſpirationis contra Prælatum eſt deteſtabile.
8 Delicta enormia quæ dicantur.
9 Teſtes in quibus cauſis, & criminibus ſpeciali mandato teſtificari compelluntur.
10 Stilus ius commune reputatur.
11 Quatuor caſus,in quibus teſtes ad teſtificandũ non cõpellũtur.
12 Priuilegiati non indiſtincte ad teſtificandum compelluntur.
13 Teſtes an posſint cogi quando obiiciuntur crimina teſtibus?

14 Cle-

14 Clerici, & laici volentes clerici fieri: in criminalibus teſtificari non compelluntur.
15 Reipublicæ intereſt crimina puniri ad aliorum terrorem.
16 Teſtes, quando in iudicis arbitrio eſt: ad teſtificandum compellere.
17 Clerici à conſortio ſuſpectarum mulierum abſtinere ſe debent.
18 Monitio importat præceptum.
19 Rogatio maiorum habetur pro mandato. Et rogare & mandare idem ſunt.
20 Malitia nemini prodeſſe debet.
21 Intellectus. cap. dilectorum de teſti. cogen. ad mentem Abb.
22 In dubio regulę ſtandum eſt.
23 Argumentum a contrario ſenſu quando ceſſat.
24 Ciuilis et criminalis quæſtio regulariter non concurrunt.
25 Pro iurium concordia ſemper ſtudendum.
26 Intellectus. cap. dilectorum ſecundum dominũ auctorem.
27 Litteras monitorias quando poteſt concedere iudex eccleſiaſticus.
28 Teſtis interrogatus de furto, an cogi poſsit ad iudicandũ furẽ.
29 Reuelare an teneatur qui in ſecreto ſcit aliquid?
30 Vxor & filij an teneantur reuelare virtute monitoriæ?
31 Reuelare an teneatur ille qui poneret ſe ĩ maximo periculo.
32 Reuelare an teneatur vaſſallus?
33 Aduocatus medicus, & procurator an reuelare teneantur? Et oẽs confeſſori æquiparanẽ.
34 Monitorię non cõceduntur volẽti poſtea agere criminaliter.
35 Forma agendi contra detinentes rem meam.
36 Teſtes qualiter coguntur deponere.
37 Teſtes an cogi poſsint per iudicem delegatum?
38 Citatus vt compareat ad deponendum non comparẽs & excommunicatus, qui poſtea cõparendo dicit ſe fuiſſe impeditum: quid faciendum?
39 Teſtes an euocandi ſint è partibus longinquis. Et cuius expenſis?
40 Remiſſoria, an concedatur in partibus;
41 Remiſſoria qualiter cõcedatur Et quando concedatur?
42 Egregiæ perſonæ tenentur perſonaliter comparere ad deferendum teſtimonium.
43 Teſtes an poſsint examinari in eccleſia?
44 Remiſſoria cui cõmitti poſsit: Et quando concedenda?
45 Mulieres an ſint idoneæ teſtes in criminalibus.
46 Teſtimonium mulieris, & infamis ęquiparantur.
47 Teſtes uacillantes an torqueri poſsint.
48 Torqueri an poſsint clerici contra laicos?
49 Teſtes in cauſa hereſis qualiter examinantur.
50 Cõmiſsionis remiſſoriæ forma.
51 Teſtes vltra decem, an examinandi in criminalibus?
52 Et quid in ciuilibus?
53 Teſtes an poſsint examinari in domo accuſatoris?
54 Teſtes ad futuram rei memoriã an examinenẽ ĩ criminalibus?

Quando

1 QVANDO ꝓceditur ꝑ uiam accuſationis. ¶ Teſtes examinantur poſt datũ terminũ ad articulandũ, & ꝓductis articulis in termino per accuſatorẽ; ſcd͂m morẽ & ritus Romanæ curiæ & ẽt noſtrę ſalernitanæ; & non añ. Qñ aũt ꝓceditur ꝑ uiã inquiſitiõis teſtes examinãtur à prin cipio, & deinde ex repertis formantur articuli per promotorẽ curiæ & ſuper illis citata parte repetuntur teſtes examinati. Verum quia ſatis vtile eſt ẽt qñ ꝓceditur per uiam ordinariæ accuſaionis examinari teſtes ſuper contentis in accuſatione ad effectum decernendæ citationis de perſona, & ẽt carcerandi ꝓpea uolui hic ponere examinis teſtiũ materiã tãtò magis, quia cõmunis practica oĩum curiarũ eſt ꝓcedere ſtatim habita quærela nõ citata parte ad examen teſtiũ in q̃-

Teſtes quã do examinari dẽant?

2 rela nominatorum. ¶ Antequam autem ad examen procedatur illud aduertendum eſt quòd ſicut forum eccleſiæ eſt æquitatis & ueritatis: ita differre debet modus procedendi in eo foro, ab eo qui ſeruatur in foro laicorum: ubi cum maiori rigore proceditur. Iudex enim eccleſiaſticus taliter procedere debeat, ut uerè appareat & cunctis innoteſcat non moueri tipo odiј, & malitiæ, ſed zelo iuſtitiæ. prout admonet Papa in cap. qualiter & quando el ĳ. extra de accuſa. ¶ Et proinde facta denunciatione, aut expoſita quærela, vel facta deliberatione perueniendi ad inquiſitionem, diligenter & charitariuè, ac fraternè inueſtiget ex ſuo officio, cuius extimationis & famæ ſit denũciator & accuſator? qua ex cauſa potuiſſent moueri, an ex odio, inuidia aut alia cauſa non iuſta. Cuius etiam extimationis & famę ſit delatus aut accuſatus? ſi ueroſimilia ſunt, quæ contra eum deferuntur, ita uel ne; antequam procedat ad capiẽdã infor mationem. ¶ Et demum habita liſta teſtium a denunciatore, ſeu accuſatore diligenter quærat, & inueſtiget de qualitate, fama, & conditione teſtium, de quo loco ſint, & ſi ſunt amici, an inimici delati aut accuſati? Non tamen hæc redigat in actis ſed ſi uiderit produci teſtes inimicos, aut

Iudex qualiter procedet ad examen.

De eodem.

De eodem.

3 aliàs ſuſpectos, non recipiat. ¶ Nunquid autem iudex eccleſiaſticus cogere poſsit teſtes ad deponendum in cauſa criminali tam laicos, quam clericos & an quilibet ſit obligatus teſtimonium ferre? In qua quidem quæſtione, quid ſecundum Theologos, & demum quid ſecundum canones ſit ſtatutum dicamus. Et primo Alex. de Aleſ. in ſua ſumma par. 3. q. xliĳ. tit. de teſti. art. primo dicit quod aliquando confeſsio ueritatis requiritur ad purgationem innocentiæ; aliquando ad correctionem culpæ; aliquando ad condemnationem perſonæ; aliquando ad recuperationem rei ſuæ. Primo caſu, ſi pro defectu teſtimonĳ veritatis quis condendaretur innocens pro nocente, & tunc tenetur quilibet ferre teſtimonium ex illo præcepto erue eos qui ducuntur ad mortẽ; & qui trahuntur in interitum liberare ne ceſſes. Prouerbio. cap. xxiiĳ. ſimiliter in ſecundo caſu, cum agitur ad correctionem, vt coram iudice eccleſiaſtico. tenetur ſi militer quilibet ferre teſtimonium: quia quilibet tenetur pro loco, & tempore ad correctionem fratris, ex præcepto domini Mathe. cap. xviĳ. Et iſtis caſibus cogitur quis teſtificari. In tertio caſu quando agitur ad cõdennationem: ut in cauſa ſanguinis, vel cauſa criminali coram iudice ſeculari,

Teſtes an cogi poſsit, ut deponãt? Ex Theologis.

Alexander de Aleſ.

culari, & non tenetur teſtimonium ferre clericus. Imo prohibetur vniuerſaliter clericus a teſtimonio ferendo ſicut prohibetur ab accuſatione & in hoc caſu intelligitur canon Beati Fabiani. ij. q. vij. ſicut ſacerdotes, uel reliqui cleri a ſecularium laicorum excluduntur accuſatione: ita & illi ab iſtorum ſunt excludendi criminatione: (Adde text. in cap. teſtimonium xi. q. 1. Abba. & cæteri in cap. de cætero i. not. extra de teſtib. Fran. Ant. Mona.) Item in quarto caſu, vbi periculũ pecuniæ vel poſſeſsionis: ſacerdotes requiſiti a iudice eccleſiaſtico tenentur ferre teſtimonium, & ſimiliter qualibet perſona. ubi propter defectum probationis res proximi amitteretur: Aliàs uero non tenentur. Sanct. Thom. ſecunda ſecundæ q. lxx. art. primo dicit; quod aliquando requiritur alicuius teſtimonium, aliquando non requiritur: primo caſu, ſi requiritur teſtimonium alicuius ſubditi auctoritate ſuperioris cui in his quæ ad iuſtitiam pertinent obedire tenetur, non eſt dubium quin teneatur teſtimonium ferre, in his quibus ſecundum ordinem iuris teſtimonium ab eo exigitur: puta in manifeſtis, & in his de quibus infamia præceſsit. Si autem exigatur ab eo teſtimoniũ in alijs puta in occultis, & de quibus infamia non præceſsit: non tenetur ad teſtificandum. Si vero requiratur eius teſtimonium non auctoritate ſui ſuperioris, cui obedire tenetur: tunc diſtinguendum eſt: quia ſi teſtimonium requiratur ad liberandum hominem vel ab iniuſta morte ſeu pœna quacunque vel a falſa infamia, vel etiam ab iniquo damno, tunc tenetur homo ad teſtificandum: & ſi eius teſtimonium non requiratur, tenetur facere quod in ſe eſt. ut ueritatem denũciet alicui qui ad hoc poſsit prodeſſe. Dicitur enim Pſal. (eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate) & Rom. primo dicitur. digni ſunt morte, non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus) vbi gloſſ. dicit.

Tho. Aqui.

4 ℭ (Conſentire eſt tacere, cum poſsis redarguere). ſuper his uero quæ pertinent ad condennationem alicuius, non tenetur aliquis ferre teſtimonium niſi cum a ſuperiore compellitur: ſecundum ordinem iuris: quia ſi circa hoc veritas occultatur, nulli ex hoc ſpeciale damnum naſcitur. uel ſi immineat periculum accuſatori, non eſt curandum. quia ipſe in hoc periculum ſponte ſe ingeſsit. Alia autem & diuerſa ratio eſt, de reo cui periculum imminet eo nolẽte. Siluest. Priera. in ſua ſumma in uerbo teſtis num. 8. ſequitur in omnibus dicta Beati Thom. Limitat tantũmodo eius dicta. ut non procedant ſua finalia uerba, quando is contra quem agitur perſeuerare vellet in peccato. arg. cap. clericorum de uit. & hone. cleri. xxij. q. v. hoc videtur. vt pœna reuocet a malo quos Dei timor non reuocat. refert Innoc. ita dixiſſe in cap. i. de teſti. cogen. cuius dicta ipſe ſublimitant, vt procedant ſi emendatio præſumeretur. Canoniſtæ uero, & inter eos Abb. in cap. 1. num. 2. extra de teſti. cogen. dicit quod quando tractatur de iudicio mortis, vel cauſa criminali regulariter quis non tenetur teſtificari: & ſic cogi non poteſt. Idem do. Abbas in cap. ſuper eo eod. titulo dicit quod ille text. limitat iura dicentia in criminalibus non cogi teſtes, nec teneri ad teſtificandum; non enim procedunt, quando timore aduerſæ partis teſtes ſe ſubtrahunt. Nam tunc in odium partis cõpelluntur, ut ibi dicit probari ſecundum communem intelligentiam; & idem

Conſentire quid ſit.

Siluest. Priera.

Opi. Canoniſtarum.

Abbas.

idem(ſecundum eũ)eſt,ſecundum Inno.ſi aliter malitioſe per partem diuerſam a teſtimonio retrahantur.In ciuilibus autem indiſtincte quis te-
5 netur ferre teſtimonium.& cogi poteſt.vt ibi per eum.¶ Videtur tamẽ, propterea in d.cap.primo ſequi opinionem Beat.Thom. Bald. in rubrica de teſti.cogen.dicit quod de iure ciuili officium teſtis eſt publicum in genere.quia tenetur ueritatem(quæ eſt res ſacratiſsima, & reipublicæ ualde neceſſaria)deponere l.i.ff.de teſti.& l.ſiquis ex aſsignatoribus. ff.quemadmo.teſta.aperian.& quandoque eſt publicum auctoritate & utilitate,vt quando fertur teſtimonium in cauſa publica. l. utilitas. C. priu.quandoque eſt publicum auctoritate & ſæueritate,quia publice intereſt maleficia puniri.vt.ff.de publi.l.licitatio.§.quod illicite. l. ita vulneratus.ff.ad l.Aqui.Adeo quod de iure ciuli indiſtincte compelluntur teſtes teſtificari:quandoque etiam per torturam. vt l.ædictum.ut l. diuus Pius.ff.de quæſtio.quandoque eſt publicum auctoritate, ſed utilitate priuatum ut quia tendit ad priuatam utilitatem.Et ideo dicit quod fœminæ poſſunt eſſe teſtes,quia ſi eſſet omnino publicum id eſt principaliter,& ſecundario non poſſent.l.qui teſtamento.ff. de teſta.§. mulier. l. fęminæ.ff.de reg.iur. (Addictio. Hæc autem intellige regulariter; ſed non in defectum probationis,quia tunc admittuntur.ſecundum Gramma.conſ.3.in crimi.ad plenum Abba.in cap.2.de arbi.& in capit. inter extra de purga.cano.Franc.Anto.Monachus. De iure autem canonico quia officium teſtis(ſecundum eum) non eſt omnino publicum,
6 ſed quaſi publicum,alia debet adhiberi diſtinctio. ¶ Nam quædam ſunt cauſę criminales,quædam ciuiles,quædã medię,ut criminales ciuiliter motę,item quando criminales incidit in ciuilem.ut quia obiicitur teſti falſitas.ſi ergo(dicit ipſe)cauſa non eſt mere criminalis.(vt eſt regulariter de iure canonico) quia ex cauſa inquiſitionis de iure canonico, non imponitur ultima pęna,quæ debetur ex crimine(teſtes non coguntur,ſed hortantur teſtificari.Fallit in exceptionibus criminalibus.) ſecundum eum)vt in crimine falſi, quia teſtes etiam coguntur cap. cum contra eo.tit.de teſti.cogen.item fallit in crimine ſacrilegii puta quia iniuria perſonalis eſt facta clerico.quia etiam,eo caſu teſtes coguntur cap.
7 peruenit eo.ti. ¶Item fallit in crimine conſpirationis contra ſuum prælatum quia eſt crimen deteſtabile.quia etiam,tunc coguntur teſtes teſtificari cap.uenerabilis eo. tit. Item fallit in crimine proditæ patrię, quia eſt crimen læſæ maieſtatis,vt no.in l.2.C.de abolitio. Et idem(dicit ipſe)eſt dicendum in ſimilibus delictis enormibus. Item dicit quod idem procedit in crimine adulterij,quia quo ad iniuriam animi excedit omne delictum l.1.C.de rap.virgi.¶ Eſt etiam notandum,ſecundum eundem Bald.quod de iure ciuili omnia illa dicuntur enormia delicta quæ committuntur cum dolo in magnum damnum, uel iniuriam alterius.l. ff.de reg.iur.& l.auxilium.§.in delictis.ff.de minor.De iure autem canonico illa dicuntur enormia crimina,quibus poſt peractam pęnitentiã
8 non conſueuit diſpenſari cap.at ſi clerici extra de iudi. ¶ Si autem eſt cauſa męre ciuilis,& tunc ſi eſt matrimonialis.teſtes compelluntur teſtificari cap.1.de teſti.cogen.Idem eſt,ſi erit cauſa beneficialis cap. ſuper his

Veritatem deponere & Reipublicæ maxime neceſſarium. Ideoque l teſtis officiũ eſt publicũ.

Cauſarum quędam criminales, q̃dam ciuiles quædã medię.

Crimen cõſpirationis contra Prælatum eſt deteſtabile.

Delicta enormia quę dicuntur.

Ad quæſtionem principalem.

his eo.tit.& idem regulariter eſt,in omni caſu pecuniario qui non ſit fa-
moſus.Sed ſi cauſa eſſet famoſa(vt furti & ſimiles.)teſtes non compel-
luntur teſtificari:quia ab eis infamia oriri non debet: præſertim ſi ſunt
clerici.fallit ſi hi mala gratia vel per colluſionem ſe ſubtraxerunt:ne prę
beant teſtimonium veritati,quia odio colludentis,ſtatutum eſt cogi de-
bere,vt dictum eſt.In cauſis autem mediis,teſtes compelluntur, ſicut in
meris ciuilibus cap.tuæ extra de procu.demum dicit idem Bal.quod opi
nio Inno.fuit quod vbicunque peccatum eſt,tacere veritatem, ibi cogi-
tur teſtis teſtificari. Sed vbicunque non eſt peccatum,non cogitur. Sed
opinio ipſius Bal.eſt(vt ipſe teſtatur)quod ubicunque eſt magnum dam
num proximi,uel lucrum aduerſarii,teſtes debent compelli,& ſic etiam,
vbicunque eſſet ſcandalum.Item vbicunque teſtes ſunt rogati, quia ac-
ceptauerunt officium teſtificandi,vnde ipſum recuſare non poſſunt. Et
hoc de teſtibus qui producuntur in iudicio. Sed quod aliqui teſtes inter-
ſint contractui vel teſtamento,ubi ipſi nolunt intereſſe,non compellun-
tur teſtificari uel ad eſſe. ¶Finaliter dicit quod de conſuetudine curiæ, in 9
mediis cauſis & in criminibus qualitercunque intentatis,teſtes non com
pelluntur teſtificari,niſi de ſpeciali mandato Papæ.

Teſtes in quibus cauſis & criminibus ſpirituali mandato teſtificari compellū tur.

Stilus ius cōe reputatur.

Et ideo ius commune reputatur talis ſtilus,quia interpretatur ius com- 10
mune l.de quibus.ff.de legi.& in cap.dilectorum eo.tit. de teſti. cogen.
Ponit rationem,quare de æquitate canonica in criminalibus teſtes non
compelluntur teſtificari,ne reſultet inimicitia inter teſtes & accuſatum
quæ de facili reſultat cap.pe.extra de accu.Demum.Idem Bal.in eo.ca.
dilectorum vltimo loco quærit an ſit indiſtincte verum, quod in crimi-
nalibus teſtes de iure canonico,non compellantur teſtes teſtificari,reſpō
det ſe tenere quod hoc ſit arbitrarium,nam ſi teſti immineat periculum
iudex non debet eum cogere nam ſi non tenetur teſtificari in præiudiciū
coniunctorum,multominus in præiudicium ipſiuſmet.l.lege iulia. ff.de
teſti.Si autem non imminet periculum,tunc debet compelli propter fa-
uorem publicæ vtilitatis,ne delicta remaneant impunita.

Albe.Roſa Bergo.

Quatuor caſus in quib. teſtes, ad teſtificandum non cōpellū tur.

Priuilegiati nō indiſtincte ad teſtificandum cō pelluntur.

¶Albe.de roſa.Bergo.in tracta.de teſti.ſecunda parte dicit quod ex mē 11
te.Io.Calder.quatuor fieri debent caſus.tam de iure ciuili quam cano-
nico.Primus erit.ut in ſubſidium admittantur, & cogantur etiam te-
ſtes. Et ſic quando ueritas aliter haberi non poſſet.ſecundus caſus eſt
quando agitur ciuiliter de crimine; tertius caſus quando agitur crimina-
aliter de crimine:quia tunc ſi agitur ad pœnam pecuniariam pro delicto
imponendam ex forma ſtatuti, uel etiam ſi agitur ad pœnam corporalē
tunc enim compelluntur teſtes teſtificari coram iudice ſeculari cap.ſu-
per eo in fi.de teſti.cogen.niſi ſint priuilegiati.

¶Nam ſecundū eum in criminalibus Docto.nolunt priuilegiatos indi-
ſtincte compelli; nō habita diſtinctione an aliter veritas poſsit haberi, 12
vel non,quia in ciuilibus celare veritatem eſt peccatum, ſed non in cri-
minalibus.In hoc enim caſu clerici non compelluntur etiam coram iu-
dice qui eſt de temporali iuriſdictione eccleſiæ.quoniam teſtificando in
criminalibus, incurrent irregularitatem xxi.q.ij.c.teſtimonium & ſe-
cundum eum dicit But.in d.c.dilectorum,hoc etiam caſu non cogi laicū
qui

qui tenderet ad clericatum. Si vero de crimine agitur criminaliter ad pœnam depoſitionis, vel ſuſpenſionis, vel aliam in foro canonico, tunc teſtes compelluntur ſecundum Hoſtien. & But. Quartus caſus eſt, quando agitur de crimine per viam exceptionis, vt quia opponitur contra teſtes vel procuratorem ꝙ ſunt criminoſi, vel de aliis ſimilibus & tunc ſi propter exceptionem quæ opponitur teſtes non puniuntur, vt eſt, quando opponitur contra teſtẽ vel procuratorem. ut in c. 2. de ordi. cogni. tunc teſtes non compelluntur teſtificari propter odium talis reprobationis, ex qua ſola infamia ſequitur. ut in d. c. dilectorum. & hoc uerum niſi parti faciat magnum præiudicium. Item hoc uerum niſi conſtaret ꝙ ſubtraherent ſe odio uel timore. Si autem crimen deductum in exceptionẽ puniretur, tunc teſtes poſſunt compelli. Et ita dicit Alber. eſſe de mente prædictorum. Ipſe autem putat eſſe addendum dictæ diſiunctioni. ſ. vt in delictis de iure canonico non compellantur teſtes, niſi conſtaret ꝙ timore partis aduerſæ teſtis nollet teſtificari, uel ſi aliter malitioſe ſe ſubtraheret a ferendo teſtimonio. (Addictio Adde & uide de hoc dicto, & alibi tam diffuſe non inuenies Abba. in c. ſuper eo de teſtib. cogend. Franciſ.

13 Antonius Mona. ℭ In eo autem quod dicitur, an teſtes poſſint cogi ad deponendum quando obiiciuntur crimina teſtibus, per uiam exceptionis cõter tenetur non cogi. ut concluditur in deciſio. Capp. Tholo. num. 412. & eſt ratio de qua ſupra, quia ſolum agitur ad infamiam detegendã ſecus ſi principaliter ageretur ſuper criminibus ad pœnam imponendã, quia tunc ſecundum legiſtas compelluntur. ut l. ſi quãdo. C. de teſtib. Ad principalem autem quæſtionem Steph. Aufre. in addi. ad deciſio. Capel. Tholoſa. ſupra allegatam diſtinguit, quod autem teſtes nominantur in cauſa mere ciuili, aut ſuper criminali, primò caſu aut non ſunt perſonæ priuilegiatæ, & tunc de iure ciuili ſunt indiſtincte compellendæ, ſed de iure canonico primo teſtes ſunt monẽdi, & ſi requiſiti teſtificari noluerint ſunt cogendi, quia præſumitur ꝙ timore, uel gratia. Aut ſunt perſonæ priuilegiatæ, de quibus 4. q. 3. §. item in criminali uerſic. item l. iulia iudiciorum. & tales ſecundum leges non cõpelluntur. uolentes tamen admittitur ut 3. q. v. cap. 1. Sed ſecundũ canones eſt diſtinguendũ ſecundũ Hoſt. quod aut ueritas per alios haberi poſſet, & tunc ſunt compellẽdi, aut ꝑ alios haberi poſſet, & tunc non ſunt compellendi. Nam aliis probationibus deficientibus indiſtincte ſunt omnes compellendi. Aut nominãtur teſtes in criminalibus & tunc ubi agitur directe ꝺ crimine ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter compelluntur ĩ utroque foro: exceptis clericis.

14 ℭ Qui nõ compellũtur in cauſa ſanguinis. & honeſtum eſt ſeruari idem ĩ laicis qui volunt eſſe clerici. Si autem de crimine excipitur, aut ſequitur aliquis effectus punitionis, puta repelli a promotione, & compelluntur teſtes: ſecus ſi nulla punitio, inde ſequitur puta quia repelluntur teſtes a teſtimonio tantum: uel ab accuſatione. Quod intelligit ipſe, niſi magnum fieret parti præiudicium; quo caſu eſſent compellendi. ut in c. fi. de teſti. cogẽ. Dicit tamen ipſe quod Panor. in d. c. dilectorum in ult. col. tenuit, quod ĩ criminalibus ſi ueritas aliter haberi non poſſet indiſtincte ſunt compellendi: quia expedit.

15 ℭ Quia expedit Reipublice, peccata nocentum eſſe

Teſtes an poſſint cogi quando obiiciuntur crimina teſtib. Opi. Aufr. in prin. q.

Opi. Hoſt.

Clerici, & laici uolentes clerici fieri ĩ criminalibus teſtificari non cõpellũtur.

Reipublicæ intereſt crimina puniri ad aliorũ terrorem.

nota,& ut crimina puniantur,ſaltim ad aliorum terrorem.l.eum qui nocentem.ff.de iniur.vnde ſaltim reſpublica eſt conſequutura lucroſam ſententiam quæ eſt magis fauorabilis,quam perſona priuata & hoc putat procedere etiam ſi de crimine exciperetur contra teſtes.Nam ſi teſtes criminoſi admittantur,(cum præſumptio ſit contra eos de falſitate:ut ca. teſtimonium extra de teſti.) reus reportabit ſententiam in iuſtè dãnoſã & ſic punietur innocẽs.quod ſonat in abſurdum.Maior enim eſt fauor, ut innocens non puniatur.quam ut puniatur nocens. Si ergo compellũt teſtes quando agitur ut puniatur reus fortius quando reus certa, ut iniuſte non damnetur.Si uero, adſunt aliæ probationes tunc non coguntur niſi conſtet, quod malitioſæ , reus ſubtraxerit teſtes uel niſi timore aduerſæ partis ſe ſubtraherent.

Opi.Feli. Teſtes quãdo i iudicis arbitrio eſt ad teſtificãdum cõpellere,

¶ Fely.tamen in d.c.dilectorum ſimpliciter dicit ; doctrinam Bal.eſſe elegantiorem .quatenus dicit quod eſt in arbitrio iudicis , etiam de iure canonico compellere uel non compellere teſtes. Nam ſi teſti immineret magnum periculum non debet iudex cogere teſtes,ſed ſi non imminet.magnum periculum,poteſt licite compellere propter fauorem reipublicæ,ne delicta remaneant impunita.& hanc doctrinam dicit eſſe in omnibus ſequendam; eamq; ipſe ſequitur Nell.a ſan.Geminia.in tract.de teſt.nume.10.dicit teſtes compelli poſſe in cauſis ciuilibus. vbi ueritas per alios apparere non poteſt xiii. q.i.capitu.quanquam.Item in cauſis ſpiritualibus.c.1.de teſtib.cogen. Item in criminalibus ciuiliter intentatis,puta per inquiſitionem.cap.ſuper his de teſti.Item in inquiſitione, & denunciatione.licet dicat , quoſdam dicere,hoc eſſe uerum niſi immineret periculum animæ,In criminalibus autem dicit non eſſe compellendos. 16

Opin. Do. Auctoris.

¶ Quid dicendum ? Ego autem prius uidendum arbitror quibus iuribus moueantur tenentes quod de iure canonico non compellantur teſtes in criminalibus , & in primis mouentur ex tex.in ca.ex parte A.in fi.extra de teſt.ex eo.enim tex.no. Gloſſ.arg.quod teſtes non ſunt cogẽdi deponere in criminibus,quia tex. dicit ibi quod ſunt monendi. Ego autem dico quod huiuſmodi conſequẽtia non eſt bona.Nam quod teſtes ſint monendi,non ſequitur quod non ſunt cogendi; quod quidem ex pluribus probatur.Nam imponẽtes collectas clericis, uel eccleſiæ monendi ſunt ut deſiſtant.& ſi non deſtiterint non ſequitur quod non ſunt per cenſuras cogendi.ut declarat tex.in ca. non minus extra de immunita.eccle.imo cogendi ſunt , ut ubi.Item non eſt dubium quod clerici tenentur uitare crapulam , uel ebrietatem & ad hoc cogi poſſunt per cenſuras eccleſiaſticas & ſuſpenſionem a beneficio uel officio & tamen debent prius moneri, ut in ca.crapula extra de vit. & hone.cler. ¶ Item ſtatutum reperitur,quod clerici ſe abſtineant a cõ- 17
ſortio & ſocietate mulierum ſuſpectarũ.ut in c. 1.& toto titulo de coha. cleri.& mulier.& tamen ut ad pœnam excommunicationis(quæ ob id imponitur)agi poſsit, requiritur trina monitio.c.ſi quiſquam eo.tit.Nec poteſt dici requiritur monitio , ergo non habet locum coactio.Item minimè dubitandum eſt.clericum teneri ad reſidentiam in ſuo beneficio. ut toto tit.de cleri.non reſiden.& ad id cogi poſſe.& tamen ad faciendã reſidentiam,ſi ſe abſentauerit, iubet & præcipit canon eos moneri.ca.fi. eo tit,

Clerici a cõſortio ſuſpectarum mulierũ abſtinere ſe debent,

eo.tit. Item(ut breuibus me expediam)hoc eſt regulare iuris canonici
(licet coactio & impoſitio pœnæ habeāt locũ)non procedere ad actũ
aliquem excommunicationis, ſeu alterius punitionis; non præcedente
prius monitione. Hinc eſt,quod ut quis conſtituatur in contumacia de
bet præcedere monitio: ut poſsit propter contumaciam procedi ad ex-
communicationem c.ſacro extra de ſenten.exc. &.xxiij.q.iij.c de illi-
cita; Hinc eſt etiam de iure ciu li introductum ;quod ut quis cōſtituatur
in mora(licet quis ſit obligatus ad aliquid faciendum)debet præcedere
interpellatio.ſecundum Di.Bald.& docto.in l.i.ff. vbi Pupi. edu.deb.
18 ¶Sed magis ad particularia cōdeſcendēs,nonne monitio impo rtat præ — Monitio importat p̄ceptum.
ceptum? certe ſic.ut in ca.ignorantia xxxviij.diſt.& habetur pro Oldr.
19 con.80.¶Hinc eſt ꝙ rogatio Maiorũ habetur pro iuſſu l.i.in princ.ff. — Rogatio maiorũ habetur pro mandato.
quod iuſſu,& habetur per Bald.in l.ſi mandator.ff.quod cum eo.cle.du
dum.§.fi.& ibi Card.de ſepultur.& ꝑ Alex.i l.& quia pe.col.ff. de iur.
om.iu.¶Rogare enim & mandare paria ſunt.l.i.§.fi.ff.mand.& ꝑ Bar. — Et rogare & mandare idem ſunt.
in l.ſi negotium.C.de nego.geſt.Sicq; male ille tex.exponitur cum ſup
portatione Gloſ.¶Allegatur etiam pro hac opinione tex.in cap.perue — De eodem.
nit de teſti.cogen.quatenus ibi dicatur quod dum quis inquireretur ſeu
accuſaretur de adulterio & ſimonia, aſtrinſerat quēdam teſtem qui no
minabatur contra eundem,ut non deponeret dicit ibi tex.quod teſtis il
le debet compelli ad detegendā illam fraudem.Dicit ibi glo.quod text.
ille clare probat quod teſtis non compellitur. deponere in cauſa prin-
cipali;ſed tantum ad detegendam illam fraudē qua uſus fuit ille accuſa
tus in faciendo ne teſtis contra eum deponeret .Sed pro certo cum reue
rentia hic intellectus eſt peior priore prout etiam aduertit ibi.do. Abb. — Auctor contra glo.
& ultra do Abb.ſi diceremus quod teſtis ille non deberet cogi ad depo — Malitia nemini prodeſſe debet.
20 nendum ſuper principali, ſequeretur abſurdum.¶Quod malitia (quæ
nemini debet prodeſſe)hoc caſu prodeſſet.quod quidem non eſt dicen
dum.l.cum hi.§.ſed cum lis.ff.de tranſa.l.in fundo.ff.de rei uendi.Nam
cum eſſet accuſatus de graui delicto licet detegeretur fraus,ſat erit ſi eui
taſſet depoſitionem illius teſtis in facto principali. Prĝterea tex.ille nō
uidetur dubitare de malitia & fraude ad aſtringēdum teſtē, facta:imo
illam habet illæ tex.pro abſoluta(ut ibi eſt uidere) ſed tantummodo eſt
ibi dubium nunquid licite cogi poſsit.ſtante maxime iuramēto,quo ille
teſtis obſtrinſerat ſe ad non doponendum. unde quatenus ibi dicatur co — De eodem.
gi poſſe debet intelligi, ut deponat ſuper facto principali. ¶Tertio al-
legatur pro hac parte tex.in ca.ſuper eo in eo.tit.de teſt.cogen.Nam ibi
manifeſte patet: quod in criminalibus non notoriis teſtes non ſunt co-
gendi,ſed monendi ad ferendum teſtimonium ueritati. Sed breuis eſt
ſolutio:ſecundum gloſ.quod non ſunt cogendi teſtes a principio:ſed de
bent prius moneri. Et ſic glo.iam aduertit ad erro rem quem fecerat in — De eodem.
cap.ex parte A.in fi.¶Quarto pro hac parte allegatur tex.in c.dilecto
rum eo.tit.de teſti.cogen.qui.formaliter probat quod teſtes ad ferendũ
teſtimonium veritati compellendi ſunt,præterquā in criminalibus, Ad
illum tex.reſpondet Hoſtien.ut procedat & habeat locum in cōpulſio
ne non facienda quādo probatio crimine,criminoſus ex eo non punire

Intellectus. cap.dilectorum de teſti. cog.ad mentem Abb.

tur,ſed ſolum de facto infamaretur. ut eſt in crimine probato contra te-
ſtem,uel accuſatorem: quia tunc teſtis non cogeretur. ℭDo. Abb.ali- 21
ter reſpondet ad illum tex.ut procedat quod non ſunt compellēdi teſtes
eo quia non cō'tabat alias probationes deficere.(vel ut ſentit Hoſtien.)
procedit quando excipitur de crimine contra teſtes,& leue præiudicium
inferebatur. Io.And.in d.c.delictorum poſt relatas opiniones Hoſtien.
& aliorum dicit quod cautum eſſet ſ qui Specul.qui in materia iſta nihil
certi uoluit determinare, ſed remiſit,vt in tit.de teſte.§.pe.num.4.tenet
tamen quod ubi agitur ad pœnam ſanguinis etiam ſi ageretur coram tē
porali uicario Epiſcopi, teſtes non ſunt compellendi.Aegi. de bellame.
in d.c.delictorum dicit d.tex.debere intelligi ſecundū intellectū Hoſt.
quem dicit communiter approbari. Et teſtes etiam in criminibus fore
cogendos. licet dicat, quod cum hæc materia non ſit bene declarata per
tex.eius declarationem debere remitti iudicis arbitrio: ut ſi uideat iudex
quod teſtes ſine cauſa,ſeu malo animo ſe ſubtrahāt,uel quod aliæ proba

Opi. Bella,

tiones deficiant. compellat teſtes : ſed ſi uideat alias probationes adeſſe
& quod teſtes habeant cauſam iuſtam ſe ſubtrahendi eos nō compellat.
Per hoc enim iura (ſecundum eum) inuicem concordantur: quod eſt fa
uorabile.c.cum expediat extra de electio.in vi.In dubio autem ſemper
(dicit) debere iudicem compellere teſtes. ℭQuia in dubio debemus 22

In dubio regulæ ſtandū eſt.

ſtare regulæ.Regula enim eſt quod teſtes compellātur. ca.ſup eodem.de
teſt.cogen.& cap.peruenit el ij.& ca.peruenit el primo.& cap.ſuper his
& cap.præterea,& cap.cū contra,& cap.venerabilis. Sola enim decreta
lis delictorum uidetur dicere contrarium. Et quod teſtes regulariter &
ſecundum regulam etiam in criminalibus ſint cogendi pluribus probat
& primo dicit ipſe iure ciuili eſſe expeditum teſtes debere cogi depone
re ueritatem. Nec hoc expreſſe reperitur iure canonum in aliquo im-
mutatum,ſeu correctum. Ad decretalem delictorum eſt reſponſum p
Hoſtien. Item facit quia ædictum de teſtibus cogendis certis perſonis
priuilegiatis eſt prohibitorium.Ergo ex conſequenti omnes alias perſo
nas includere uidetur. Præte rea facit quia principalis & finalis ratio hu
ius ædicti de teſtib.cogen.(quia peccatum eſt in præiudicium proximi
tacere ueritatem) eſt generalis,& reſpicit cauſam criminalem etiam cri
minaliter intētatam:propter pœnam quam accuſator in probatione de
ficiens ſubſtineret. Et ubi habent locum uerba & ratio ædicti. locū ha
bet ædictum.ut probant communia iura.Non obſtāt tex. dicētes teſtes
cogendos dum gratia odio,uel timore ſe ſubtrahant.c.1.extra de teſti.
cogen.& ca.ſuper eo.quia reſpondetur quod niſi aliquam iuſtā cauſam
ſe ſubtrahendi allegent. præſumitur ſemper ſe ſubtrahere gratia , odio,
uel timore.Nec obſtant iura quæ dicunt teſtes cogendos in criminalib.
dum aliter ueritas ſciri.nō poſsit.ut in cap.ueniens el ij.in fi.eo.tit.quia
præſumitur ueritatem aliter ſciri nō poſſe niſi aliud applicat.quia de hijs
quæ non apparent,& de his quæ non sūt in iudiciis idem ē iudiciū arg.

Argumentū a contrario ſenſu quādo ceſſat.

l.iij.ff.d contra.empt.Nec obſtāt iura quæ in certis caſibus et cauſis mā
dant teſtes cogi & compelli. Nam ex hoc,non poteſt argui a' contrario
ſenſu quod in alijs caſibus cogi non debeant.ℭQuia ubicunque cōſtat 23
de regula

de regula iuris contraria, ceſſant argumenta a contrario ſenſu. l. conuenticulas. C. de Epiſc. & cler. tex. autem in d. c. dilectorum, uel poteſt intelligi de criminibus proprijs ipſorum teſtiū ſuper quibus non ſunt interrogandi. Et ſi diceretur quod iſte intellectus eſt captioſus periculoſus, & diuinatorius, ac literam nimis arctat: nec ſit ueroſimile quod iſte intellectus procedat ex mente literæ eo quia to. tit. de teſti. cog. refert ſe ad ea ſuper quib. teſtes producuntur modo teſtes non producuntur ad deponendum contra ſe in cauſa propria videlicet quod criminoſi ſint poteris recurrere ad intellectum Hoſtien. Sed dices quod iſte intellectus eſt etiam captioſus, & diuinatorius: cum tex. generaliter & indiſtincte loquatur: reſponderi poteſt ſecundū eum, quod imo ex text. bene colligitur quod non agebatur principaliter de criminibus, & hoc ex multis & primo quia hic ꝓcurator admittebatur; qui regulariter non admittitur in delictis. l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iudic. Item quia ibi nomine capituli agebatur, & tamen capitulum non uidetur poſſe accuſare, cum non ſit perſona vera, ſed ficta, nec poſsit perſonaliter comparere: quod eſt in criminali neceſſarium. Præterea quia tex. dicit, teſtes compellendos deponere, præterquā ſuper criminibus. Tu habes referre compulſionem ad id de quo principaliter agebatur & per conſequens prædictam exceptionem præterquam ſuper criminibus non habes referre ad id de quo principaliter agebatur.

24 ¶ Quia ciuilis & criminalis quæſtio regulariter non concurrunt. l. vnica. C. quando ciuil. act. præiudi. cri. Præterea ex antiqua decreta: quæ eſt in quarta compilatione ſatis colligitur, quod inter epiſcopum & capitulum, in quibuſdam conuentionum & reconuentionum cauſis ciuiliter agebatur. Et ſic quod ibi dicitur de criminibus, ad ea quæ principaliter agebantur, conuenienter referri non poteſt. Reſtat ergo quod ad crimina quę incidenter obiiciebantur referri debet. & eſt ſatis fauorabilis opinio iſta, quia per eam iniurium correctio euitatur: & ipſorum concordia conueniens aperitur. Et ex contraria opinione, quod teſtes non cogantur (ſecundum Hoſtien.) Deus offenditur, reſpublica læditur, proximus corrumpitur materia delinquendi, & teſtes corrumpendi miniſtratur vtriuſque, iuris mens peruertitur, obediens, qui remunerandus eſſet opprimitur; inobediens qui per pœnam affici deberet gloriatur.

Ciuilis & criminalis quęſtio regulariter nō concurrunt.

25 ¶ Additio, pro concordia iurium eſt ſemper ſtudendum cap. cum expediat de electio. lib. 6. Franc. Anto. Mona. Io. Calderi. in d. c. dilectorum diſtinguit, quod aut agitur in foro eccleſiaſtico, aut foro ſeculari: primo caſu, omnes indiſtincta compellendi ſunt. allegat cap. peruenit (Io. de Imo. dicit dictum Calder. debere intelligi, præterquam in perſonis priuilegiatis, quæ non ſunt compellendæ: niſi in ſubſidium.) Secundo vero caſu, aut agitur ad pœnam pecuniariam. quæ forte imponitur de iure communi, vel per ſtatuta terrarum, aut agitur ad pœnam corporalem imponendā, ſi agitur ad pœnā pecuniariā imponendā fiſco, ſeu Rei publicæ, & non parti (quia tunc diceretur ciuiliter agi) & tunc poterūt compelli teſtes laici. per. c. peruenit el 2. de teſti. cogen. & eo caſu dicit clericos non eſſe compellendos: ſi per alios haberi poſſet veritas. Sed ſi aliter per alios haberi non poſſet; tunc compelluntur etiam clerici teſtificari.

Pro iurium concordia, ſemper ſtudendum. Opi. Ioan. Cal.

cari. Non tamen fiet tunc compulſio per iudicem ſecularem, ſed per iudi-
cem eccleſiaſticum. Nec iurabunt in manibus iudicis ſecularis; ſed in ma-
nibus iudicis eccleſiaſtici, vel alterius clerici cui committet. Et ſic dicit
intelligendum quod habetur. 14.q.2.c.quanquam (quod quidē hodie nō
ſeruatur quia habita licentia à iudice eccleſiaſtico iurant in manibus iu-
dicis laici, & non eccleſiaſtici) ſi autem coram ſeculari iudice agatur ad
pœnam corporalem, tunc laici poterunt compelli, allegatur cap. ſuper eo
in fi. de teſti. cogen. quod intelligit Imol. vbi ſupra; niſi eſſent priuilegia-
ti. Clerici autem non compellentur etiam coram iudice loci, qui eſt de tē-
porali iuriſdictione eccleſiæ, ſiue prælati eccleſiaſtici. Vt contigit quando-
que ad quod facit quod habetur in tit. ne cler. uel mo. c. fi. lib. 6. & hoc pro
pter timorem irregularitatis. ca. ſententiam, ne cleri. vel mo. & ſic vide-
tur hoc dictum intelligendum quando pœna eſſet talis ex qua ſequi poſ-
ſet irregularitas. per ea quę habentur in c. in archiepiſcopatu extra de ra-
ptor. Ideo tunc non debent compelli clerici. Item honeſtum eſſet ſecun-
dum Io. Calderi. etiam in foro ſeculari non cogi laicum qui vellet cleri-
cari; ne alias impediretur a tali propoſito. Secundo caſu, quando agitur
per uiam exceptionis, & tunc ſequitur opinionem Hoſtien. & hanc opi-
nionem ſequitur Ioan. de Imol. qui refert dictam diſtinctionem Calderi.

Intellectus c. dilectorū ſecundū do. Auctorem.

¶ Ego autem ultra prędictos docto. & reſponſiones per eos datas ad tex. 26
in d. c. dilectorum, puto dicendum; quod ille tex. non meretur modo ali-
quo allegari ad probandum quod teſtes in criminalibus non ſunt cogen-
di. Nam aut præſupponere uolumus quod tex. ille loquatur de cauſa prin
cipaliter intentata, & de qna uertebatur lis inter capitulum, & Epiſcopū
Vulterani, & tunc aut neceſſe eſt, dicere quod cauſa erat criminalis, &
tunc præſupponendo cauſæ criminalitatem, non erat opus dicere, quod co
gendi ſunt teſtes præterquam in criminalibus ſed ſi ſummo Pontifici nō
videbatur cogi debere teſtes in criminibus ſatis erat dicere, non eſſe co-
gendos teſtes, quia præſuppoſito quod cauſa eſſet criminalis, intellige-
batur de plano, quod in criminibus ſatis non ſunt compellendi teſtes. Eſ-
ſent enim eo caſu, ludibrio poſita illa verba, præterquàm in criminibus.
quod quidem eſt abſurdum. Aut eſt neceſſe dicere: quod cauſa principa
lis eſſet ciuilis; & tunc non poteſt intelligi text. quod in ipſa cauſa ciuili
non poſſunt recipi teſtes, quo ad ea quæ concernunt criminalitatem, ni-
ſi reſpectu incidentium. Et ſic inuitis dentibus fatendum eſt, text. illum
nihil ad propoſitam materiam allegari poſſe. ſed intelligendo eo modo,
vt intelligit Hoſtien. dicta decretalis fuiſſet facta de caſu indubitabili.
Nam cui dubium quod ſi teſtes ſe ſubtraxerint, gratia, amore, vel odio,
aut timore deberent compelli? (Addictio. vide tex. in cap. ſuper eo, de te
ſtib. cogen. in vi. Franc. Anto. Mona.) Imo per cap. præcedens cum con-
tra in criminibus ſtatutum fuit eo caſu compelli teſtes: quidem hic vi-
deretur denegatum. cum dicitur, quod teſtes ſunt compellendi ſi gra ia,
vel timore ſe ſubtraxerint, præterquam in criminalibus; & ſic datur in-
telligi quod teſtes non ſunt compellendi in criminibus, etiam ſi ſe gratia,
odio, vel timore ſubtraxerint. Et ſic corrigerentur d. cap. cum contra &
infinita alia iura. Quare Aegi. bella. vbi ſupra volens indagare rationem
dubitandi,

dubitãdi,& decidendi ad d.tex.multa verba effudit, & nõ potuit aliquid boni dicere cum ſupportatione tanti uiri. Et propterea pro tenui facultate mea (ſaluo ſemper meliori iudicio) dicerem ꝙ cauſa quæ vertebatur inter capitulum & Epiſcopum vulteranum erat delegata, & erat ciuilis, verum Epiſcopus vulteranus volens effugere litem motam, obiiciebat nonnulla crimina aduerſus illos de capitulo, petendo nedum repelli, ſed etiam puniri. econtrario illi de capitulo ſimiliter obiiciebant crimina aduerſus Epiſcopum; ex quibus petebant Epiſcopum repelli & puniri, cum eſſet cauſa conuentionis & reconuentionis, & ab vtraque parte fuerunt producti teſtes, & inſtatum recipi, & examinari: fuit dubitatum nunquid teſtes ſint cogendi, & recipiendi? maxime quia illis monitis renuebant deponere. & an ſuper omnibus petitis & replicatis? & videbatur dicẽdum ꝙ ſic; nam commiſſa cauſa poteſt delegatus (licet ſimpliciter committatur) partes compellere, & contumaces ſæueriter punire etiam ſi litteræ commiſsionis id non contineant.c.præterea extra de offi. delega. & non ſolum hęc poteſtas eſt in delegato in partes inter quas datus eſt, ſed etiam quo ad omnes, ſine quibus cauſa expediri non poterit. vel impeditur.c. 1.eod.titu. Item licet in reſcripto nulla fieret mentio ꝙ delegatus deberet & poſſet cognoſcere de exceptionibus hinc inde oppoſitis, tamen videbatur de illis poſſe cognoſcere.c.ex parte eo.tit.de offi. dele. Sed in contrarium deciditur, ꝙ teſtes non ſunt recipiendi & cogendi in omnibus oppoſitis quia ſuper omnibus non poteſt procedi, vt eſt ſuper criminibus. Nam cum obiiciebantur crimina ad puniendum, ſuper eis delegatus non poterat procedere: quia commiſsio non extenditur ad omnino diuerſa, & diſcreta: ut in c.edoceri extra de reſcrip.& c.ſedes eod.tit.& c. cum olim dilecti de offi.dele. & licet delegatus per ſupra allegata poſsit cognoſcere de exceptionibus hinc inde oppoſitis, illud eſt verum quando exceptiones ſunt principaliter de cauſa: at ſecus ſi ſuper diuerſis, & omnino ſeparatis; vt eſt cauſa ciuilis & criminalis.arg.l.unicæ.C.quando ciuil.act.(Additio. Adde pro iſta opinione Felin.in c.cauſamq;.8.colum.in princ.de reſcrip.Deciſ.Bella.419.Fran.in c.vt debitus extra de appel. Feder. de Sen. conſil. 92. Fran. Anto. Mona. (Quare teneo indubitanter, opinionem Hoſtien. ꝙ teſtes etiam ſuper criminibus ſunt cogendi.

¶ Pro iſta opinione allego tex.in c.ad noſtram, & no.ibi per Doct.extra de iur. iuran. ex quo colligitur quod poteſt fieri monitio generalis quando ignorantur teſtes qui ſciunt veritatem, quod omnes habentes notitiam alicuius rei compareant ſub pœna excommunicationis ad reuelandum. Et ſic patet cogi teſtes. Et ſi diceretur, quod ibi non agitur ad puniendum, ſed ad reuelandum pro ſalute animę: reſpondetur quod Doct. ex illo tex. ſumunt regulam generalem. prout etiam facit alibi Abb. De eodem.
27 in c.conſtitutus eo.tit.nu.4. ¶ Adeoq; uera ſunt predicta; quod ꝓ regula infallibili, ab omnibus Doctoribus tradit, quod Iudex eccleſiaſticus poteſt concedere indiſtinctè litteras monitorias, ut quicunque ſcierit apud quam perſonam ſit talis res, debeat reuelare. Ita Cyn. Bal. Angel. & omnes in, l.ciuile.C.de fur.in.l.iij.§.ſi tibi iudicium.ff. de condi. ob tur.cau. Panor.& Io.de Ana.poſt alios in c.qui cum fure extra de fur.

Literas monitorias qñ poteſt cõcedere iudex eccleſiaſticus?

H 4 Imò

Imo nedum poteſt concedere monitorias, vt propalentur res ſubtractæ ubi nunc ſunt. ſed etiam ut propaletur fur, qui talem rem ſubripuit. Glo.in d.c.qui cum fure,& antiqui canoniſtæ Cur. refert Alber. & ibi Iaſ.in prima fallẽ.in d.l.iii.§.ſi tibi iudicium.ff.de condi.ob turp.cauſ. Berta.in tract.de Epiſc.2.parte lib.4.q.17.Panor.in.c. dilectus. 1. nota. de exce.præla.

Teſtis interrogatus de furto, an cogi poſſit ad indicandum furem.

¶ Hinc uoluit Angel.in.l.ex quibuſdam.§. fi.ff.de iur.fiſ. 28
quod ſi iudex interrogat aliquem,ut indicet aliquem,ſi non uult indicare,poteſt incarcerem detrudi.Eſt tamen bene uerum;quod legiſtæ in d.l.ciuile,dicũt hæc procedere,quando Epiſcopus procederet ex officio ſuo,cõſiſtente in ipſomet,quod habet,ut habeat purgare prouintiam malis hominibus.Secus autem.quando procederet ad inſtantiam partis,Et ſecundum eos,non obſtat tex.in d.c.qui cum fure,quia ille tex.loquitur de non indicante rem,non autem de non indicante furem. Et propterea legiſtæ in l.3.§.ſi tibi iudicium.ff.de condi.ob turp.cauſ.poſt Bar.& alios in d.l.ciuile damnant Glo.& antiquos canoniſtas, qui volebant in hoc facere differentiam inter ius ciuile.& ius canonicum.ut Roma.ſing.785. nunquid teneatur quis, quia(ſecundum eos) etiam iure canonum , non tenetur quis parte inſtante furem indicare.Ioã.Neuiza. in ſua ſilua nup. lib.3.nu.30.ampliſſime tangit hanc quæſtionem tandem poſt multa uidetur tenere ꝙ etiam ad inſtantiam partis debent &poſſunt concedi monitoriæ,nõ ſolum ut indicatur res,ſed etiam ut indicatur fur. Pro iſta opinione allegat formalem tex.in c.dilectus vbi Panor. 1.no.extra de exc. præla.Et iſtam opinionem tenent Panor.& Ana.in d.cap,qui cum fure extra de fur.& ſequitur Cardi.in cap.quod quidam.§.ex his col. fi. 1.q. 1.Et hanc opinionem(ſecundum eum) ſeruat conſuetudo diœceſanorũ: & ſtilus Romanæ curiæ.Et pro certo etiam tempore meo . ita obſeruat conſuetudo .

Reuelare an teneatur qui in ſecreto ſcit aliquid.

¶ Idem Ioan. Neuiza. vbi ſupra , ampliat etiam prædi- 29
cta, ut habeant locum prædicta,ut propter dictas monitorias teneatur quis reuelare non obſtante quod ſciret aliqua per ſecretam reuelationẽ, uel iuraſſet non propalare.Allegat Capp.Tholoſa.q.ccxl.ſi tres ſocii. Aret.in cap.qualiter & quando el.i de accuſa.in fin.Fely.in ca.intimant. col.i.de teſtib.in cap.nouit de iudi.col.pe.uerſic.iuramentum.quia non ualet iuramentum de ueritate tacenda.Feli.in cap.olim.col.iii.de accuſ. Sed Scot.(ſecundum eum) & ceter.Theolo.xxi.diſtin.iiii.dicunt. quod ex quo ſecretum eſt, de iure naturæ non tenetur quis etiam ad præceptum Papæ, ipſum detegere:quia fortius eſt ius naturæ, quam ius humanum.Panormita.autem in cap.dilectus de excep.prælato.in cap.omnis utriuſque ſex.col.pe. de pe.& remi.diſtinguit quod aut ſumus in clerico aut in laico.primo caſu, procedat dictum.Scot.ſecundo uero caſu procedat prima opinio , vt teneatur reuelare; & ita etiam tenuit Fel.in d.cap.intimauit, & ita etiam concludit Neuiza.ubi ſupra.

De eodem.

¶ Intelligit tamen prædicta procedant, ſi poſſet quis probare ea quæ ſcit, alias ſi non poſſet probare non tenetur reuelare.late Ripa in trac.de peſte car. ante pe.Felin.in cap.de cætero col.fi.de re.iudica.Henric.Boich.in c.quæ cum fure de fur.ſequũtur ẽt multi alii quos ibi allegat.

De eodem.

¶ Vlterius intelligit ut ita demum teneantur teſtes reuelare, & deponere ſi eis ſoluãtur expenſæ

penſæ etiam pro tempore quod perdunt. ſecundum Alexa.in l.recuſare
30 §.ſiquis alio col.i.ff.ad trebell.Feli.in cap.i.de teſtibus. ℂDicit etiam
quod uigore litterarum monitorialium non comprehendũtur nec aſtrin
guntur coniux & alii quos enumerat ſumma Angel.in uerbo denuncia
tio col.fi.qui ſicut non tenentur teſtificari,ita non tenentur uigore moni
torialium propalare.ut dicit eſſe de mente Panor.in d.cap.ad noſtram
de iur.iuran.el.ij.dum dicit quod tacere ueritatem eſt peccatum ideſt
31 quando quis poteſt compelli ad eam dicendam .ℂPariter etiam erit ex
cuſatus ille qui ſi diceret ueritatem poneret ſe in maximo p riculo , &
diſcrimine uitæ.ſecundum Stepha.mala. ĩ tract i. de electio.car.x.col.
ij.poſt. Bal.in c.cum nuncius de teſti. ubi ſi ille qui ſolet mittere minus
ad effectum,minetur mihi mortẽ ſi recuſo deponere, ob hoc ero excu·
32 ſatus. ℂItem eodem modo excuſabitur uaſſallus contra dominum ,p
palare ueritatem,ſecundum Præpoſ.in cap.i. §.ſimiliter , per illum tex.
33 de conſue.rect.feu. ℂExcuſantur etiam aduocatus & medicus, & pro
curator;ut etiam iſti non teneantur propalare ueritatem eis , & cuilibet
eorum intuitu eorum officio rem confiſam ne dicantur præuaricatores.
l.i.ff.de præua.Specul.in tit.de aduoca.§.nunc tractemus col.fi.uerſi.ca-
ueat,& uerſi.ſequen.Bar.in l.i.§.ſi is.quis.ff.de fal.nota.in clem.ſępe de
uerbo.ſignifi.Angel.in.§.præterea col.i.inſtit.ad l.aquil.Feli.in cap.acce
dens col.prima ut lit.non conteſt.Angelica in uerbo falſarius. Roſe.in
uerbo aduocatus.§.xi.& ibi Silueſtri.§.x.Tabien.§.xij. Sed mouet du-
biumNeuizan.ubi ſupra quod cum monitoriæ non fiant niſi de occultis
& in occultis ; aduocati & procuratores quando aliter ueritas haberi
non poſſet coguntur.ſecundum Steph. Aufr.in tit.de reprobatio.teſt.
in uerſi.aduocatus ad fin.quia tunc nemo excuſatur.Fel.in ca.i.col.ij.de
teſti.cogen.Hippo.in l.de minore.§.tormenta.col.fi.ff.de quæſtio.Dicit
tamen poſtea quod iſtud dubium non procedit,reſpectu medici aduoca
ti ſeu procuratorum. quia eis dicitur ueritas coacte , prout confeſſori.
Nam uulnus detegas ſi opus medicantis expectas.Bal.in ca.ſuper eo de
coha.cleri.& mulier.ℂEt ut confeſſori,ita medico & aduocato dicenda
eſt ueritas ſecundum Spe.in tit.de aduoca.§.nunc trattemus circa prin.
& ſic æquiparantur aduocatus medicus & procurator confeſſori. Iaſ.in
34 l.i.ff.de iuſt.& iur. ℂEſt tamen bene uerum (ut ad rem vnde digreſsi
fuimus reuertamur,quod idem Neuizan.limitat non cõcedi tales moni
torias illi qui uellet poſtea ex propalationibus teſtium agere criminali
ter.allegat Cappel.Tholo.q.cccccxii.Angelicam in uerſi.teſtes.§.xxvi.
Tu autem teneas omnino opi.Hoſtien.cum modificatione tamẽ Bal.Et
hodie indiſtincte ſeruatur cogi teſtes tam in ciuilibus quam in criminali
35 bus.ℂQuid igitur faciendum contra detinentes rem meam ſcilicet uir-
tutem litterarum monitorialium multi propalent eam detinere Petrũ?
Dicas quod eſt offerendus libellus contra detinentem talem rem,quod
factis monitoriis,idem Petrus negligit reſtituere rem , perſeuerando in
peccato.& ſic generaliter eſt excommunicatus, quare petatur eundẽ Pe
trum in genere excommunicatus cogi ad pœnitentiam, & in ſpecie , &
nominatim excommunicari. exindeq; non abſolui. uſquequo non reſti
tuerit

Vxor & filii an teneãtur reuelare uirtute monitorię.

Reuelare ã teneatur ille qui poneret ſe ibi maximo periculo.

Reuelare ã teneatur uaſſallus

Aduocatus, medicus.& procurator an reuelare teneantur.

Et oẽs confeſſori ęquiparantur.

Monitoriæ nõ conceduntur uolentĩ poſtea agere criminaliter.

Forma agẽdi contra detinentes rẽ meam.

Teſtes qualiter cogantur ᵭponere

tuerit certa mihi.ut bene docet idem Neuizan.ubi ſupra. ℭQualiter ergo cogantur teſtes deponere de iure canonico text.in cã.ſuper eo.extra de teſti.cogen.iuncto tex.in cap.præce: dicit quod debent citari, & moneri quod compareant ad deponendum,ſub pæna ſuſpenſionis,& ſi nõ uenerint, poterit eis comminari pæna excommunicationis,& depoſitionis. Et ſic not.Docto.quod in eadem littera citationis debet fulminari ſuſpenſio:& ſi intra alium terminum non uenerint eadem littera prefixum feratur excommunicatio,& ſi non uenerint in tertio termino cominetur depoſitio. Dom.Abb.ibi dicit ꝙ cæteris paribus hoc fit honeſtum: non tamen eſt neceſſarium. iudex enim poteſt incipere ab illa pæna quæ magis timetur cap.quoniam in fin.ut lit.non conteſt.& cap.i.ᵭ iudi.in multis enim curijs ſeruatur opinio do.Abb.Nam fit citatio teſtibus quod compareant ad deponendum ſub pæna excõmunicationis,infra nouem dies, quorum tres pro primo, tres pro ſecundo, & tres pro ultimo peremptorio, aſsignantur. poteſt etiam aſsignari maior, vel minor terminus, iuxta diſtantiam, & uicinitatem locorum poſſunt etiam cogi teſtes per mulctæ indictionem arg.l.unicæ.ff.ſiquis ius dicend.non obtem uel etiam captis pignoribus. l.iudices.C.ᵭ fi.inſtru.ut dicit Spe. in tit.de teſti.§.penul.Contrarium enim expreſsè non reperitur ſtatutũ, de iure canonico;ergo attenditur ius ciuile.(Addictio in quantum enim dicit d.Auctor quod iudex poteſt incipire ab illa pæna quæ magis timetur, adde.Feli.in cap.irrefragabili de offic.ordi. Abb.in ca.poſtulaſti ii. col.circa fi.extra de iudi.Et an & quando iudex poteſt imponere pænã ſuo arbitrio.uide Feli.in cap.qualiter & quando lo.ij.§.ad corrigendas v.col.uerſi.circa quartum.& in vi.col. Abba.in.c.cum non ab homine de iudi.Fran.Anto.Mona. 36

Teſtes an cogi poſsit per iudicẽ delegatum.

ℭAn autem iudices delegati poſsint indiſtinctè cogere teſtes? Specu.in tit.de teſt.§.pen.in fi.dicit quod curia Romana ſolet regulariter in delegationibus et commiſsionibus apponere illã clauſulam, uidelicet teſtes qui fuerint renitentes compellere, & cætera cap.i.extra de teſti.cogen.cap.cum contra ſed do. Abb.ĩ d.cap.i.& cæteri Docto.ibi & in cap.cum cõtra & in cap.dilectorum,dicunt quod ſine illa clauſula,delegatus poteſt cogere teſtes; quia uidentur mandata omnia illa, ſine quibus cauſa expediri non poteſt.(Addictio uide tu nota. Abba.in cap.prudentiam.§.ſi uero i.col.uerſi.item nota extra de offi.de lega.& Roma.conſi. cccxxx.Fran.Anto.Mona.) 37

Citatus ut cõpareat ad deponendũ non cõparẽs & excommunicatus, qui poſtea comparẽdo dicit ſe fuiſſe impeditũ iuſto ĩpedimento quid faciendum?

ℭQuid enim ſi iuſſus eſt quis comparere ad deponendum qui non comparuit;nec excuſatore miſit.propter quod fuit excommunicatus,demum comparuit, & dicit non potuiſſe comparere eo quia fuit iuſto impedimento impeditus nũ quid erit excommunicatus legitime? gl.in c.cum ſuper de teſti. cogen. dicit quod quo ad Deum non erit excommunicatus, ſed quo ad eccleſiã ſic: ſed conſtito de impedimento, de facili deberet abſolui. & cum illa gloſ.concordat alia in c.quiſquis in uerbo occurreret iiij.q.v.& ſequuntur Ioan.And.do.Anto.Cardi.& Imo.in cap.p.& g.de offic.deleg.ante finem.& licet aduerſus hanc opinionẽ gloſ.multa allegentur;nihilominus communis opinio eſt cum gloſ.ut fatetur Feli.ibi eſt tamẽ bene uerum quod Feli.limitat hanc opinionem tribus modis. ℭPrimo, ut non 38

procedat

procedat in delegato, quia conſtito de impedimẽto, excõmunicatio erit nulla: nec requiritur de neceſsitate abſolutio ſecundũ Doc. poſt Lap. in c. uenerabilis. §. porro extra de ſent. excom. hanc tamen primã limitationẽ idem Fely. ibidem non putat ſubſtentabilem. ℭ Secundo limitat niſi iudex ſciuiſſet impedimentum, quia tunc excommunicatio erit ipſo iure nulla. Nec eſſet opus abſolutione, ut per eum. ℭ Tertio limitat, ut non procedant prædicta, ſi ex uerbis ſententiæ colligeretur ſententiam excõmunicationis fundari in caſu contemptus uel contumaciæ, ut quia dicatur ſi contempſeris uel ſi diſtuleris, quia tunc non incurrit excommunicatio ſecundum dominum Abbatem ibi. licet Fely. hanc limitationem

De eodem.

De eodem.

Teſtes an reuocandi ſint de ptibus lõginquis, Et cuius expenſis.

39 impugnet ut ibi. ℭ Nunquid autem cogendi, & euocandi ſint teſtes de longinquis partibus? dicas quod ſic expẽſis tamẽ producentis cap. ſtatutum prope finem de reſcrip. in. vi. & iiii. q. 3. cap. ueturis, & habetur per dominum Abbatem, & Doct. in capitu. cum ſuper extra de teſti. cogen.

Remiſſoria an concedatur in partibus.

40 ℭ An autem teſtium audientia, uel remiſſoria concedatur in partibus. glo. in cap. mulieres de iudi. in. vi. & ibi late per Felynum poſt Abbatem in cap. cum cauſam penulti. colum. extra de teſtib. dixit quod nõ. Neque ſuper hoc ualeret conſuetudo in contrarium, ut eſt glo. ſing. in cap. teſtes 3. quæſtio. 9. & hoc etiam uoluit Gomeſ. in dicto cap. mulieres (Additio An autem hoc procedat ſi teſtes examinãdi fuerint impediti, uel ſint extra prouinciam? uide Fely. & Abb. in cap. cum cauſam de teſtib. & Fely. in cap. ſiquis teſtium prima colum. & ibi per Franci. Aret. Franci. Anton. Monac.) uide etiam Hercu. Seue. in tracta, de remiſsio. cap. iiii. fol. 8. Intellige tamen hæc procedere in his caſibus in quibus probato crimine cõdemnatio ſequi debet, ueluti cum de crimine principaliter agitur. At ſi in exceptione uel ciuiliter de crimine cognoſcatur remiſsio concedetur, quoniam in his probatione criminis facta condemnatio nõ ſequitur cap. cum dilecti de ordi. co. in fi. ca. tuæ, & quod ibi per Docto. de proba, Rot. deciſ. xxx, circa medium de dila. fuit dubitatũ in no. Felyn. in dicto cap. cum cauſam de teſtib. Seuer. ubi ſupra. Concedetur etiam remiſſoria, ſi de leui crimine agitur principaliter, quod modica pœna puniri deberet argumen. tex. in authen. de teſti. & quoniam Pau. de Caſt. in l. iudices prima colum. de fide inſtrumentorum, & ibi Seuer. vbi ſupra.

Remiſſoria qualiter concedatur. Et quando concedatur.

41 ℭ Quomodo & qualiter, & cum qua ſollẽnitate concedatur remiſſoria & partibus quando de iure erit concedenda? uide in ritibus per me recollectis in curia Archiepiſcopali Salernitanenſi. ℭ Dicit enim Gomeſ. in dicto cap. mulieres, quod licet uerum ſit non concedi remiſſoriam in criminalibus, tamen vbi qualitas perſonæ, tam teſtis recipiendi, quam iudicis repugnaret non poſſe huiuſmodi actum receptionis teſtium ſalua honeſtate & decentia per ſe principaliter adimplere (cum iſto caſu potius ſit attendenda perſonarum qualitas, ut hoc non faciant, quam cauſa quæ etiam perſonalem præsẽtiam requirit.) committenda erit receptio teſtium quod dicit eſſe ſingu. Pe. de Ancha in dicto cap. mulieres in fi. et ſequitur Albe. in cap. cũ cauſam colum. fina. de teſtib. & in cap. ſi qui teſtium ulti. no. de teſtib. Et ſic ſi ſunt examinandæ mulieres, uel moniales

Egregie. P

42 iudex tenetur ad eas mittere, uel accedere ad eas. ℭ Item eſt aduertendum

ſonæ tenentur perſonaliter cõparere ad deferendum teſtimonium.

dum quod in cauſis criminalibus, etiam egregiæ perſonæ tenentur comparere perſonaliter ad ferendum teſtimonium. Et tamen bene uerum, quod iudex poteſt eis gratificari, ſi uult, nõ tamen aſtringitur ut dicit dominus Abbas in dicto cap. ſi qui teſtiũ, & in cap. primo in fine per gloſ. ibi. de teſtib. cogen. & tenet Felyn. in dicto cap. ſi qui teſtium prima colum tex. autem in. l. ad egregias procedit in ciuilibus, non autem in criminalibus, ut per omnes modernos ibi habetur. Et eſt gloſ. in capi. teſtes 3. quæſtio. 9. & per Domi. in cap. ii. de teſtib in. vi. & Rot. not. ccxlii. incipien. perſona egregia. quod dicit Gomeſ. in dicto cap. mulieres procedere niſi perſona egregia eſſet maximo impedimento impedita, quia tunc iudex ſalua dignitate ad eã accedere poterit argumen. tex. in dicto cap. mulieres. (Additio uide Fran. Are. in dicto cap. ſi qui teſtium, & ibi per Imol. & Fely, uide tex. & ibi Archi. in cap. teſtis. 3. q. 9. Fran. Ant. Mona.)

Teſtes an poſſint examinari in eccleſia.

43 ℭ An teſtes in criminalibus poſſint recipi, & examinari in eccleſia? dicas ꝙ ſic, ut habetur per Domi. in cap. de cætero. §. fi. in fine de immu. eccle. in vi. de quo diſputat Bar. in l. nemo. C. de ſacroſanct. eccle. & habetur per Gomeſ. in dicto capit. mulieres.

Remiſſoria cui committi poſſit. Et quando concedenda.

44 ℭ Illud tamen non omittas ſcire, quod ubicunq; contigerit cõmitti audientiã teſtiũ ſeu remiſſoriã cõcedi non poteſt neque debet committi actuario cauſæ, ſeu alteri notario, ſed habenti iuriſdictionem, ut in cap mulieres de iudi. in. vi. quia de iure ciuili ſemper facienda eſt commiſsio habenti iuriſdictionem, licet ſecus ſit de iure canonico ſecundum Fran. in dicto cap. mulieres, & ibi. plene per Gomeſ. numero. xxx. (Additio Domi. Auctor non aperit, quãdo cõcedatur remiſſoria, ideo dicas, quod conceditur quando perſonæ examinandæ ad iudicem uenire nequeunt. uel eſſemus in cauſa hæreſis, uel teſtes eſſent extra prouinciam. Felyn. in cap. ſi qui teſtium de teſti. & merito quia alias delicta remanerent impunita contra tex. in. l. ita uulneratus. ff. ad legem Aquili. ca. famæ. de ſenten. excommuni. Et merito fit cõmiſsio habenti iuriſdictionem, quia una iuriſdictio per alteram adiuuari debet. ita per Albe. oliuam in ritibus eccleſiæ metropo. Neapo. num. 22. Fran. Anto. Mona.)

De eodem.

ℭ Eſt tamen aduertendum quod quando examinãtur teſtes non citata parte tam in inquiſitione ad informationem curiæ (quod eſt ordinariũ) quam in accuſatione pro quodam præambulo ad finem decernendæ citationis ſeu monitorij perſonalis, & ad effectum arreſtationis (ut dixi ſupra) poterit concedi remiſſoria notario ſeu alteri in quibuſcunque criminibus, & eſt ratio, quia teſtes illi examinantur abſque citatione partis nec aliter ei officiunt, niſi ad effectus prædictos tantum, quando autem teſtes oportet examinari poſt terminum ad articulãdum, tunc oportet ſeruari prædicta, & ſeruari debent termini ſubſtantiales de quibus infra ſuo loco dicemus, & diximus in ritibus curiæ Archiepiſcopalis Salernitanenſis.

Mulieres an ſint idoneæ teſtes in criminalibus.

45 ℭ An mulieres ſint de iure canonico idoneæ teſtes in criminalibus? in quo dicẽdum eſt, quod aut agitur ciuiliter de crimine, & eo caſu bene admittuntur, aut agitur criminaliter, & non admittuntur capi. mulierem. xxiii. quæſtio. v. & cap. forus de uerbo. ſignifica. & ita concludit Panorm. in cap. quoniam extra de teſtibus. quod quidem etiam per Theologos approbatur. ut habetur per Beat. Thom. ſecunda

cunda ſecundæ quæſtio.lxx.articu. 3.licet videbatur poſſe dici, quòd teſti monium nullius ſit repellendum,niſi propter culpam,quia quibuſdam in pœnam infligitur quod ad teſtimonium non admittantur, ſicut patet in h s qui infamia notantur. ſed pœnā non eſt inferenda, niſi propter culpā; ergo uidetur quod nullius teſtimonium ſit repellendum, niſi propter culpam: Præterea de quolibet præſumendum eſt: bonum niſi expreſsè appa reat contrarium. Sed ad bonitatem hominis pertinet quòd verum teſtimonium dicat cum ergo non poſsit conſtare de contrario, niſi propter ali quam culpam, videtur quod nullius ſit teſtimonium repellendū niſi propter culpam. Præterea ad ea quæ ſunt de neceſsitate ſalutis nullus redditur non idoneus, niſi propter peccatum. Sed teſtificari veritatem, eſt de neceſsitate ſalutis, ergo nullus debet excludi a teſtificando, niſi propter culpam. Nihilominus dicit idem Beat. Thom. quòd teſtimonium non ha bet infallibilem certitudinem, ſed probabilem tantum. Et ideo quicquid eſt, quod probabilitatem auferat in contrarium teſtimonium reddit inefficax. Redditur autem improbabile, quòd aliquis in teſtificanda veritate non ſit firmus; quandoque quidem propter culpam, ſicut infideles, & infames, quandoque abſque culpa, & hoc prouenit, uel ex defectu rationis, ſicut patet in pueris amentibus, & mulieribus, vel ex affectu, ſicut patet de inimicis. & perſonis coniunctis, & domeſticis, uel etiam ex exteriori conditione, ſicut ſunt pauperes ſerui, & illi quibus imperari poteſt de quibus probabile eſt, quod de facili poſsint induci ad teſtimonium ferendum contra ueritatem. Et ſic teſtimonium alicuius repellitur propter culpam, & non culpam. Et tenendo iſtam partem, reſpondet ad allegata in contrarium. Et quo ad primum dicendum eſt; quod repellere aliquem à teſtimonio magis pertinet ad cautelam falſi teſtimonij vitandi, quàm ad pœnam, vnde ratio non ſequitur. Ad ſecundum dicit, quòd de quolibet præſumendum eſt bonum, niſi appareat contrarium: dummodo non uergat in detrimentum ſeu periculum alterius, quia tunc eſt adhibēda cautela, ut non de facili unicuique credatur. ſecundum illud primo Io. 4. (nolite credere omni ſpiritui.) Ad tertium dicendum eſt, quod teſtificari eſt de neceſsitate ſalutis (ſuppoſita teſtis idoneitate & ordine iuris) vnde nihil prohibet aliquos excuſari à teſtimonio ferendo, ſi non reputantur idonei, ſecundum iura. hæc ille Alexan. de Aleſ. in ſua ſumma par. 3. quæſtio. xliij. titul. de teſti. ar. 3. dicit quod lege diuina, quamuis expreſſe non habeatur prohibitio alicuius perſonæ, tamen ſecundum canones & leges plures non reputantur idonei. Mulierem enim conſtat ex authoritate veteris & noui teſtamenti eſſe ſubiectam uiri ſui dominio, & nullam habere authoritatem, nec docere poteſt, nec eſſe teſtis, nec fidem dare, nec iudicare, & eſtat decretum Fabiani Papæ. xv. quæſtio. 3. mulieres, nec ſacerdotes accuſare, nec in eos teſtificari poſſe. ipſe autem Alexand. de Aleſ. ibidem. Arguit in contrarium. Nam nulli dubium eſt, quod maius ſit incomparabiliter eſſe teſtem veritatis diuinæ, quàm ueritatis humanæ. Sed mulieres inueniuntur idoneæ ad teſtimonium ueritatis diuinæ Heliſabeth. Luc. primo, & Anna Luc. ſecundo, & multæ aliæ in ueteri teſtamento. Ergo multo fortius debent eſſe idoneæ ad teſtimonium ueri-

ueritatis humanæ: Item lex canonizata.xv.quæſtio. 3. dicit lege iulia prohibere mulierem condemnatam de adulterio teſtimonium dicere. Ergo in cæteris mulieribus non denegatur. Item eadem quæſtio lex alia admittit mulieres in criminibus læſæ maieſtatis. Nam coniurationem Sergij Cathilinę, Iulia mulier detexit. Et Marcum Tullium conſulem in iudicium eius inſtruxit. ergo ſecundum legem diuinam, & humanã ſunt mulieres teſtes idoneæ. Sed reſpondet ipſe, quod in ciuilibus admittuntur mulieres, ſed in criminalibus non, niſi in crimine læſæ maieſtatis. Nec obſtat quod mulieres fuerunt admiſſæ ad teſtificationem ueritatis diuinæ, quia hoc non eſt generale, ſed ſpeciale & priuilegium gratiæ. Priuilegia uero paucorum non faciunt legem communem. Et quod mulieres in criminalibus de iure canonico non ſint idoneæ teſtes tenet expreſsè gloſſ. in cap. forus de verborum ſignificatione. ℭ Et gloſ. dicit vnum notabile in 46
Teſtimonium mulieris, & infamis æquiparantur. cap. mulierem. 33. quæſtio. 6. quod teſtimonium mulieris, & infamis æquiparantur. Et habetur per Hoſtien. in ſumma de teſtibus. §. quis teſtis eſſe poſsit, & Specula. in titu. de pro. §. primo verſicu. ſeptimo in teſtificatione criminali. Alberi. in l. qui teſtamento. §. mulier colum. prima. ff. de teſtamen. & plene per Tiraquel. in tracta. de legi. connub. l. 9. numero. 49. Solus Decius in l. fœminę colum. quinta uerſicul. xvi. tenet contrarium, Ego autem puto quod in caſibus in quibus non poterit eſſe teſtimonium niſi mulierum, erunt mulieres idoneæ ad ferendum teſtimonium. & hoc etiam fit de mente domini Abbatis in capitu. inter extra de purga. canoni. & capitulo cum in iuuentute eodem titulo in fine. (Additio Mulieres non admitti, ad teſtimonium ferendum, inqnit do. Auctor limi-
Opi. do. Autho. ta tribus modis primo vt non procedat in criminibus exceptis quia eo caſu admittuntur gl. in c. ex eo 15. q. 3. ſecundo in defectum probationis, quando per laicos et viros probari non poſſet Saly. in l. ea quidem. 1. col. ver. ad quintam. q. C. de accuſa. Ioan. Andr. in addi. Spe. tit. de teſte. §. 1. in verſi. item quod eſt mulier. Alex. conſi. 64. 1. col. lib. 1. c. peruenit extra de teſti. cogen. & ex hoc dixit no. Abb. in c. de cætero extra de teſti. quod licet laicus non admittatur contra clericum in cauſa criminali, ut in c laicos & c. ſequenti. 2. q. 7. tamen ſi clericus cõmittit delictum, vbi non erat copia clericorũ hoc caſu poterit cõuinci ꝑ laicos. Et ex prædictis infert, ẽt Anto. de But. ꝙ licet repellantur domeſtici. c. repellatur extra de teſti. l. ẽt. l. parentes C. de teſti. tamen. ſecundum eum quando aliter veritas haberi non poſſit admittuntur. Abb. in c. tua extra de ſponſa. Tertio non procedit in inquiſitione vbi admittuntur etiam criminoſi. ita Imol. in c. cum I. & A.
Teſtes uacillantes an torq̃ri poſſint. extra de re iudi. Fran. Anto. Mona. ℭ An autem, etiam in foro canonico, procedat id quod late dixi in praxi mea cri. in verbo capiat informationem valet quod teſtes vacillantes, vel qui negant veritatem, & conſtat eos ſcire eam vel interfuerunt facto, & tamen negant, poſsint torqueri? & dicendum eſt, quod ſic ut eſt tex. in c. illi qui, aut in fide. 5. q. 5. & ibi plene per Gloſſ. quæ etiam allegat text. in c. ſuper his extra de pœnis & hæc ẽt (ibi dicit Glo.) procedunt nedum in laicis, ſed etiam in clericis ſi ſunt ſuſpecti. ut torqueantur tamen a iudice eccleſiaſtico, non autem à laico, Cauendum tamen eſt (ſecundum Archi. in d. c. illi. 5. q. 1. ne clerici tor-

et torqueantur ſeuerioribus tormentis, vt imineat periculum vitæ ſed leuioribus tormentis, ſubiiciendi ſunt. Et dicit idem Archi: quod licet ex concil. vrbicen. ſit ſtatutum quod vbi rei torquentur, non debent intereſſe presbiteri, aut diaconi, illud intelligitur de ſeueriſsimis tormentis, ſcilicet de aculeis, ſed de leuioribus eſt ſecus; allegat. c. 1. 23. q. 5. & quod clerici dicto caſu torqueri poſsint, allegat tex. in. c. in primis in fi. 2. q. 1. & ita dicit ſeruādū, & in. c. presbiteri. 5. q. 6. el primo dicit præpoſ. quod in illis caſibus in quibus laici proferendo teſtimonio torquentur vt ei credatur poſsint etiam torqueri clerici, puta ſi eſſent infames, vel ſponte crimina confitentes, vel ſunt criminoſi, & huiuſmodi, qui non ſunt ad teſtimonium admittēdi tamen vbi non ſunt aliæ probationes in defectū admittuntur. tamen prius torquentur. 4 q. 3. c. ſi res ſecundum Hugo. & idem tenuit Barto. Brixie. in poſitione caſus. Idem Petr. ſecundum Archid. Patet igitur quod male Bernar. diaz. in ſua crimi. practi. cano. in verbo tortura. num. 9. dixit quod clerici non torquentur pro teſtimonio vacillante, & quod ſolus Bald. in margarita ſua in uerbo clericus tenuit contrarium. (Additio adde pro opinio. do. Autho. Abba. in. c. cum in contemplatione de regu. iur. in. 6. Gloſſ. in uerſi. quod uero in c. 1. 15. q. 6. et prædicta etiam procedunt, ſi ageretur de pecunia. Per Abba. in c. grauis extra de poſito. 1. col. verſi. nota vlterius Feli. in. c. olim. 3. col. verſi. tertius caſus extra de reſcrip. Io. And. in d. c. cum in contemplatione per totum vbi inter cætera inquit), quod ideo permittitur torqueri hoc caſu clericos, quia fortius alio peccant, celando veritatem. c. quam ſit graue extra de excep. præla. & eſt communis opinio canoniſtarum in d. c. cum

Ber. Diaz. reprehenditur,

48 in contemplatione. 2. col. verſi. quinto quero. Fran. Anto. Mona. ℂ Nunc quid clerici poſsint torqueri contra laicum? Abb. in c. de cætero de teſti. dicit quod nō niſi de crimine eccleſiaſtico, vel niſi de crimine ſeculari de

Torqueri an poſſint clerici contra laicos.

49 quo non ſit pœna sāguinis. ℂ Qualiter ergo examinabūtur teſtes in cauſa hæreſis? Dicas quod debent examinari, in præſentia duarum perſonarum religioſarum. c. vt officium. §. verum de heret. in 6. Alia ad materiā pertinentia Deo dante infra (vbi de admiſsione ad probandū articulos)

Teſtes in cā hereſis qualiter examinātur.

50 dicetur. ℂ Forma. n. commiſsionis examinis teſtium, ad informationē curiæ erit. Nos Antonius reſignus Vicarius generalis in ſpiritualibus metropolitanæ curiæ Salernitanenſis, & cætera. Magnifico Domino gubernatori terræ ſancti Seuerini, ſalutem in domino, & noſtris, & cætera pro parte ægregij Franciſci de ſanctis dicta metropolitanæ curiæ fiſcalis, fuit nobis quærulāter expoſitum, quod cū alias de anno & menſe per teſtes examinandos, latius exprimendis, talis presbiter acceſsiſſet ac domum talis, cum quodam ligno illum verberauit. quo circa pro eiuſdem fiſcalis parte requiſiti, ne delictum huiuſmodi impunitum remaneret, & delinquens ex dicto delicto glorietur: vobis committimus, ac in virtute sāctæ obedientiæ ſub excommunicationis pœna, diſtrictè præcipimus, quatenus ſtatim viſis præſentibus, & poſtea quam fueritis ſuper hoc legitimè requiſiti ſuper præmiſsis & aliis delictis, per dictum. N. cōmiſsis & perpetratis, diligenter inquiratis, nec nō quoſcunque teſtes de præmiſsis notitiam habētes, mediis eorum iuramentis ſecretè dicto N. minime citta-

Commiſsionis remiſſoriæ forma.

to, examinatis, ſeu examinari facietis, & contra eundem deponere nolentes per cenſuras eccleſiaſticas & alias pecuniarias pœnas uſq; ad inuocationem auxilii brachii ſecularis procedatis, & ad deponendum cogatis, & compellatis; eorumque depoſitiones & dicta ad nos fideliter, quãto citius poteritis, trãſmittatis iuſtitiam miniſtraturi. In quorum quidem, & cætera. Datum Salerni die &c.

Teſtes ultra decẽ, an examinandi in criminalibus? Et quid in ciuilibus.

51 ¶ Vtrum autem debeant & poſsint in criminalibus examinari ad defenſam vltra decem teſtes? dicas quod ſic, ad defenſam tantum, non autem ad inſtantiam accuſatoris. pro quo l. ... § ſi quis vltro de queſtio. & Hippo. conſi. 39 dominus facit. l. fi. vbi doct. ff. de fer. & voluit Petr. à Rebuff. in conſti. tit. de teſti. tom. 3. fol. 39. num. 3.

52 ¶ Et an in ciuilibus poſsint examinari in curiis eccleſiaſticis quot teſtes quis voluerit, non obſtante ſtatuto reſtringente numerum examinandorum? dicas quod ſic vt ibi per Pet. Rebuff. num. 1. & 2. et vide ibi per eum in Gloſſ. 5. num. 4.

Teſtes an poſsint examinari ĩ domo accuſatoris.

53 ¶ Vtrum teſtes poſsint & debeant examinari in domo accuſatoris? dicas quod non ita Bal. in rub. de iudi. col. 2. in 2. lectura. & Pet. à Rebuff. ſuper conſti. in tit. de teſti. in Gloſſ. vltima. num. 5. in tomo 3.

Teſtes ad futurã rei memoriam an examinẽtur in criminalibus.

54 ¶ An teſtes examinẽtur in criminalibus ad futuram rei memoriã? dicas quod non. c. fin. vt lit. non conte. & ita refert fuiſſe deciſum Pet. à Rebuff. in 3. tom. ſua conſti. tit. de cau. bene. poſſe nu. 9. art. 2. Glo. vna.

Reperti culpabiles citentur. Cap. 9

SVMMARIVM.

1 Citari debent inquiſiti.
2 Citatio perſonalis permittitur in criminalibus.
3 Procurator non admittitur in criminalibus.
4 Tertius quando admittitur per procuratorem.
5 Procurator an admittatur ubi quis non poſſet comparere propter impedimentum facti, uel iuris?
6 Procurator an poſsit interuenire ubi uenit imponenda pœna relegationis?
7 Pena corporalis an imponatur de iure canonico.
8 Pæna metalli an imponatur de iure canonico?
9 pæna relegationis an iure canonico ſeruetur. Et quæ aliȩ ſeruentur?
10 Pœna infamiæ an habeat locum de iure canonico?
11 Pæna depoſitionis ab ordine minor relegatione.
12 Procurator non admittitur in criminalibus, etiam quod poſſit contra abſentem procedi.
13 Excuſator admittitur abſque mandato.
14 Tertius comparens pro ſuo intereſſe an ſit citandus?
15 Citatio ad domum an ſufficiat ut poſsit ad excommunicationem procedi?
16 Abſens quãdo, & quis dicatur? Et an hoc iudicis arbitrio committatur?
17 Citatio ratione abſentiæ quando permittatur. Et ubi ſit facienda?
18 Relatio nuntii qualis eẽ debeat.
19 Iuramento curſoris ſtabitur ſe non potuiſſe de perſona reperire

rire citandum

20 Citatus domi, an excommunicetur Neapoli?

21 Dilationes citatoriæ an ſint arbitrariæ?

22 Citatio facta in cathedrali dioceſis an ualeat?

23 Citato debet dari copia citationis ut arctetur ad comparendum.

24 Citatio poteſt exequi etiam die feriato.

25 Citatio pōt fieri per quēcūque.

26 Commiſsio de citando, poteſt fieri etiam die feriato.

27 Dies iuridica quæ dicatur.

28 Citari ubi debeat non habens domum,nec eccleſiam reſidētiam requirentem.Et econtra.

29 Citari ubi quis debeat, ſi nō pateat tutus acceſſus ad ipſum citandum.

30 Leges non arctant, niſi in prouintiis publicentur.

31 Citatio ultra eius lecturam, debet affigi in ualuis ecleſiarum Et quo tempore hoc faciendum.

32 Epiſcopus an poſsit repetere clericum ab alio detentum?

33 Epiſcopo repetenti clericum, an credatur, ſi dicat illum eſſe clericum?

34 Citari decē an poſsint per procuratorem comparere?

35 Citatio qualiter fieri debeat.

36 Forma uera,& realis citationis.

37 Citatio perſonalis an ſemper committatur. Et in quibus caſibus?

38 Citatus a delegato non inſerto tenore reſcripti, an teneatur comparere.

39 Citationi an inſeri debeat cauſa.

40 Citatio ꝑ edictū quomodo fiat

41 Citatio facta contra decanum, &capitulum, & citentur particulares:an poſsint excommunicari.

42 Citationis exequutio qualis fiat.

43 Citatio in caſu in quo non poſſet procedi.grauat.

44 Citationē affixam qualiter puniatur remouens.

45 Mulier an poſsit eſſe procuratrix.

1 CONVENIT culpabiles repertos citari.ℭ Vt &ipſi audiātur in eorū iuribus.& ſic cōtumaces extiterint uti cōtumaces puniantur.Hoc.n.& iuri diuino, & humano oīq; rōni naturali politicę,et legali cōgruere vr̄,inquit .n.Plato in dialogo ix.de legi.iudiciorū ordinē expoſtulare.ut iudices audito accuſatore,& his quæꝑponit diligēter ruminatis, defenſorē audiri.& ut præſens eius defenſiones alleget, atque proponat.Id enim iuris diuini eſſe, prohibent Theologi.ſecundum Alexand.de aleſ.tertia parte ſuæ ſummæ q.xlv. art.ſecundo in titulo de proceſſu iudicii.habetur enim numeri ſextadecima quod miſit Moiſes & uocauit Dathan.& Abiron .citando eos ut comparerent coram ipſo iudicio ,(ibi etiam exprimitur contumacia(qua dixerunt non uenimus. Et ſequitur Pæna grauiſsima, qua ad ſententiam Moiſis abſorti ſunt a terra.nullus enim abſens dānari debet ergo neceſſaria eſt citatio.Deus enim cum peccaſſet Adam:non prius cum iudicauit,quam uocaſſet, ut Geneſ.3,cum homicida eſſet Cain, ne-

Citari debēt inquiſiti.

Citatio ꝑſonalis permittitur in criminalibus.

quaquam condendauit; antequam uocaſſet, ut Genere.4.¶ Et quia in cri
minalibus, deſideratur perſona inquiſita, ut uideat iudex quo uultu, qua
facie, quo colore, & qua titubatione factum neget, aut fateatur. Qua
de re ſtatutum eſt, ut citatio tali fiat cauſa, ut perſonaliter. per ſe, & non
per procuratorem compareat cap.i.de iud.in vi. Si enim poſſet reus in-
quiſitus perſonaliter non comparere, ſed per procuratorem non poſſet
Iudex(interrogando eum & audiendo ipſum) ex ſermonibus eius elice
re ueritatem criminis. Nec uidere quo uultu, qua conſtantia. qua trepi
datione loquatur quæ plurimum conferunt ad cognoſcendum ueritatem
ut dicit iurecon.ibi l.de minore.§. tormenta.ff.de quęſtion.

Procurator nõ admittitur in criminalibus.
Tertius quãdo admittitur per procuratorem.

¶ Sicque.in criminalibus non admittitur procurator. ut in cap. ueniẽs
extra de accuſa.& ibi latè glo. in cap.tuæ extra de procurator. Sed debet
quis per ſe perſonaliter comparere.¶ Eſt tamen bene uerum quod ſi ali 4
quis in cauſſa quantumuis criminali, & capitali, uellet ut tertius com-
parere,& non ut principalis, admittitur per procuratorem quia ſecundum
Abb.in d.cap.ueniens, quo ad eum, non poteſt dici cauſa criminalis.
¶ Pone enim exemplum, quod comparet Abbas ad defendendũ, uel re
petendum monachum ſuum.uel Epiſcopus cõparet pro clerico ſuo, ad
ipſum repetendum: certe iſto caſu, iſti tales bene admittuntur per pro-
curatorem.per tex.in l.ſi ſeruus.ff.de pub.iudi.& tradit dom. Abba.in d.
c.ueniens; & etiam admittuntur ad defendendum ſecundum Abb.ibidẽ
(Addictio Adde Feli.in capitu.meminimus.iii.col.uerſi.tertia concluſio.
de accuſa. Inno.in ca.licet in beato Petro in uerſi.item dominus eo.titulo.
Et proinde ex prædictis inferunt Docto.quod ſi factor alicuius eſt cõdẽ
datus ad mortem, poteſt dominus inſtare, ut exequutio differatur.ita
Cy.in l.i.C.de bon.dãna.gloſ.nota in uerſi.anima aduerſione in cap.cũ
apud xi.q.iii.Fran.Anto.Mona. ¶ Aliquando quis non poteſt compa- 5
rere (propter impoſsibilitatem facti.) per ſe perſonaliter; ut eſt capitu-
lum, collegium,& uniuerſitas. & iſto caſu licita eſt comparitio per pro-
curatorem. no.in cap.dilectus de fi.& in l.aut facta de pæn.& not.idem
domi. Abb.in dicto cap.ueniens,& capitu.primo de accuſa. ¶ Aliquan
do excuſatur quis a comparitione perſonali propter impedimentum iu-
ri, ut quia eſt monialis illa quæ citatur quæ pro nulla cauſa debet egredi
monaſterium, vt in cap.primo de ſtatu monoch.in.vi. Et tunc poteſt in-
teruenire procurator. Dicit tamen domi. Abb.in dicto ca. ueniens, quod
ſi iudex poteſt accedere ad monaſterium, debet ibi cauſam agitare. Sed ſi
eſſet talis iudex, quem non decet ire, ut eſt Epiſcopus. Et tunc poteſt in
teruenire procurator, vt in ſimili dicitur de teſte in cap.ij de iudi.lib.vi.
(Additio dicit domi. Auctor hic, quod propter impoſsibilitatem facti,&
impedimentum iuris admittitur (etiam in criminalibus) procurator. Ad
de ad primum dictum Felyn.in dicto cap.meminimus.iiij.colum.verſic.
quarta concluſio extra de accuſa; Barto.in.l.tam collatores in uerſicu in
tex.ibi ſindico.C.de re milita.lib.xij.& in extrauagan.ad reprimendum
in uerbo perſonaliter uel legitime prope finem,& in.l.ij.§.fina. de accu-
ſa.Imo.in cap.licet in beato Petro extra de accuſa. Alexand.in addit.ad
Barto.in dicto l.tam collatores & ibi Cyn.4.colũ.uerſi.& nota hoc iure

Procurator an admittatur ubi qs ñ poſſet comparere propter impedimentum facti, uel iuris

re

re Matt. Affic. & Iſer. in conſtitu. regni generalia iura. Ad ſecundum di-
ctum uide Fely. in dicto cap. meminimus. 4. colum. uerſic. quarta conclu
6 ſio de accuſa. Franc. Anto. Mona.) ¶ Eſt tamen bene uerum, quod gloſſ.
& communiter Docto. ubique tenent (ut refert domi. Abb. in dicto cap.
ueniẽs) quod ubi imponenda eſſet pœna relegationis uel infra quod po-
teſt tunc interuenire procurator, licet dicat contrariam opinionem eſſe
de iure ueriorem de ſubtilitate iuris, & in uia diſputatiua. (Additio. Ad-
de & pro communi cõcluſione uide Maria. Soccy. in dicto cap. ueniens
uerſicu. quinto quæro extra de accuſa. Fely. in dicto cap. meminimus, &
uide Specu. in titu. de procurator. §. primo, ſexta colum. uerſic. ſed præce-
dens regula. Franc. Anto. Mona.) ¶ Nec ignores, quod etiam de iure ca-
nonico, eſt diſtinguendum inter cauſas capitales in quibus imponitur pę
na ultra relegationẽ, uel pęna illi ſimilem. quæ ponitur per Imo. in c. qua
liter & qñ el. ij. de accu. & in illis cauſis non poteſt interuenire procura-
tor, ut bene no. Præp. in c. in criminalibus v. q. iij. ubi aũt eſſemus in cri-
minibus pro quibus imponeretur pœna relegationis uel infra uel pœna
amotionis ab ordine, & ſimilium bene interuenit procurator, ut habetur
in dicto cap. in criminalibus, & eſt ratio, quia hoc caſu poteſt procedi
ad diffinitiuam contra abſentem. l. abſentem. ff. de pœn. §. ſi ſepius. Item
quia procurator prohibetur interuenire in pœnis ultra relegationem.
in cæteris ergo cenſetur permiſſum capitu. qualis xxv. diſtinctio. & ita
arguit Præpoſit. ubi ſupra. (Additio. adde text. in. l. prima. ff. de requ. re.
Franciſ. Aretin. in capitulo ueniens. xi. colum. uerſicu. prima ratio de ac-
7 cuſa. Franciſ. Anto. Mona.) ¶ Sed ſecundum canones nunquam poteſt pę
na corporalis imponi, & ſic non eſt dare caſum in quo hęc pœna corpora
lis imponatur ſm Inn. ubi ſupra. eſt tamẽ bene uerũ, ꝙ licet, nõ iponatur
pœna corporalis ut. c. ſniam extra ne cler. li. diſtin. c. i. & ij. tñ eſt quędam
quæ aſsimilatur ei & imponitur de iure canonico. vt quando traditur cle
ricus ſeculari iudici puniendus vt extra de cri. fal. & c. ad falſa &c. cum
8 non ab homine extra de iud. ¶ Nec etiam iure canonico imponitur pœ
na metalli. licet ſi imponeretur, non retractaretur. ſecundum eundem
Inn. per. c. i. de calum. ſed ei poteſt æquiperari pœna carceris, quam pro
9 grauiſsimis criminibus eccleſia conſueuit infligere. c. pe. §. vlt. extra de
hære. vel quod quis redegatur in ſeruitutem. c. eas. 32. diſtin. vel traditur
curiæ ſeruiturus. 11. q. 1. c. ſtatuimus. Sed etiam in foro ſeculari hodie re-
ceſſerunt ab aula condendationes ad opus metalli, & ſucceſsit conden-
10 datio ad triremes, quæ pœna etiam iure canonum imponitur. ¶ Rele-
gatio autem nec eſt in vſu, in foro eccleſiæ ſed eius locum ſucceſsit detru
ſio in monaſterium de qua habetur in. l. diſtinctio. c. ſi Epiſcopus autem.
81. diſt. c. romanus. Item de iure canonico imponitur pœna depoſitionis
& degradationis. c. Epiſcopus autẽ. 11. q. 3. Item ſolet intercedi, quod ad
nullam dignitatem aſſumatur, licet remaneat in habitu. c. fi. de fil. presbi
ter. & c. ſuper extra de elec. Item ſolet quis condendari, vt non ordine-
tur in certa eccleſia. c. in primis. 2. q. 1. Item quod non aſcendat ad ſuperio
res ordines. c. ex tenore extra de tempo. ordi. Item ſolet quis ſuſpendi ad
tempus, & in perpetuum, item ab officio, & beneficio, & ad ingreſſu ec-

Procurator an poſſit interuenire ubi ueniet imponenda pęna relegationis.

De eodem.

Pęna corporalis an imponatur de iure canonico.

Pęna metalli an imponatur de iure canonico

Pœna relegationis an iure canonum ſeruetur. Et quæ alię ſeruentur.

cleſiæ,& aliæ multæ pœnæ imponuntur ſimiles ſecundum ca nones, quæ omnes ſunt relegationi ſimiles.(Additio, adde quod eccleſiæ citra vindictam ſanguinis, licet poteſt imponere pœ nam corporalem. ſecundum Abb.in c.1.1.col.verſi.vltimo collige extra de calumniato. & diffuſius in.c.in Archiepiſcopatu vlti.no.extra de rapto.tamen attende quod Papa poteſt imponere pœnam mortis ſtatuendo,nō autem exequendo ita Fely.in c.ſi quando col.3,verſi.vnde dicit Bal.extra de reſcri.Franc.Ant.

Pœna infamiæ an habeat locum de iure canonico?

Mo. ℂ Pœna autem infamiæ quæ ſolet imponi ſecundum leges, habet 10
locum etiam ſecundum canones. 2.q.3.§.hinc etiam, & 6.q.1.c.infames. Nam ſecundum canones ſunt aliqui infames infamia canonica ut c.teſtiū extra de teſti. Additio Adde quod ſi Epiſcopus non poteſt conſecrari,ſi eſt denuntiatus, ſiue accuſatus c.fi.extra de teſti. ita non poſsit eligi ad aliam dignitatem eccleſiaſticam? vide Fran.Are.in c. Deus omnipotens

Pęna depoſitionis ab ordine eſt minor relegatione.

2.col.in verſic.in gloſſ.poſita extra de accuſa. Fran.Anto.Monac. ℂIl- 11
lud quidem non omittas ſcire quod pęna depoſitionis ab ordine eſt, minor relegatione,& licet hanc ob cauſam de iure ciuili admittitur procurator (omnes fatentur.)Tamen de iure canonico non amittitur vt eſt tex. proprius in c.veniens & ibi late declarat Maria.Socy.in.13.quæſt.

Procurator non admittetur in criminalibus, etiā quod poſsit cōtra abſentē procedi.

ℂEſt etiam aduertendū,quod licet de iure canonico, quaſi in omnibus 12
criminibus procedi poſsit ad ſententiam diffinitiuam contra abſentem. præterquam quādo veniret imponēda pęna depoſitionis(de quo latius infra)& quando veniret imponenda pęna uſque ad relegationem: quibus caſibus contra abſentem procedi non poteſt ad diffinitiuam.l. abſētem.ff.de pęn.& c.decernimus.3.q.9.tamen non poteſt interuenire procurator:etiam quod poſsit ad diffinitiuam contra abſentem procedi.ſecundumPrępoſ.in c.in criminalibus.5.q.3.(Additio uide tu not. per Fely.in.c.meminimus extra de accuſa.Maria.Soccy.in.d.c.veniēs ð accuſa.Fran.Anto.Mo.) Vlterius ſciendum eſt,quodDo. Abb.in d.c.veniēs

De eodem.

poſt multa tenet quod in nullo crimine admittatur,pcurator ſiue crimen ſit publicum,ſiue ſit priuatum:niſi veniret imponēda pęnæ pecuniaria. arg.l.2.C.de proc ubi permittitur in pecuniaria.ad idem eſt tex.in.l.fi. C.de iniu.iuncta.l.fin.ff.eod.nam in crimine iniuriarum,non interuenit procurator niſi perſona ſit illuſtris:& tamen venit imponenda pęna relegationis,non autem ictus fuſtium. Et pro hac opinione, adducit optimas rationes, de quibus per eum: eſt tamen bene verum, quod contraria opinio eſt magis communis,& ab ea in iudicando non eſſet recedēdum & ſic quod ubi imponenda veniret pęna infra relegationē, poſſet

De eodem.

interuenire procurator Dicebant alij quod de iure canonico quando ꝓceditur per viam inquiſitionis,ex quo ſemper imponitur minor pęna, ſemper poteſt interuenire procurator ſecundum Hoſti.in ſumma de ꝓcu.§.& in qua re. & not.per gloſſ in.c.ad noſtrā in verbo vtebatur extra de pro.§.publice col.6.Io.Anto.Ru.in repet.§.ad crimen, dicit quod in illis caſibus in quibus inquiſitio ſuccedit in locum accuſationis, ſicut procurator non interuenit in caſu accuſationis,pari modo, in iudicio inquiſitionis,non debet interuenire,bene tn̄ verum, eſt ſecundum do. Anto.in.d.c.veniens,quodvbi inquireretur non ad naturalem pęnam delicti,

cti ſed tantummodo ad intereſſe publicum, ne criminoſus aliquid indignè
13 teneat admittetur & ita etiam ſentit Bal. in l. reos. C. de accu. ¶ Admittitur tamen excuſator, proculdubio abſque mandato ad allegandum cauſas abſentiæ, aut infirmitatis, captiuitatis, vel aliud impedimentũ inuitabile vt habetur in. l. reus. C. de accu. cano. 5. q. 3. & not. do. Abb. in. d c. ueniens. Non tamẽ admittitur excuſator ad allegãdũ ꝙ citatus propter inimicitias quas habet in loco non põt comparere. Nec ẽt admittitur ad allegãdam, & proponendam declinatoriã fori. vt ibi dicit do. Abb. & pulcre Spe. in tit. de cita. §. 1. nu. 10. verſus finem. Et in hoc caſu nihil reperio immutatũ de iure can. ideo proſequere, vt dixi in practica mea cauſa cri. vide tu Io. Ant. Rub. Alexa. in repeti. d. §. ad crimen, qui nu. 306. videtur tenere contrarium, ꝙ excuſator admittatur etiam ſine mandato ad allegendas prædictas

Excuſator admittitur abſque mãdato.

De eodem.

14 dictas cauſas. ¶ Aduertendum tamen eſt, quod licet ſupra dixerim, tertium audiri in cauſa criminali, pro intereſſe ſuo comparentem tamen nõ eſt citandus, ſecundum Inno. in c. cum deputati de iudi. & facit tex. in ca. uenerabilibus. §. 2. de ſen. excom. in 6. & uoluit Præpoſ. in c. caueant. 3. q. 9. ſed ego intelligo prædicta procedere, antequam tertius comparauiſſet, & non poſtea quia eo comparente, citandus eſt ad reliqua. (Additio, & merito citandus eſt, aſſumpto ſtatu cauſæ. per text. in l. de unoquoque. ff.

Tertius cõparens pro ſuo intereſſe an ſit citandus.

Opin. Do. Auct.

15 de re iudica. Fran. Anto. Mo.) ¶ Vtrum ſufficiat citatio ad domum, ut poſſit procedi in contumaciam & excommunicatio fieri? & uidetur dicẽdum quod non ſecundum Inno. in c. fi. de eo qui mi. in poſ. vbi dicit non ſufficere citationem ad domum quia antequam quis excommunicetur debet moneri. c. ſacro extra de ſenten. excom. & idem tenuit Vin. in c ad reprimendum in fi. de offi. ordi. idemque tenent Do. de Rot. deciſio. 66. Et idem uidetur uoluiſſe glo. ſuper verbo probabile in c. ſacris de ſenten. exco. & uoluit præpo. in c. caueant. 3. q. 9. dictum enim Inno. uidetur quaſi omnes docto. ſequi Io. And. in cl. 1. de iud. approbat dictam opinionẽ, uerum dicit, quod ille proceſſus, qui fieri poteſt contra perſonaliter citatum poteſt etiam fieri contra citatum per edictum. quod putabant uerũ Domi. de Ro. in deciſio: 367. quando citatio per edictum eſſet lecta in audientia contradictarum. Idem Inno. in c. ad petitionem extra de accuſa. dicit quod ſi citandus malitioſe procurat quod citatio ad eum non perueniat: ſufficit citatio domi. facta domi. de Rot. in alia deciſi. 271. ſi de mandato propter dictam doct. Inno. proxime relatã, tenent, quod ſemper ꝙ citatio non poteſt fieri de perſona, quia citandus malitioſe latitat, uel impedit quominus citari, nequeat perſonaliter, poteſt fieri citatio domi & operatur effectum, ac ſi facta eſſet de perſona adeo quod poteſt ad excommunicationem procedi. c. certum. 11. q. 3. c. tuæ vt lit. nõ cont. & habetur per Cardi. & Præpo. in d. c. caueant vide Eccellentem Gabri. Sar.

Citatio ad domum an ſufficiat, vt poſſit ad excõicationem procedi.

16 in addit. ad Math. in not. 132. vbi late. ¶ Maria. Socy. in tracta. ſuo de cita. articu. 18. num. 24. format quæſtionem quãdo quis dicatur abſẽs vel latitare malitioſe, vel aliter impedire quominus perſonaliter citetur ad hoc vt valeat citatio domi facta, in effectu quo ad primam, dicit ipſe, quod varijs modis dicitur abſens quis, ſed relictis aliorũ opinionibus ſequitur opinionem Gulie. in cle. cauſam de electio, quod ille dicitur ab-

Abſens qñ & quis dicatur. Et an hoc iudicis arbitrio cõmittatur.

ſens,qui non eſt in ciuitate,vel dioceſi,vbi iudicium agitatur,& quod ſit iudicis arbitrio commiſſum,ad propoſitum noſtrum,quando, & quis dicatur abſens,& hanc opinionem dicit placuiſſe Io.de Imo. arbitrari autem debet iudex,quod ille dicitur abſens,qui non eſt in loco iudicij, vel in ciuitate, vel ubi communiter conſueuit morari Bar.in.l.§.prætor ait. ff.de damn.infe.diſtinguebat,quod aut ſumus in cauſis quæ requirunt celeritatem.& tunc vt poſsit decerni citatio ad domum, ſufficit quod abſit a iudicio aut non requirunt tantam celeritatem:& tunc aūt alias fuit in iudicio, & tunc ſufficit quod abſit a iudicio,aut non alias fuit in iudicio, & tunc ſufficit quod abſit a ciuitate,& eo caſu requiritur quod curſor faciat perquiſitionem pro eo reperiendo de perſona, quem ſi non poterit reperire tunc citet domi in qua ſolebat habitare ante citationem. Et hanc opinionem(dicit)quod omnes Docto.ſequuntur. ¶Sicq; ratione 17 abſentię permittitur citatio ad domū ſi modo abſentia fuerit malitioſa, vel culpoſa, quæ autem dicatur malitioſa,& quæ culpoſa, effudit multa verba,& nihil boni videtur concludere: dicit tamen quod aut ſumus in caſibus in quibus requiritur latitatio,vt poſsit procedi & nō ſufficit citatio domi facta,licet perſona nō poſsit reperiri:qui ſunt illi caſus, vide ꝑ eū ibi.Si aūt non ſumus in caſibus ī quibus requiratur latitatio.& tūc ſufficię, ſi non reperiatur in ciuitate ſi non reperiatur de perſona ut citatio domi facta ualeat.Sebaſt.Vant ī tract.nullitat,tit.de nullit.ex defectu citationis nu.90.dicit ꝙ citatio pōt fieri domi vbicunq; quis nō reperitur, vel per fraudē,uel quia latitat,vel non permittit ſe perſonaliter citari, ꝑ tex.in.l.fulcinius.§.quid ſit latitare &.§.fin.ex quibus cau.ī poſ.ea.c.quoniam frequenter.§.porro vbi glo.& ſcriben.vt lit non conte. quā exemplificat ipſe in eo qui ſemel perſonaliter apprehenſus fuerit,uel in iudicio comparuit, & poſtmodum non dimiſſo procuratore receſsit. aut de facili,perſona ipſius non reperitur,his enim caſibus,ob præſumptā malitiam, domi fieri poteſt citatio(vt dictum eſt)tex.eſt in.c.cauſam de dol. & contu.& ſufficiet tunc ut ad domū citari poſsit,quod a iudicio abſit l.& poſt edictum in prin.cum ibi no.ff.de iu.l.ab eo & ibi glo.1.& Bal. col.fin.verſi.& nota.C.quo.& qua.iu.refert Papa ī 5.deciſ.num.21.de reſcr.quod auditores Rotæ non procedunt propter citationem domi factam ſed quando non poteſt reperiri de perſona,citant per edictum et uide in deciſio.22.eo.tit.per eundem. ¶Et ex his bene infert,quod ſi ſtan 18 te huiuſmodi iudicis commiſsione, de citando reum, perſonaliter, ſi reperiri poteſt,alias domi. ſi nuncius referat ſe citaſſe domi, & non conſtaret nec ipſe diceret de diligentia adhibita pro reperiendo perſonam: exequutio citationis eſſet nulla,& uigore eius,ad aliquid non poteſt procedi.ut per Bar,& docto.in dictis locis,& Alexan.conſi.137.in cauſa & lite col.3.uerſic.præterea lib.2.& Panormi.in conſi.14.ſi uero nuntius referret ſimpliciter ſe feciſſe prout in mandatis,exequutio pari modo nō ualeret,tanquam obſcura,& incerta.ut declarat Alexa.in conſi.2.col.1. lib.3.vera & realis forma exequendi citationem,erit illa quam poſui in ritibus ſalernitanæ curiæ. ¶Stabitur enim iuramento curſoris, ſe non 19 potuiſſe de perſona citandum reperire, ſecundum Bella.mer.deciſ.3 9. & pro

Citatio ratione abſentię quando permittitur. Et ubi ſit facienda.

Relatio nūcii qualis debeat eſſe.

Iuramento curſoris ſta

& pro prædictis fac deciſio eiuſdem Bella. deciſio. 300. ſi commiſſarius.

20 ℭ In curia Archiepiſcopali Neapolitana extat conſtitutio ſinodalis ſub num. 57. quia cauetur, quod ſemel perſonaliter citatus, aut bis domi citatus poſsit excommunicari, & idem uoluit ritus eiuſdem curiæ ſub nume. 17. de quibus conſti. & ritu meminit Afflic. in conſti. regni citationis literæ. col. 1.

21 ℭ Dilationes enim citatoriæ ſunt arbitrariæ iudici ut in c. ſi egrotans 5. q. 3. & ibi not. per Præp. & habetur per Gui. Pa. in deci. 429. Hæc autem uera ſunt. niſi dilatio eſſet nimis breuis, quia eo in caſu, vltra quod iudex teneatur parti læſe, poterit appellare, ita tex. in c. 1. de dila. & habetur per Roma. conſi. 498. Et in extrauagan. rem non nouã. de dol. & con. Bonifa. 8. & in Cle. 1. de iud. citationem fieri debere cum compe tenti termino, ad cõparendum, expreſse cauetur. Dicitq; Veſtrius in ſua practi. quam iudiciorum mores uocat lib. 4. titu. de cita. extra cur. dicit pro ſingulis vicenis miliaribus unam diem debere aſsignari per. l. 1. ff. Si quis cautio. §. qui excuſare Inſtit. de ſuſpe. tuto. alias tanquam temeraria citatio nõ arctaret citatum, ad comparẽdum, ẽt poſt terminum. l. aut qui aliter. ff. quod ui aut clam. ubi Barb. & Abb. in c. dilecti, de dol. & contu. col. 7. Caſſado. deciſ. 6. num. 3.

22 ℭ Non eſt omittẽdum, quod ualebit exequutio citationis facta in cathedrali diœceſis. vel collegiata loci & loco beneficii, licet non conſtet aliter de diligentia facta in perquirendo perſonam. dummodo pars ad cuius inſtantiam exequuta eſſet iuret nõ potuiſſe perſonam principalis, uel procuratoris apprehendere. Stabitur enim in hoc, pro ualiditate citationis ſuo iuramento ſecundum Egid. concluſio. 319. in exeq. de iu. & hæc uoluit etiam. Veſtr. ubi ſupra.

23 ℭ Vt autem citatus arctetur ad comparendum. danda eſt citato copia citationis. alias non arctat eum, ad comparẽdum & ita ſeruat curia Roma. & noſtra Saler. ſecundum Veſt. vbi ſupra, & uoluit Spe. in ti. de cita. §. iam de cita. uerſi. hoc autem facto per tex. in cleme. cauſam de electIon. in. fi.

24 ℭ Itẽ aduertendum eſt citationes poſſe exequi tã in curia Romana, quã in partibus quocunq; tempore etiam feriato, et in honorem Dei. ſecundum Caſſado. deciſio. 5. de dol. & contu. & uoluit Veſtr. ubi ſupra.

25 ℭ Poſſunt etiã citationes exequi in partibus per quemcunque etiam ſi non eſſet de perſonis comprehenſis in inſtrumento citationum. Imo & per ſeipſum exequi poterunt. i. per eum ad cuius inſtantiã, citationes ipſę ſint expeditæ dummodo de huiuſmodi exequutione alias legitime conſtare poſsit. voluit Veſt. in loco allegato. Et licet alias, citatio fuerit minus legitime exequuta tamẽ ſi comparuiſſet ſic citatus, procurator eius aut excuſator eo. enim ipſo præſumendum eſt. citationem deueniſſe in notitiam illius citati indubitanter. ita. Rot. de procu. incip. ſi de mandato ſub num. 271. inno. & Egid. in titu. de præſum. concluſio 364. qui per ſe quæ intelligenda eſſent (ſecundum Veſtr. in loco citato) quando a principio proceſsiſſet qualis qualis exequutio; ſecus ubi ommiſſa eſſet in totum. Cle. paſtoralis verſi. cæterum de re iudica. ubi Cardi. 4. nota

26 ℭ Item eſt aduertendum quod nedum exequutio citationis, poteſt fieri die feriato (ut dictum eſt) verum commiſsio de citando tam in urbe, quam in noſtra ſalernitanenſi curia, ſecundum Caſsiad. d. deciſ. 5. de dol. & contu. In cu-

I 4 ria

bitur ſe nõ potuiſſe de perſona repertę citã dum.

Citatus domi, an excõ municetur Neapoli.

Dilationes citatorię an ſint arbitrarię.

Citatio facta in cathedrali diœceſis an ualeat.

Citatio debet dari copia citationis ut arctetur ad comparendum.

Citatio põt exequi etiã die feriato.

Citatio põt fieri p quẽ cunque.

Commiſsio de citando põt fieri ẽt die feria.

ria uero Archiepiſcopatus Neapolitana, commiſsio de citando fieri debet die iuridica.ad diem iuridicam. Sed exequutio. i.nuncii actus fieri debet & poteſt,etiam die feriata, & die,dominico,& poſtea die iuridica nuntius referre debet.& ſeruatut talis ſtilus etiam incitationibus uenientibus a curia.vt habetur in primo ritu.quem ritum. Alber.de roſa.in.l.fi. C.de fer.dicit eſſe contra ius.Panor.in.c.fi.de fer.dicit quod eſt, ſecundum communiorem opinionem.ad Saturnitatem per Affli.in conſtit.regni baiulos omnes.Marian.Soccy.in tract.de cita.art.19.q.1. ℭ Dies 27
autem iuridica, illa dicitur:quæ obſeruatur in loco ubi curia regitur.non autem in loco actoris, uel rei ut refert Panormita.in.c.fi.de fer.in ultima col.in princ. ℭ Quid enim ſi citãdus non habeat domum particula 28
rem,nec eccleſiam reſidentiam requirentem.ubi erit citãdus?dicas,quod erit.citandus in eccleſia cathedrali, illius loci.ut probat tex. in Cle. cauſam de electio.debet tamen præcedere diligens perquiſitio,& de ipsũ reperiendo de perſona.Et iſto caſu quando.citatio fit domi,uel in eccleſiis, ſatis erit,intimare citationem alta uoce.nec requiritur, quod fiat affixio. Si tamen fuerit petita copia debet tradi.ut in d.Cle.cauſam ſecundum Caſsiad.deciſio.prima de appella.Si tamen clericus nõ reperitur de perſona, tamen habet eccleſiam curatam, requirentẽ reſidentiam:tunc ibi eſt citandus.capitu.ex tuæ de cleri.non reſidẽt.& ponit Innocent.poteſt alios in capit. fina.de eo qui mitti. in poſ. debet etiam citari in eccleſia cathedrali.& ita etiam docet Veſtr.in ſua allegata praxi.libro quar.de citation.ſeu eius exequution. ℭ Sin autem non pateat tutus acceſſus pro citando reum de perſona, uel in ualuis eccleſiæ, aut in eius domicilio, tunc iudici conſtito de non tuto acceſſu poteſt committere ut per edictum citetur ut in d.Clemen.cauſam de electio.uerſicu.uerum, et ubi ſcriben.& in Clemen.prima extra de iudi.Non tamen concederetur iſte modus citandi per edictum extra caſus dictæ clemen.ut extat.deciſio do 29
mi.de Rot.deciſio.dcclii incipi.dicit ꝙ in cap.dudum in antiquis.Et propterea in Romana curia,nullus iudex(niſi ex ſpeciali mãdato Papæ)taliter citare poterit, ut nota.glo.in dicta Clemen.prima de iudi.in uerbo ſpecialiter.Hoc enim eſt quaſi proprium & ſpeciale in ipſo Papa, ut talis citatio arctet ſecũdum Paul.de Elea.& Guiliel. de Monte Lau.quos ibi ſequitur Rot.d.deciſio.ccxxiii.in addi.& ponit Pau.de Caſtro in.l. ad peremptoriũ in fine de iudi.& Felyn.in cap.quoniam frequẽter ut lite non conteſta.colum.ix.& quando Papa dat ſimilem poteſtatem alteri de citando per edictum ſolet apponi clauſula(cõſtito ſummarie de nõ tuto acceſſu.)Vnde iudex in tali caſu,antequam talem citationem decernat,debet ſummàrie ſe informare ſuper mœtu, & potentia,& non tuto acceſſu ſeu aliis impedimentis quæ ex aduerſo prætenduntur, ut tenet: Rota in deciſio.dcciiii.dic ꝙ citatio in antiquis, qui teſtes ſatis eſt ꝙ dicant ſe credere,ꝙ impoſsibile eſt eſſe tutum citare citandos in perſonis uel illorum domibus, ut inquit Rota deciſio.dcxciij.Nota ꝙ aliquoties in antiquis.In Vrbe autem quãdo decernitur citatio per edictũ ad hoc ut afficiat.citandum ſolet legi ſimilis citatio in audientia contradictarũ, uel in palatio Apoſtolico publice,& deĩde affigitur in ualuis baſilicæ di

ui

Dies iuridica quæ dicatur.

Citari ubi debeant nõ habens domum nec eccleſiã reſidentiam requirentẽ. Et econtra.

Citari ubi quis dẽat. ſi non pateat tutus acceſſus ad ipſum citandum.

ui Petri in Vrbe uel alterius maioris eccleſiæ ubi contingeret Romana
curia, pro tempore reſidere. Eſt etiam ultra prædicta, more introductum
vt vltra publicationem ſeu exequutionem in præſcriptis duobus locis
Romanæ Curiæ, amplius in aliis duobus locis prouinciæ ſeu uicīniæ cita
tio exequatur Roma. conſi. 233. hoc autem fit, ut magis, in notitiā citan
30 dorum deuenire poſſit. ¶ Et etiam quia ſicut leges æditæ non arctant ab
ſentes, niſi in eorum prouintiis publicarentur, vt 18. diſtin. cap. decerni-
mus, & glo. in extrau. unica de dolo & contuma. in uerbo perſonaliter,
ibi item leges. Inoleuitque praxis (ſecundum Veſtr. in ſua praxi. lib. 4. ti
tulo de exequ. citat.) forma hæc citandi in ipſo citationis inſtrumento
per Auditorem præſcribi cui conſueuit is qui decretum obtinet ad hunc
effectum duo loca prouintiæ citandi nominare & de uicinioribus. Caſſa
do. deciſio. vi. de dolo & contuma. in prin. ibi etiam habetur qualiter il-
la uicinitas conſiderabitur, ſi reſpectu loci in quo degit citandus, vel re-
ſpectu prouinciæ vel regni, & concluditur, ꝙ attenditur locus in quo de
git citandus. Imo dicit Veſt. ꝙ forma citationis tria habet in prouincia lo
ca, ſed communis uſus de duobus remanet contentus, quia Romana cu
ria ſeruit pro tertio. Rot. de commiſſio. & cita. ſi committatur. 79. in no-
uis. Egi. concluſio. 194. ſi mandatur de iudi. quod dicit intelligendum in
duobus ex tribus, ſcilicet in Romana curia, & totidem in partibus, & ſic
in quatuor locis, nec alias ſatis eſſet in vno Romanæ curię, & in alio pro
uintiæ. Caſſado. deciſio. prima de dolo, & contu. Adeo quod ſi procede-
retur contra contumacem in uim ſimilis citationis exequutæ in altero lo
corum utriuſque loci, uel in duobus locis prouinciæ tantum non etiā Ro
manæ curiæ proceſſus pro nullo haberetur. Caſſado. d. deciſio. prima in
fin. a quarum ultima exequutione tantum initium habebit terminus ad
comparendum citationi adiectus ab eius die computabitur ad effectum
ut contra ſic citatum ualide procedi poſſit. Caſſado. dicta deciſio. prima

Leges non arctant niſi in prouinciis publicētur.

31 de dolo & contu. nume. 3. ¶ Inſuper dicit ulterius Veſtr. quod non ſuffice
ret ut exequutor ſimilis citationis eam in debitis locis legerit, & publica
uerit, ſed debet eam inſuper in ualuis eccleſiarum eorum locorum affi-
gere, & affixam per aliquas horas dimittere. Nec dicit ſufficere affixio-
nem copię, ſed originalis cui pars credere tenetur, non autem copiæ; tex
tus eſt in d. Clemen. unica de iudic. Rota de dila. ſi committatur. 223. in
no. Caſſado. deciſi. iiij. de dolo & contuma. ubi etiam diſputat, an ſine le
ctione ſufficiat affixo idem Caſſado. deciſi. prima de appellatio. nume
ro. 2. Roma. d. conſi. 233. ¶ Debet etiam talis exequutio eſſe publica, ui
delicet tempore quo in eccleſiis conuenit, & extat populi multitudo Caſ
ſado. deciſio. v. de appellatio. no. in Clemen. cauſam de electionib.

Citatio ultra eius lecturam debet affigi in ualuis eccleſiarum. Et quo tempore hoc faciēdum.

32 ¶ Vtrum Epiſcopus poſſit repetere clericum ſibi ſubditum ab alio detē
ptum? dicas quod ſic, ut ī capitu. dilectis & ibi Docto. de appellation. &
cap. ſi iudex laicus, & ibi glo. de ſentent. excommunica. in. vi. & poteſt il
lum repetere, etiam inuitum ſecundum Bald. & Petr. de ſun. in. l. prima
ff. de rei uendi. & Bar. in. l. præcipit. C. de cano. ſta. libro. x.

Eps an poſſit repetere clericum ab alio detemptum.

¶ Item eſt uerū, niſi clericus ſuus ſit factus monachus. ut. xix. quæſtio. 1.
cap. 1. & xix. quæſtio. 2. cap. 1. quod puto procedere niſi in fraudem eui

De eodem.

tandæ

tandæ pœnæ ob crimen commiſſum uellet ſe monacari (Additio.uide
tu ultra Abba.in allegato cap.dilectis Geminia.in cap.ſi iudex in prin.
de ſenten.excommunicatio.lib.vi.Felyn.in cap.licet cauſam. in 8. col.
uerſi.not.ultimo de probationibus vbi ſaturitatem, Et quid ſi clericus
ordinatus in eccleſia in aliam migrauerit an eccleſia illum repetere poſ-
ſit & quid de Epiſcopo & cæteris prælatis uide tex.no. & ibi ſequen.in
cap.non oportet iuncta glo.in verſi.reſtituatur.7.quæſtio.prima. Fran- 33

Epō repetenti clericū an credatur ſi dicat illū eſſe clericum.

ciſ. Anto. Mona.) ℭ Vtrum Epiſcopo repetenti clericum ſuum a iudice
laico credatur ſi ſcribat eum eſſe clericum? Videtur quod ſic, ſi tamen
per literas ſuas facit ei fidem de clericatu non autem ſi literas miſſiuas,
& teſtimoniales miſerit ſecundum Bal.in l.ſi qua per calumniam.C.de 34

Citati decē an poſſint per procuratorem comparere.

epiſco.& cleri. ℭ Quid enim ſi citantur clerici decem pro aliquo deli-
cto, an poſſint comparere per procuratorem? uidetur quod ſic, quia decē
faciunt populum & congregationem glo.in cap.1.de electio.& ibi Ab-
ba.in ſecundo notab.& tamen quando citatur uniuerſitas ſeu collegium
poſſunt per procuratorem comparere.Abb.in cap.ueniens de accuſato. 35

Citatio qualiter fieri debeat.

numero.14. ℭ Qualiter enim facienda erit citatio? dicas ꝙ aut procedi-
tur ad quærelam.aut per inquiſitionem primo caſu citabatur accuſatus
ad ſe expurgandum a quærela expoſita per.N.eique reſpondendum. Se-
cundo caſu citabatur ad informandum ſuper inquiſitione contra eum for
mata ſuper delicto de quo inquiritur ſub pœna excommunicationis.
(Additio,adde & attende tu,an ſi fiat citatio,uel alius actus inſertis præ-
dictis uerbis ſub pœca excommunicationis huiuſmodi uerba intelligan-
tur eſſe latæ ſententiæ in tantum quod alia ſententia non ſit opus? vide
Bal.in cap.primo ꝟ.colum.uerſicu & aduerte locat.& ibi Abb.& idem
Abba.in ca.dura primo nota.extra de crimi.fal. Tiraquel.in repe.l.ſi un
quam.C.de reuocan.donat.in uerbo reuertatur uerſicu. poſtremo ſcias.
numero.210.Franc.Anto.Monach.) Sed aduerte bene ꝙ uera & realis 36
forma citandi erit iſta uidelicet. ℭ Antonius reſignus Vicarius genera-
lis in ſpiritualibus Salernitanenſis Archiepiſcopalis curiæ, Nouertis, ꝙ
nuper coram nobis producta quadam accuſatione per.N:& ſuper ea pro

Forma uera reālis citationis.

ductis nonnullis poſitionibus & articulis, ac deſuper nonnullis teſtibus
fidedignis ad informandum animum noſtrum de & ſup omnibus & ſin
gulis in dicta accuſatione contentis,ipſiſq; poſitionibus & articulis per
nos in noſtra curia admiſſis ad probādum ac dictis teſtium deſuper rite
receptus.& in forma iuris iuratis,& fideliter examinatis. Eorumque di-
ctis & diſpoſitionibus in ſcriptis fideliter receptis.& per nos iuris.ſubſe-
quenter fuimus pro parte eiuſdem.N.principalis debita cum inſtantia
requiſiti quatenus ſibi citationem perſonalem extra curiam.& ad partes
contra & aduerſus quendam.N.ex aduerſo principalem in eadem accu-
ſatione,& informatione nominatum concedere dignaremur. Nos igitur
Antonins Vicarius qui ſupra attendentes requiſitionem huiuſmodi eſ-
ſe iuſtam & conſonam rationi. Volentesque i cauſis,& cauſa huiuſmodi
rite & legitime procedere ac partibus ipſis (dante ideo) iuſtitiam mini-
ſtrare (ut tenemur.) Et quia ex ſummaria informatione prædicta ac te-
ſtium dictis,& depoſitionibus,iuribusque & munimentis coram nobis.
aut

aut præfertur) exhibitis, reperimus præfatum. N. ex aduerſo principalem de & ſuper omnibus & ſingulis in dicta præinſerta accuſatione ſeu commiſsione, ſi proceditur per commiſsionem & delegationem narratis publice & notorie eſſe diffamatum, uel reperimus contenta in eadem ueritate fulciri. Quodque etiam dictus. N. quærulator ad mandatum noſtrum & in manibus noſtris tactis per eum ob hoc corporaliter ſcripturis ſacroſanctis ad ſancta Dei euangelia corporali præſtito iuramento affirmauit ꝙ dictam citationē perſonalem contra. N. ex aduerſo principalem non malitioſè, ſed ꝓ iuſtitia conſequēda petere. Idcꝙ. N. quærulator, iuxta ſinodalem conſtitutionē ſe obligauit ꝓſequi ſupradictā cauſam uſq; ad finem, & ꝓbare ſub pœna in ea ſtatuta. Idcirco auctoritate qua fungimur, in hac parte uos oēs, & ſingulos ſupradictos, & ueſtrū quēlibet inſolidū tenore præſentiū requirimus, & monemus primo, ſcdo, tertio, & peremptorio. Vobiſque nihilominus & ueſtrum cuilibet, in uirtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna; quam in ueſtrum quemlibet canonica monitione præmiſſa (ſi ea quæ uobis in hac parte cōmittimus & mandamus, neglexeritis ſeu diſtuleritis contumaciter adimplere) ferimus in his ſcriptis, diſtrictè præcipiendo mandantes, quod prænominatum. N. ex aduerſo principalem, in eius propria perſona, ſi ipſius præſentiam comodè habere poteritis: alioquin in hoſpitio habitationis ſuæ, ſi ad id uobis tutus pateat acceſſus ſeu in parochiali, ſeu parrochialibus ſub qua uel quibus degit & moratur. Sin autem in cathedrali. N. & dictis parrochiali, uel parrochialibus ſub qua vel quibus degit, & moratur, alijsvè eccleſiis, & locis publicis quibuſcunque de quibus ac ubi, quando ibidem populi multitudo ad diuina audiendum conuenerit, aut aliàs legitimè congregata fuerit, ex parte noſtra, alta & intelligibili uoce peremptoriè citare curetis. Ita tamen quod uériſimile ſit, citationem noſtram huiuſmodi, ad ipſorum citandorum, notitiam indubitatam deuenire, ne de præmiſsis uel infraſcriptis ignorantiam aliquam oſtendere ualeant, ſeu etiam quomodolibet allegare quem nos etiam, & tenore præſentiū ſic citamus quatenus infra quatuor dies, ſi dies vltima iuridica fuerit, alias die ſequenti perſonaliter comparere debeat in noſtra curia, coram nobis in palatio quo curia regitur, hora cauſarum conſueta, ad reſpōdendum & ſe expurgandum a dicta quærela, & contentis in dicta informatione ſub pœna excommunicationis. Certificantes nihilominus eundem citatum, quod ſiue in dicto termino (ut præmiſſum eſt) comparere curauerit, ſiue non, nos nihilominus ad partis comparentis inſtantiam ad omnia & ſingula prout iuſtum fuerit) procedemus. Si autem proceditur ex ui delegationis, tunc inſerto tenore delegationis, ſequere

37 ut ſupra. ¶ Vtrum autem indiſtinctè permittatur iudici eccleſiaſtico, ſiue ordinario, ſiue delegato, poſſe citare, ut perſonaliter quis compareat? Innoc. quem ſequitur Feli. in cap. i. de iudi. in vi. uoluit quod in illis tantum, alibus, in quibus non admittitur procurator poſsit quis compelli ad perſonaliter comparendum, & non indiſtinctè, in omni cauſa criminali. Niſi citaretur coram Papa, Imperatore, aut alio Principe. ut ibi nota. Doctor. alij dicunt non permitti citationem perſonalem in omnibus caſibus

Citatio perſonalis an ſemper committatur? Et in quib. caſibus.

caſibus

caſibus ſed tantūmodo in annotatis & expreſsis in d.cap.i.de iudi. Caſus autem ibi annotati (ut refert ibi Franc.) ſunt uidelicet primo in cauſis criminalibus,non tamen ibi text.exprimit in quibus cauſis criminalibus. Secundo, pro ueritate dicenda & ſic in reſpondendo poſitionibus uel articulis.de quo in cap.paſtoralis extra de iudi.& in cap.i.de confeſ. Tertio, pro iuramento calumniæ. Quarto, ubicunque iuris neceſsitas exigeret. Item quando principalis eſſet melius informatus de ueritate quam procurator. uel quando pars aduerſa melius conſideret de præſentia principalis, quam procuratoris. uel quia principalis ſit legalior perſona, & procurator eſt rixoſus. & de his omnibus dicit Franc.eſſe text.in l.fi.C.de procu.& ibi gloſ.& in cap.ii.extra de iura. calū.in vi. Idemque tenuit Geminia.ibidem. Sed aduerte quia Guido. Papa. in deciſ. cclv. quis non poteſt, tenuit quod de ſtilo omnium curiarum iudex poteſt citare partem,ut perſonaliter compareat quandocunque ſibi uidebitur expediens. Et ita nouiſsimè tenuit Ioan. Bernar. Diaz. in ſua prac. cano. in uerbo eos citari perſonaliter ad imponendam tamē correctionem uerbalem,aut aliam ſalubrem pœnitentiam. Sed ſi uidiſſet Guido. ubi ſupra non ita artaſſet eius dictum. Ideq; Guido.tenuit idem quod ſupra in deciſ.cccc.xlv.an valeat.

Citatus a delegato nō īſerto tenere reſcripti an teneatur cōparere?

38 ¶ An citatus coram delegato teneatur comparere, ſi non tenor reſcripti, & delegationis fuerit inſertus citationi? dicas quod non, ut dicit tex.& glo.ordi.in cap.præterea extra de dila.& uoluit ex his Bal.in l.ex quacunque.ff.ſi quis in ius uo.non ier.numer. 8.& vide Guido.Papa. deciſio. ccccl. ſupra idem tenentem. de ueritate uero uide Abba.in d.cap.præterea ubi concordat opiniones, & uide ultra eum Angel.conſi.cxxxix.

Citationi an dēat īſeri cauſa?

39 ¶ Vlterius quæro an ſit inferenda cauſa ob quam quis citatur in citatione? gloſ.in d.c.præterea dicit ſimpliciter quod ſic. Abb. ibidem diſtinguit quod aut citatio mittitur in partibus longinquis an de proximo: primo caſu,neceſſarium putat inſeri cauſam,ob quam quis citatur, vt ſic comparere poſsit inſtructus. & ita intelligit procedere text. in cap.ſi primates v.q.ii.ſecundo uero caſu, non requiritur & ita intelligit procedere dictum Bart.in l.inter accuſatorem.ff.de publi. iudi. Sali.in l.abſentem.C.de accuſatio.uerſi.quæro tertio, an in ſchedula, dicit quod non requiritur inſeri cauſam. ſatis enim putat ſi dicatur quod compareat reſponſurus cuidam accuſationi ſeu inquiſitioni contra eum factæ. hoc dicit probari in cap.licet in beato Petro extra de accuſa. ubi Abb. poſuit illammet diſtintionem quam ſupra retuli. Io.de Ana.ibidem, ſimpliciter refert opinionem d. Abba. & eam ſequi uidetur. Licet antea referat Io. de Imol. in l. inter accuſatorem.ff.de public.iudi.dixiſſe, quod uerior eſt opinio Bar.tenentis non requiri expreſsionem cauſæ non obſtante quod canoniſtæ teneant contrarium: quod quidem (pro quanto potui videre) non dicit ibidem Io.de Imol.ſed ſimpliciter impugnat. Bart. per text. in cap.ſi primates. Diſce ergo, ut uideas ſemper doctrinas in fonte. Feli. ſequitur opin.Abb.in d.cap.licet in beato Petro. & ibi reſpondet ad tex. in d.cap.ſi primates. Sequitur etiam eādē diſtinctionem Abb. Præpoſ. in d.cap.ſi primates. Et ita ſeruatur in Roma.curia, & aliis. Vide Ang. de malefi.& ibi Auguſt.de Arimi.in uerbo iudex commiſsit.

Qualiter

40 ℂQualiter enim formabitur citatio per edictum. Dicas q̃d facta aſſertione de qua in formula citationis ſimplicis ac facta aſſertione ſup examinatione teſtium, ſuper non tuto acceſſu. dicatur factam eſſe inſtantiã pro parte. N. quærulantis ſeu iurium curiæ promotoris, ut concedere dignaremur citationem perſonalem, & per ædictum publicum in curia publicanum, & extra in locis circumuicinis, contra & aduerſus dictum N. Nos igitur, qui ſupra attendentes requiſitionem huiuſmodi eſſe iuſtam, & conſonam rationi. Volenteſq; in cauſis, & cauſa huiuſmodi, rite, & legitime procedere, ac partibus ipſis (dante deo) iuſtitiam miniſtrare, (ut tenemur.) Et quia per diligentem informationem quam fecimus, & præſertim ex dictis & depoſitionibus teſtium coram nobis ꝓductorum, receptorum, & iuratorum, cognouimus præfatum. N. ex aduerſo principalem in præ inſerta commiſsione contentum, publice diffamatum, ac ipſum & eorum domicilia, pro huiuſmodi noſtra citatione exequenda, tute adiri non poſſe, quodq; dictus. N. quærulans ad mandatum noſtrum & in manibus noſtris, tactis per eum ſcripturis ſacroſanctis, iurauit contenta in prædicta informatione, fore uera, & ſe huiuſmodi citationem perſonalem, contra præfatum. N. non ex aliqua cautela, aut malitia impetraſſe, nec proſequi uelle, ſed ſolum pro iuſtitia conſequenda, ſe obtinenda, & quod huiuſmodi cauſam ſpecialiter contra dictum .N. uſque ad finem litis proſequetur, & proſequi faciet, & procurabit iuxta ſuum poſſe, & ſub pœna in ſinodalibus contẽta, efficaciter ſe obligauit; (prout in inſtrumẽto publico per noſtrũ actuariũ in notam recepto, plenius continetur.) Idcirco auctoritate qua fungimur, in hac parte, per hoc præſens publicum ædictum, in audiẽtia publica noſtræ curiæ, ac portis, ſeu ualuis dictæ audientiæ ac Beati Mathei Apoſtoli Salerni, ac cathedralis .N. & parrochialium eccleſiarum. N. & .N. affigendum prænominatum tenore præſentium, peremptorie citamus quatenus infra nouem dies quorum tres pro primo, tres pro ſecundo, & tres pro tertio, & ultimo peremptorio aſsignamus; poſt publicationem & lectionem præſentium, in ualuis ſeu locis prædictis, modo præmiſſo, factas immedietate ſequentes, ſi dies ipſa nona iuridica fuerit, alias in diem ſequentem, præfatus. N. perſonaliter comparere debeat, & teneatur eius propria perſona; coram nobis, in palatio, quo curia regitur, & regi ſolet, hora cauſarum. In quorum omnium &c. huiuſmodi noſtram citationem perſonalem, & legitimam, & per ædictum fieri iuſsimus, una cũ

41 noſtro ſigillo, & ſubſcriptione munitam. datum &c. ℂQuid enim ſi facta ſit citatio contra decanum & capitulũ alicuius eccleſiæ ſub pœna excommunicationis, an ſi ſunt citati particulares canonici poſſunt excommunicari ut ſingulares, licet citati fuerint tanquam capitulum facientes: dicas quod non; ſecundum Inno. in cap. eam te de reſcrip. & uoluit Rota in deciſio. cccxiiij. in antiquis de quo per Fel. in d. cap. eam te num. 14.

42 ℂExequutio enim citationis qualis debeat eſſe: habebitis in ritibus ſa-

43 lernitanenſis curiæ, in fine huius praxis impreſsis. ℂSi autem fiat citatio contra aliquem ubi non conſtat, uel ubi procedi non poſſet, diceretur pars grauari. Ut notabiliter tenet (dando practicam) Guiliel. de benedi.

Citatio per edictũ quomodo fiat.

Citatio facta contra decanum & capitulũ & cũetur particulares: an poſsint excommunicari.

Citationis exequutio qualis fiat.

Citatio in caſu in quo non poſſet procedi grauat.

nedi.in repe.cap.rainuntius in uerbo mortuo itaque teſtatore el.i.num. 158.Et ſic nota contra ignorantes, iudices dicentes permitti indiſtincte eis, ut poſsint citare etiam in caſu ubi non adeſſet legitima cauſa citandi aut ubi non conſtaret. ¶ Qualiter puniatur remouens citationem affi- 44
xam? dicas quod tenetur ad omnes expēſas quas illæ poſtea excommunicatus faciet, & ſuis expenſis tenetur abſolutionem impartiri.ſecundū Hippoli.de marſi.in l.de unoquoque num.55.ff.de re iud.& in rubrica de fideiuſ.q.58.in fi.& habetur per Petr.Rebuff.in.3.tomo. conſtit.ti.de cita.in præfa.num.4. Dixi ſupra quando pro citato poſsit comparere 45
procurator nunc quæro,an mulier poſsit interuenire ut procuratrix in illis caſibus, in quibus poteſt & debet procurator admitti? Dicas quod ſi eſt abbatiſſa poteſt pro monaſterio conſtitui cap.cum dilecta de confir. util.uel inuti.Item ubi agitur de ſalute animæ, mulier poteſt interuenire ut procuratrix ut no.Archi.in cap.ſcriptum vi.q.iii.& de utroque ſatis accommodate dixit Eccellens Gab.Saray.in ſuis ſolemnibus addictio ad ſingular.D.Matteſ.ſingu.98.

Citationem affixā qualiter puniatur remouens.

Mulier an poſsit eſſe procuratrix Gab.Sarai.

Non comparentes contumaces reputentur. Cap. o.

SVMMARIVM.

1 Contumaces reputantur non comparentes in termino.
2 Obedictia Aethiopum erga magiſtratus,& eorum Regem.
3 Obedientia tartarorum, Et eligendi modus eorum Regem.
4 Obedientia turcarum incredibilis.
5 Poteſtas a Deo eſt.
6 Inobedictia abominabilis deo.
7 Contumax dicitur committere delictum.
8 Contumacia quid ſit.
9 Delinquere quid ſit.
10 Maleficiū quomodo diffinitur.
11 Contumax in quibus caſibus excommunicari, poſsit.Et in quibus non?
12 Excommunicari an poſsit iniuſte licentiatus.
13 Contumacis res aufertur manu militari.
14 De predatio contra contumacem permittitur.
15 Brachium ſeculare imploratur cōtra contumacem
16 Cōtumax priuatur ſuffragio.
17 Cōtumaci nō ſūt edēda acta.
18 Contumax præſumitur iniuſtam cauſam fouere.
19 Cōtumacia interpretatur in id quod detertus.
20 Cōtumaces nō audiūtur, niſi probato iuſto impeeimento.
21 Cōtumacia puniebatur morte.
22 Contumax poteſt ſuſpēdi a beneficio,& officio.
23 Cōtumaciā eſſe mortale peccatum.
24 Cōtumax poteſt mulctari in foro canonico.
25 Cōtumaces uenientes intra, annum.audientur.
26 Abſens quando poſsit dānari
26 Litis conteſtatio non ē neceſſaria,ſi proceditur ad denūciā.
28 Contumax in ſe purgando qualiter punitur.
29 Perſeuerans per annum excōmunicatione habetur pro conuicto

uicto.

30 Condemnari an poſſit abſẽs. Et in quibus caſibus.

31 Cõtumax quando dãnetur diffinitiue propter contumaciam lite non conteſtata.

32 Contumacia an faciat quem hereticum.

33 Excommunicatus an aliqua pœna puniatur.

34 Excommunicatus perſeuerans p̃ annum in excommunicatione priuatur beneficiis.

35 Annotatio bonorum an fiat?

36 Excommunicatus quando priuatur beneficiis.

37 Cõtumax poteſt citari ad ſe purgandum ſuper delicto.

38 Eligere domum in qua quis citetur an cogi poſſit. Et nõ eligẽs quomodo puniendus?

39 Contumax an dicatur ille qui cõparet hora indebita.

40 Contumax dicitur qui non reſpondet.

41 Cõtumax dicitur qui nõ paret iudici in qualibet parte iudicii.

42 Contumax põt mulctari, uel ſuppleri poteſt a iudice.

43 Contumatia debet accuſari.

44 Contumax comparens (curia pro tribunali ſedente) admittitur.

45 Contumax auditur, ſi comparet donec iudex eſt in palatio.

46 Citatus impeditus comparere, debet mittere excuſatorem.

47 Excuſatores qui debeant eſſe.

48 Excuſatores q̃ poſſint allegare?

49 Excuſatores an poſſint cogi, ut iurent de calumnia?

50 Iudex quid debeat facere impedimento allegato?

51 Impedimenta excuſantia citatũ, quæ ſint.

52 Contumaciæ forma quæ eſt.

53 Mandati ad ſe expurgandum a contumacia, forma.

54 Neapolis obſeruantia contra contumaces.

55 Aggrauatio excommunicati qualiter fiet.

56 Reaggrauationis forma.

57 Reaggrauato non parente, quid faciendum?

58 Monitionis forma.

59 Contumax poteſt ſuſpẽdi ab officio, & beneficio.

60 Brachii ſecularis inuocatio quando fiat.

61 Neapolis conſtitutio ſinodalis cõtra perſeuerantes in excommunicatione per menſem.

62 Contumax qualiter excommunicatur Neapoli.

63 Contumacia contra teſtes qualiter accuſetur.

64 Procurator poteſt allegare illegitimationem accuſatoris.

65 Procuratore comparente, & admiſſo in criminalibus, an inualidet proceſſum?

66 Interdictum an & quando poſſet proferri?

67 Interdicti forma.

68 Brachii ſecularis ĩplorõnis forma

69 Brachium nolens impartire quomodo puniatur.

CITATI, & in termino haud comparentes. ¶ Conuenit contumaces reputari, contumaces enim dicuntur inobedientes. Cice. pro roſ. com.: 6. Eſt tuæ contumaciæ arrogantiæ, uitæque uniuerſæ uox. Idem de An. 49. Itaque illi efferuntur faſtidio, & contumacia. Idem ad Atticum lib. 14, 310. 3. Inſolẽtia, ſuperbia, cõtumacia

Cõtumaces reputantur, ſi non comparent ĩ termino,

tumacia. Cice. 6. Verr. 80. an vero ex hoc illa tua ſingularis ſignificatur inſolentia, ſuperbia cõtumacia. Eſt (inquit Budæus) contumacia, quæ lingua uernacula færitas dicit. Paul. enim ad Tit. 3. hortatur nos, ut obediẽtiam præſtemus. Admoneto illos (inquit) ut principatibus ac poteſtatibus ſubditi ſint, ut magiſtratibus pareant. ℭ Summis quoque laudibus 2 extollenda eſt obedientia Aethiopum, quam præſtãt magiſtratibus. Inquit enim Io. Boem. lib. 1. c. 4. de mori. gen. (quem ubi regem creauerint veluti numen inſit, aut ſit adminus diuina prouidentia eis datus, uulgo adorant, uitam is agere ſtatutam legibus debet, omniaq; facere iuxta patrios mores. Neminem neq; prœmio neq; pœna afficere. In quem autem animaduerſum lictorem ſignũ mortis habẽtem ad eum mitti, quo inſpecto confeſtim quiſquis ille eſt, domum reuerſus ſibi mortem conſciſcit. Tantus regibus honor, tantumq; ſtudium ab his tribuebatur, ut ſi quãdo aliqua corporis parte ex quauis cauſa debilitaretur Rex, domeſtici homines ſponte ſua eandem partem debilitarent: turpe exiſtimantes Rege claudo, aut monoculo & non amicos omneis claudos aut unoculos eſſe. Ferunt quoque conſuetudinis eſſe, amicos ultro in Regis morte uita defungi exiſtimantes eum interitum glorioſum ueræq; amicitiæ teſtem. ℭ Tartari rurſus magnam obedientiam eorum regi promittunt 3 dum ab eis creatur, eamq; factis demum præſtant. Vt apud eũdem Ioã. Boe. lib. 2. cap. 10. legitur. Eligitur autem Rex, tali quidem ordine. In locum in campis aptum ad hocq; conſuetum Principes. Duces, Barones, & omnis populus totius regni conueniunt tum eum cui regnum aut ex ſucceſsione, aut electione debetur in thronum aureum collocant, atque procedentes unanimi uoce, & excelſa, omnes in hũc modum acclamãt Rogamus, uolumus etiam, et præcipimus ut domineris nobis. Reſpõdet ille: ſi hoc à me uultis, neceſſe eſt parati ſitis quicquid præcepero facere quum uocauero, uenire quocunque miſero ire, quemcunque occidi iuſſero, id intrepidos faceſſere, & totum regnum in manus noſtras ſtatuere atque committere. Vbi reſponderunt, ſumus: inquit rurſus, ergo oris mei ſermo, ꝙ cętero claudius meus erit: fit applauſus à populo. Principes intereà è regio ſolio exceptum ſuprà filtrum in terra ſtratum, humiliter ſedere faciunt; ita alloquentes. uide ſurſum & agnoſce Deum. ac reſpice filtrum, in quo ſedes deorſum, ſi benè adminiſtraueris, ad notum habebis omnia. Si ãt malè, adeo rurſus humiliaberis ſpoliaberisq;, ut ne exile hoc filtrũ in quo ſedes, tibi relinquatur. quo dicto chariſsimã uxorẽ adiungũt & ambos cum filtro eleuantes, hunc omnium Tartarorum Imperatorẽ, illam Imperatricem ſalutant. ℭ De turcharum obediẽtia ſcribitur apud 4 Bartholameum Georgieuiz. Nemo (ſcribitur) ex Ienitſeris, uel proceribus armatus, uel gladio accinctus habet licentiam per ciuitatem incedere, niſi cum Turca, uenandi, aut orandi gratia, palatium egreditur, etſi qui ſunt cuſtodes ciuitatis aut officiales, baculos geſtant qui ubi litigantes, uel alteri iniuriam ſeu calumniam inferentes, reperiunt fuſtibus eos puniunt. Neque quiſpiam illi loquens, auget eius faciem intueri, ſed in terram procidens deoſculatis pedibus eiu fixis in terram oculis ſibi loquitur. Et dum Veredarios cum literis ſuis, ad aliquos rectores prouintiarum

Obedientia Aethiopum erga magiſtratus, et eorum regem.

Obedientia Tartarorũ Et eligendi modus eorũ regem.

Obedientia Turcharũ incredibilis.

tiarum mittit quorum equi in itinere ubi defatigati, & ueloci curſu laſſi fuerint facultatem habet ueredarius, quoſcunque in uia repererit equis deijcere qui ſi in itinere neminem offendit ad ciuitates, vel pagos diuertit Cadiam ideſt iudicem aggreditur, qui ſi illi equum non inuenerit ante oſtium domus ſuæ ſuſpenditur, & hanc ob cauſam pauci equis, ſed aſinis utuntur. Et quum talis nuntius ad eos ad quos miſſus eſt, peruenerit a quibus honorifice exceptus litteris eorum Regis, magna cum humilitate acceptis, & deoſculatis; mandatis eius mira celeritate exequutis dimittitur. Nemo ibi Princeps qui illi contradicat, nulla prouintia, vel Ciuitas (vt fit apud nos) quæ rebellet, nullus demum qui il-
5 lum non timeat.) ¶Inquit enim Auguſti. in epiſt. ad Roma. 13. (quod Poteſtas a Deo eſt.
autẽ ait Apoſtolus omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit non eſt enim poteſtas niſi a Deo. Rectiſsime admonet, ne quis ex eo ꝙ a domino ſuo in libertatem uocatus, eſt factus Chriſtianus, extollatur in ſuperbia, & non arbitretur in huius uitæ itinere ſeruandum eſſe ordinem ſuum, vt poteſtatibus ſublimioribus, quibus pro tempore rerum tẽporalium gubernatio, tradita eſt exiſtimet non ſe eſſe ſubdendum. Cum enim conſtemus ex anima & corpore, quandiu in hac uita temporali ſumus, etiam rebus temporalibus ad ſubſidium huius uitæ degendæ, utamur, oportet nos ex ea parte, quæ ad hanc uitam pertinet, ſubditos eſſe poteſtatibus, ideſt hominibus res humanas cum aliquo honore, admini-
6 ſtrãtibus. ¶E contrario aĩt, inobedientia coram hominibus & Deo, Inobedientia abominabilis Deo.
ſatis atque ſatis abominabilis & odibilis eſt. Nam inobidiens, & ſic cõtumax dicitur eſſe in dolo, l. non poteſt. ff. de reg. iur. l. ex conſenſu de appella. Bar. in l. minor la. 1. ff. de minor. ubi dicit uerum in præſumpto, nõ
7 in uero. ¶Item contumax, & inobediens dicitur committere delictum Contumax dicitur committere delictum.
l. omne delictum. §. contumacia. ff. de re. milita. & ibi Alexan. gloſ. in c. ex litteris de conſti. quod eſt intelligendum improprie. l. qui uas. §. 1. ff. de fur. ſecundum Bal in l. ſi mora. ij. col. in princ. in uerſi. alibi contumacia. ff. ſolut. matr. ubi dicit eſſe uerum, ſi eſt ſine mora de quo per Felin. in cap. ſuper el primo ad fi. de teſti. & in cap. ex litteris circa med. x. col. de conſti. & in ultima col. ubi late in uerbo in eadem gloſ. ubi in effectu refert ſuper hoc eſſe uarias opiniones tamen magis communem eſſe ꝙ contumacia de per ſe non ſit delictum: fallit in quinque caſibus, de quibus remiſsiue per eum. Bal. in l. fi. C. de crim. ſtellio, dicit quod nulla lege cauetur, quod contumacia ſit maleficium. Ego autem intẽdo plenius Opinio do. Auctoris.
prout potero, hanc materiam attingere: Et tenendo quod contumacia
8 ſit delictum, primo demoſtratur. ¶Nam contumacia eſt non obedire Contumacia quid ſit.
magiſtratibus; ſiue in non comparendo. vel non reſpondendo aut recedendo ante tempus ſine iudicis licentia. (Vt iam ſupra demonſtraui.) Obedientiam præſtari, præcipitur magiſtratibus, etiã ex diuino præcepto. (ut ſupra dixi) modo delictum in non faciendo, uel omittendo dicitur committi & perficit ſtatim quod quis non facit id quod obligatus erat facere. Gloſ. no. & ibi Bal. in l. i. C. de his qui. ut indig. Item dicitur delictum fieri, quando quis non facit infra terminum a iudice prefixum illud quod iudex ſibi ut faceret præcepit. ſecundum Innoc. in ca.

extirpandę de præben.& per Pau.de Caſt.in d.l.prima.C.de his qui. ut indi.Bar.in l.inficiendo.§.infans de fur.Bal.in l. 1.xv.col. C. qui accuſ, non po.& in l.quicunque col. pe.C.de ſer.fugi.ergo contumacia eſt delictum.

Delinquere quid ſit.

9 ¶ Secundo,delinquere,nihil aliud eſt , quam prætermittere illud quod non oportet præterire. Inquit Feſtus .Cice. 3. de natu. Deo. 13 1.ferret ne ciuitas ulla legiſlat orem iſtiuſmodi legis, ut condemnaretur filius aut nepos ſi pater aut auus deliquiſſet? Plau. Menæh.746.ne tu delinquas,ne ue ego iraſcar tibi.Ibidem 14.46.Num quis ſeruorum delinquit? Idem Amphi.8. 182.Tute edictas facta tua,ex me quæris quid deliqueris? Quis ergo negabit,non oportere præterire obedientiam magiſtratibus præſtari? ergo præterire eſt delinquere.Erat enim(ſecundum Cice.3.de legi.7.)in legibus xij.tabularum ordinatum . (iuſta imperia ſunto.iiſque ciues modeſte,ac ſine recuſatione parento,magiſtratus nec obedientem , & noxium ciuem mulcta vinculis, uerberibuſque coercento:ni par maiorve poteſtas, populuſque prohibeſcit .) Alibi enim Ariſtote.7. politico 14. volens demonſtrare obedientiam debere præſtari magiſtratibus, & differre debere eos qui parere tenentur, ab iis qui imperare debent.dicit natura.n.oſtendit quemadmodum hæc diſtinguenda ſunt. Facit enim eoſdem genere alios iuniores , alios ſeniores: quorum alteri debent parere gubernantibus , alteri gubernare. indignatur enim nemo propter ætatem maiori concedere. Nec putat illum, cui cedit, potiorem eſſe ſe: præſertim cum & ipſe quando ad id ætatis peruenerit eundem honorem ſit recepturus. Eſt ergo ut eoſdem eſſe dicere, eos qui parent, & imperant. eſt etiam ut diuerſos. Itaque & diſciplinam ut eandem dicere neceſſe eſt, & ut diuerſam. Qui enim imperare velit. recte oportere aiunt ipſum prius ſub imperio fuiſſe.) Item alibi Cice.3.de legi.7.) Nec uero (inquit) ſolum vt obtemperent obediantque magiſtratibus,ſed etiam vt eos colant, diligantque præſcribimus. (Et Olimpius Nemeſianas Egloga prima) Et parere (inquit)iuſſis decet,& grata iubentur.)Dico ergo contumaciam eſſe delictum,ſi contumacia eſt uera,licet non ſit maleficium . ſecundum Bald. in d.l.fi.C.de cri.ſtellio.

Maleficiũ quõ diffinitur.

10 ¶ Nam maleficium eſt damnum, iniuria facinusve.Budeus,maleficiũ dicitur,quicquid improbe admiſſum eſt: hinc Vlpianus in l.1.ff. ſi fa.fur.fec.dica.)Vtiliſſimum id edictum Prętor propoſuit quo dominus proſpiceret aduerſus maleficia ſeruorum.)

Contumax in quibus caſibus excõicari poſſit. Et i quibus non.

11 ¶ Proſequendo rem noſtram contumax in non comparendo,reſpondēdo,uel recedendo ante tempus ſine licentia iudicis excommunicari poteſt cap.i.de iudi.& ibi Abb.nu. 10.per illum text. cap. certum xi. q.3. glo.in cap.duo in uerbo videbatur.xcvi.diſtinctio. capit. conſtitutis de pro.cap.commiſſa de electio. in 6.

De eodem.

¶ Et hæc procedunt, tam in actore quam reo ſecundum Inno.in cap.calumniam de pœn.quem ſequuntur Phili.Dec.& Docto.in d.ca p.i.de iudi.& ſequitur Alex.conſi. 137.nume. 10.vol.2.& conſi.72.nu.8.uol.3.

De eodem.

¶ Item procedunt, ſi recedens dimiſerit procuratorem cum mandato non ſufficienti cap.conſtitutus de procura.¶ Item prædicta procedunt etiam in minima contumacia, ut probat glo.in d.cap.duo ſunt quam ſequitur Abb.in cap.primo.nu. 10

de

de iudi.& in cap. ex parte el.i.nu.3. de uerb.ſignifi. And. Barba. in trac. de teſti.in iii.parte nu.9. ¶Prædicta uero ſunt limitanda aliquibus caſibus; Primo, ut non procedant in citato ad unicum actum, quia illlo ex pedito poteſt recedere; nam & ſi non expreſſe ſit licentiatus, ſaltem eſt licentiatus tacite a iudice, ita tenet Abb.in càp. prout in primo nota. de do.& con. Anto.de But.in cap.i.num.28.de iudi.facit tex.in cap.certum xi.q.iii.ibi aut ſi autem finitam cauſæ examinationem. ¶Secundo caſu non procedunt, ubi quis uſque ad ultimum & extremum ſpatium citationis expectaſſet, donec iudex diſceſſerit de tribunali; quia actore non comparente, poteſt eius contumacia accuſata, licite illicentiatus recedere. ſecundum Io.de Imol.in cap.i.de iud.nume. 18.per tex. iuncta glo.ij.in cap.i.de do.& cont.lib.vi.quidem ſequitur Feli.in d.cap.i.num. 21.Alexan.in l.ſi finita.§.iulianus.ff.de dan.infe.nu.25.& no.Are.conſ. clxi.num.3.Item intelliguntur procedere prædictas ſi aduerſarius accuſaret contumaciam recedentis ſine licentia, aut non comparentis; alias ſecus.l.properandum.§.& ſi quidem.C.de iud quem ibi ad hoc notant. Raph.Paul.de caſt.& Iaſ.& ante eos Bar.in l.conſuetudinem.C.quomo.& quando iu.& in l ſi finita.§.iulianus & ibi Alex.ff de dam. infec. & in l.ij.in fi.ff.ſiquis in ius uo.non ierit & in l.arbitrio certo die.ff.de ar bi. ¶Item non procedunt ubi citatio eſſet inualida ſecundum Barba. in cap.i.de iudi.nu.40, Bal.in.l.nam ita diuus.ff.de adop. ¶Item non procedunt, ubi propter aliquod repentinum periculum quis illicentiatus recederet ſecundum Anto.a But.in d.cap.in num.28.de iudi.quem

De eodem

De eodem.

De eodem.

12 ſequitur Fel.ibi num.21. ¶Quid enim ſi dedit iudex iniuſtam licentiā an poſſit pars licentiata excommunicari ſi receſſit? dicebant aliqui ꝙ ſic argumento l.ij.§.nō ſolum.ff.ad ter.quia culpa iudicis parti præſenti non debet præiudicare, ut in alle.§.non ſolum & l.ii.per imprudentiā de euictio.ſed in contrarium tenuerunt D.de Rot.in deciſio.cxx.in anti quis ti.de dol.& cōtum. nota ꝙ ubi arg.l.i.§.fi.ſiquis cautio.& l.non ui

Excōicari an poſſit in iuſte licentiatus.

13 det.§.quo iuſſu.ff.de re.iudi.¶Itē a cōtumace res auferē manu militari. l.qui reſtituere.ff.de rei vendic.ac iuramentum in litem præſtatur com-

Contumacis res auſertur manu militari.

14 parenti contra contumacem.l.in actionibus ff.de in lit.iuran. ¶Item aliquando permittitur deprædatio cōtra contumacem c.vno.in fi.de mi

De prædatio contra contumacē permittitur.

15 lit.uaſſa.qui contu.eſt. ¶Item imploratur brachium ſeculare aduerſus contumacem.l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſ.& cleri.c. dilecto de ſent. excom.in.6.etiā ſi ſit iudex delegatus, cui nō ſit data expreſſa poteſtas inuocandi quia hoc de iure habet.c.cum non ab homine de iudi.Fed.in conſi.163.ſuper inuocatione. Quod eſt intelligendum, quando iudex ecclesiaſticus non haberet quid ultro faceret: alias non.d.c.cum non ab homine.c.2.ibi ſi neceſſe fuerit de male.Oldr.conſi.69.Epiſcopus. & Arch.

Brachiū ſeculare, imploratur cōtra contumacem.

Cōtumax priuatur ſuffragio.

16 in.c.adminiſtratores.23.q.5.¶Item poteſt quis ob contumaciam priuari ſuffragio in electionibus, uel ſuſpendi Bal in.l.una col.ult.uerſi. 12 & ulti.C.quando non pet.par.per.c.ex literis de cōſti.ubi plene per doct.

17 ¶Item acta facta contra cōtumacē non ſunt poſtea ei ędenda, nec copia danda nec ſunt communia, niſi refuſis expenſis Francus in c.1.in glo.abſentia de electio lib.6.no.docto.in.l.1.§.ædenda.ff.de æden.niſi contuma

Contumaci non ſunt ædenda acta.

Contumax præſumitur iniuſtam cauſam fouere.

Contumacia interpretatur in id quod deterius.

Contumaces nō audiūtur, niſi probato iuſto impedimento.

Contumacia puniebatur morte.

Contumax pōt ſuſpendi a beneficio & officio.

ciam purgauerit.¶Item contumax non præſumitur iuſtam fouere cau 18
ſam ,ſed eſt opus,ut probet.l.properandum.§.& ſi quidē &.l.ſancimus
ibi mala conſcientia, ubi Bal.C.de iudi.& ī.l.non ita diuus.ff.de adopt.
Alexā.in.l.papinianus.§.meminiſſe.ff.de in offi.teſta.glo.ī.c.honoratus
73.diſtin.Panormi.in.c.1.col.3.de iudi. ¶Item contumacia debet ſem- 19
per interpretari in id quod eſt deterius contumaci, & obedienti utilius.
Bar.in.l.quandiu la 2.col.i.ff.de acqui.hære.per.l.de ætate.§.qui tacuit
ff.de interroga.actio.alias uero pœnas,vſque ad numerū 42.enumerat
Pet.a Rebuff.in comme.conſti.in titu.de contu.& defe.arti.13.in gloſ.
unica.tomo.3 ſol.mihi.127.cum ſequentibus uide etiam Bartho.Caſſa.
in conſue.burg.in.ti.des iuſtices Rubr.1.§.7.fol.73.col.4.nu.1.cum aliis.
¶Item cōtumaces non aliter audiri debent,niſi probauerint iuſto im- 20
pedimento impeditos fuiſſe ſecundum Specu.in titu.de contu.§.nunc no
bis uidendum ¶Item contumacia puniebatur de iure diuino morte. 21
ſecundum Spec.ibi.§.nunc dicamus qualiter,hodie uero excommunica
tur.c.abſit 11.q.3.&.c.certum qui fil.ſint.le.c.per uenerabilem.§.rationi
bus.¶Item propter ſolam contumaciam, poteſt quis ſuſpendi ab offi 22
cio,& beneficio c.ueritatis extra de dol.& cont.&habetur per Specu.
ubi ſupra.(Additio.In quantum do.auctor.dicit contumacem nō aliter
audiri debere,niſi docuerit ſe iuſto impedimento fuiſſe impeditum intel
lige.in actore,non autem in reo,cum reus excommunicatur & compa-
rens intra annum abſoluitur,& auditur in iuribus ſuis.prout melius ipſe
met d.Auctor ſe inferius declarat & ita loquitur Specula. in loco hic
allegato.& ratio differentiæ eſt , quia magis offendit iudicem actor ꝙ
reus quia debet cauſam ampliare,& apud iudicem ſtare,reus autē effu-
gere.q.4.c.i.Abb.in c.cauſam extra de dol.& contum.Item inquantum
dicit quod hodie excommunicatur contumax.adde do.de Rot.deci.728
in antiquis,& in deciſio 271.in nouis Federi.de Sen.con.109. ¶Ex hoc 23
infero,contumaciam eſſe peccatum mortale ita Abba.in ca.1.in 5.col.
de iudi.cum alias non poſſet inferri excommunicatio.c. nullus & c.ne-
mo.11.q.3.& merito cum maximum ſit peccatum inobedientia.c ſciē
dum.8.q.1.& proinde dicitur infidelis.c.ſi quis ſunt presbiteri.81.diſt.et
cum do.Auctor nō aperiat,an pro qualibet contumacia ſint excommu
nicandi dicunt canones quod pro leuibus culpis non debet infligi excō
municatio d.c.nullus,& c.nemo 11.q.3.Ideo uideas Abb.in d.c.1.4.col.
uerſi.ex hoc infero de iudi.Item in eo quod dicit quod contumax debet
& poteſt ſuſpendi ab officio & beneficio vide tu tex. in c. contumacis.
1.diſtin.Abba.in d.c.veritatis,& Fely.in c.ex literis in 8.col. verſic. per
iſtum tex.de conſti.dixit quod clericus ſuſpenſus pro contumacia, præ-
ſtita obedientia celebrare pōt,abſque alia relaxatione ſuſpēſionis, cum
pœna contumaciæ impoſita regulatur ad limites contumaciæ. Anto.de
But.in c.i.de ſupple.neg.præl.& hoc eſt etiam in excommunicato para
to ſe emendare,quia excommunicatio habet uim ſuſpenſionis , & ideo
redeunti non clauditur gremium per eundem Ant.in d.c.ex literis.Fran.
Anto.Mona.¶Item eſt aduertēdum quod etiam in foro eccleſiæ iudex 21
eccleſiaſticus poteſt non comparentem mulctare, & illam multā exige
re

Contumaciā eſſe mortale peccatum.

Contumax poteſt mul

re per cenſuras eccleſiaſticas.c.quærenti de uerbo.ſignifica.& bene no. Hoſtien.in ſumma titu.de ſentẽ.& re iu.in tract.quę facit ubi de mulcta §.quis poſsit. Et habetur per Archi.in 11.q.3.c. certum qui dicit quod Vince.tenuit quod ſecundũ canones non habet locum mulcta. Sed Goffre.in c.tuæ extra ut lit.non conteſta.tenet primam opinionem,& allegat pro hoc 16.q.1.c.ſtatuimus,& quod legitur & nota.in c. ueritatis extra de.dol.& cont.& quod poſsit & iudex eccleſiaſticus mulctare,tenet Prępoſ.in.d.c.certum & dicit idem teneri per Anto.de But.& Panormi.& pro hac opinione dicit facere,in arg.c.dilectus de offi.ordi.& c.1,de offic.ordi.lib.6.& quod etiam poteſt imponere pœnam pecuniariam pro delicto. Verum ut ceſſet auaritiæ ſuſpitio conſulitur,quod illam conuertat in piam cauſam per ea quæ habentur in c.licet de pœn.& ibi etiam tenet,quod non ſolum ordinarius poteſt mulctare,uerum etiam delegatus per allegata per eum. Additio. Adde Abb.in c.1.in 7.col.uerſic.2.extra de dol.& contuma. Specula.in titu.de ſenten.prolatio.§.2.col.2.uerſicu. eſt & quarta ſpecies.& an mulcta requirat nouã citationem? vide Fely. in.c.1.in 4.col.uerſi.mulcta de iudi. Alexa.in l.deſertorem §.ſi ad diem.ff.

Mulctari in foro canonico.

25 de re.milita.Fran.de Mona. ¶ Et ſi reputati contumaces, excommunicati extiterint, ſi uenerint intra annum abſoluentur ab excommunicatione, & audientur ſuper criminibus illis, de quibus citati extiterint. Aut non uenerint infra annum, & tunc poſt annum ſuper criminibus illis,ulterius non audientur ſed iuris interpretatione uidentur crimina illa confiteri.ut 11.q.3.c.rurſus & c.quicunque & extra de præſum.c.nullus,& c.1.ut lite non conteſta.& habetur per Io.And.in c.cum contumacia in.fi.lib.6.& poſt annum huiuſmodi excommunicatio põt aggrauari,ut procedatur contra eos ad ſuſpenſionem,uel perpetuam beneficij & officij priuationẽ.ut in d.c.rurſus & no.Ber.Inno.& Hoſtienſ.in c.cum bone de ætate & quali.& Panor.in.c.1.de iud.& hæc in differenter procedunt,ſiue liquet uel non liquet de cauſa,& ſiue ſit lis conteſtata,ſiue nõ

Contumaces uenientes intra annum audiẽtur.

26 ¶ Aut liquet ſeu liquere poteſt de cauſa, & lis non eſt cõteſtata, & tunc concluſio eſt,quod nunquam eſt procedendum contra abſentem, lite nõ conteſtat. ſecundum Archi.per.c.1.de iudi.intellige tu. S.ad diffinitiuam. Aut lis eſt conteſtata & tunc poſſunt recipi teſtes contra eum, & ſi liquet de cauſa, ſententia diffinitiua proferri poterit.& ſic intelligitur.c. decernimus, & 23.q.5.c.de illicita.& 11.q.3.&c. rurſus, &c. quicunque quæ iura habent locum quando directe per uiam accuſationis agitur de crimine, & proptereaam dicta capitula intelliguntur procedere lite conteſta.

Abſens quãdo poſsit inſtari.

27 ¶ Sed ſi proceditur per uiam denunciationis, tunc non requiritur litis conteſtatio.ut eſt caſus,ſecundum unam lecturam gloſ.in cap.ueritatis de dol.& contu.& ex conſequenti lite non conteſtata poteſt procedi ad diffinitiuam.

Litis conteſtatio non eſt neceſſaria,ſi proceditur ad denunciam.

28 ¶ Si uero proceditur per uiam inquiſitionis, & tunc ſi non poſſunt reperiri teſtes qui deponant de ueritate criminis,tamen quia reperitur quis infamatus, & ſibi eſt, propter infamiam indicenda purgatio. & inquiſitus reperitur contumax in ſe purgando, concluſio tunc erit, quod abſque litis conteſtatione ,punitur dictus inquiſitus de crimine, ac ſi eſſet conuictus: vt notabiliter uoluit gloſ.in

Contumax in ſe purgãdo qualiter punitur.

cap.de accuſatoribus 3.q.9.& clarius glo.24.q.3.c de illicita. Aut repe-
riuntur teſtes qui probant ueritatem criminis,& tunc diſtinguendũ eſt,
quod aut fit inquiſitio contra abſentem ad inſtantiam partis,& parte in-
ſtante,& tunc eſt concluſio,quod non ualet proceſſus lite non conteſta
ta,& debet procedi contra eum alias ad annotationem bonorum, vel
alias prout nota.in c.decernimus.facit quæ habentur in c. cum dilectus
de purga.cano. Aut fit inquiſitio ex puro & mæro officio, parte aliqua
non inſtante,& tunc aut eſt abſens,& tunc proceditur contra eum ſuper
principali,lite non conteſtata.vt in c.quoniam & c.qualiter el 2.§.debet
de accuſa. Aut eſt præſens,& tunc eſt concluſio quod ordo iudiciarius eſt
ſeruandus,alias proceſſus non ualeret.c.cum dilectus extra de purga.ca
no.glo.in c.per uenerabilem qui fil.ſint legi.& hoc no.Guliel.de mon-
te Lug. in cle.i. de offi. ordi. Addictio attende pro intellectu capitulorũ
rurſus,& quicunque quod licet ex ſola contumacia quis præſumatur no
cens,& confiteri,& quod inde ſequuta poſtea excommunicatione, &
per annum data perſeuerantia augmentetur illa præſumptio,& efficia-
tur uehemens.ut alleg.c.per d.Autho.cũ contumacia ſufficiat ad condẽ-
nationem.arg.cap.afferte de præſum.& ſic uides ſuper qua rõne funda
tur eorũ diſpoſitio. Tamen limita & teneas perpetuo menti,prædicta.c.
rurſus,& quicũque non habere locum,quando agitur mære ciuiliter, vt
per lapſum anni,quis perdat ius ſuum, quãuis etiam in ciuili feratur ex
communicatio.c.tuæ extra vt lit.non cont.Sed procedunt, quando agi-
tur ciuiliter,uel criminaliter de crimine,tunc enim in odium criminis ſur
git maxima præſumptio contra contumacem,ita no.per Abb.in cap.de
quo vult deo. 14.col.verſi.nam ex ſola contumacia de iud. & per eundẽ
Abb.in c.veritatis 4.col.uerſi.& modus, de dol.& contu.ubi ait.c.quicũ
que procedere quando agitur ciuiliter de crimine,& cap.rurſus quando
agitur criminalter de crimine. ¶ Et ſi perſeuerat per annum in excom- 29
municatione habetur pro conuicto no.glo.in c. cum ſecundum leges de
heret.lib.6. & iſto caſu dicit Abb.quod poteſt ferri ſententia condem-
natoria contra abſentem,tanquam contra conuictum. Et ſic erit caſus
no.in quo lite non conteſtata fertur ſententia contra interpretatiue con
uictum.tenet Goffre.in c.i.ut lite non cont.Arch.3.q.9.in ſumma.& ma
gis diffuſe qualiter procedat id quod ait d.Auth.vide addi.Nic.ad Abb.
in d.c.de quo vult Deo in 13.col.uerſi.aduerte quod docto.de iudi.Fran.
Anto. Mona.) ¶ Sed aduertendum eſt; ne erres, quia aut tractatur de
cauſis capitalibus in quibus imponuntur pœnæ ſimiles pœnis iuris ciui- 30
lis,vt ẽ degradatio actualis:de qua extra de pœn.c.degradatio lib.6.vel
cum caracteris impreſsionem.ca.ad audientiam extra de cri.fal.vel ꝑpe
tui carceris.extra de here.ca.pe.& iſtis caſibus requiritur præſentia rei,
nec poteſt procedi ad diffinitiuam: imo idem eſt iure canonico, quod
eſt de iure ciuili: & quod ſeruatur in foro laicorum ſeruatur, & ſeruari
debet in foro eccleſiæ:quia ratio quare de iure ciuili,non proceditur con
tra abſentem eſt illa,quia ſententia eſſet fruſtratoria,nec poſſet ſuã exe-
quutionem habere.cum in perſonam eſſet facienda exequutio. Cũ ergo
eadem ratio.in iſtis pœnis de iure canonico militat,ergo debet eſſe eadẽ
iuris

Perſeuerans per annũ in excõicatione habetur ꝓ cõuicto.

Cõdemnari an poſsit abſẽs. Et i quibus caſibus. Op.d.Auc.

iuris diſpoſitio. Et hoc tenet Io. de Fantu. in 3.q.9.c.decernimus,ſuper
gloſ.3.& tenet Inno.in c.qualiter el.2.in glo.inci.2.q 7.§.quia.verſicu.ſe-
cundum canones.vbi dicit quod ſunt aliquę pœnæ de iure canonico,quę
æquiparentur pœnis capitalibus de iure ciuili impoſitis, & in pœnis ca
pitalibus contra abſentem non ſeruetur ſententia de iure ciuili,ergo nec in
talibus fertur ſententia contra abſentem de iure canonico,in foro ipſius.
Vt notabiliter concludit Præpoſit.in ca.de accuſatoribus 3.q.9. ℭVbi De eodem
autem ſumus in caſibus.in quibus non uenit imponenda pœna corporis
afflictiua, licet ueniat imponẽda pœna ablatiua honoris, poteſt ferri ſen-
tentia in abſentem;ut patet in d.c.ueritatis.facit c.vnico de ſciſmat.lib.9.
ℭEt in quantum ſupra dixi, quod in caſibus in quibus poteſt procedi ad Contumax.
31 diffinitiuam contra abſentem,non proceditur lite non conteſtata:eſt ad quando di-
uertendum,quod aut agitur de proferendo ſententiam diffinitiuam im netur diffini
mediate,non ex delicto in iudicio deducto,ſed ex alia cauſa orta ex iudi tiue propter
cio accuſationis,ut quia fuit excommunicatus propter contumaciam,& contumaciã
ipſe contumax perdurauit in illa per annum,& ſic illa contumacia tranſi lite non con
uit in ſpeciem delicti, & tunc eſt concluſio; quod ſine litis conteſtatione teſtata.
propter illam contumaciam damnari poterit.Et ita poteſt alio modo in-
telligi tex.in d.c.veritatis.& hunc intellectum poſuit ibi gloſ.magna, &
fuit intellectus Ioannis; & ipſe ponit in glo.in c.decernimus. (Additio
vide addi.Nicolai ad Panor. in ca.de quo vult Deo 24.col.verſi.nam ex
ſola contumacia de iudi.Franc.Anto.Mo.)Aut agitur de ferenda diffiniti
ua ſuper crimine in iudicio deducto, & tunc aut crimen eſt notorium, &
non requiritur litis conteſtatio. Ita poteſt intelligi tex.86.di.c.tanta. vbi
etiam de hoc.Aut delictum non eſt notorium:& tunc ſi eſt tale delictum
ex quo periclitaretur publica utilitas, ſi non procederetur: tunc eſt con-
cluſio:quod lite non coteſtata poteſt procedi contra abſentem: ſicut eſt,
in crimine dilapidationis, propter quod utilitas eccleſiæ deſtrueretur:&
iſtud eſt,quod uoluit glo. eſſe ſpeciale in hoc crimine in d.c.de accuſato-
ribus.Et idem tenet glo.2.q.8.c.1. Et ex iſta ratione proceditur contra
clericum non reſidentem & abſentem ad priuationem beneficii.Ita dicit
glo.magna in princ. Et iſta poteſt eſſe ratio,quare in crimine læſæ maie
ſtatis proceditur lite non conteſtata. Vt in extraua.ad reprimendum.Et
idem eſt dicendum, ſi ſequeretur periculum animarum: ſi non procede-
retur: & eſſet impoſsibile litem conteſtari;tunc etiam proceditur ſuper
crimine lite non conteſtata;& ita poteſt intelligi glo.in d.c.de accuſato
ribus de proceſſu qui fit cõtra hereticum mortuum,ne ex eius opinione
alii inducantur ad errores. Aut ex tali delicto non periclitatur utilitas
publica,uel iminet periculum animarum,& tunc requiritur litis conteſta
tio ut dictum eſt.Ita dicit Præpoſi.vbi ſupra.(Additio uide tu Abb.in Cõtumacia
d.c.ueritatis 4.col.verſi.quo ad ſecundum de dol.& contu.ubi diffuse di- an faciat
32 ſcutit iſtam materiam. Franc.Anto.Mona.)ℭVtrum contumacia faciat quem here-
quem hereticum uel pœnam mortis irroget? Præpo.in c.de prima quæ ticum.
ſtione 3.q.1.dicit quo Gemin.diſtinguit,quod aut contumacia committi
tur aduerſus pręceptum hominis,aut aduerſus præceptum legis:ſi aduer
ſus præceptum hominis,tunc ſi propter ſuſpitionem hereſis ẽ cõtumax:

nolendo reſpondere de crimine hereſis propter quam contumaciam ex communicatur a iudice, tunc præſumitur hereticus: & crimen cenſetur cõfiteri: Ideo talis excommunicatio pœnam mortis inducit, ſi per annum perſeuerauit.c.cum contumacia de heret.lib.6. Aut ipſe non obedit in aliis, quam circa crimen hereſis. & tunc licet non uideatur ſe hereticũ cõfiteri, tamen ſi per annum perſeuerat in excommunicatione fit ſuſpectus de hereſi.c.fi.de poen. Et uidetur confeſſus crimen, ſeu cauſam propter quam fuit excommunicatus c.rurſus, &c.quicunque 11.q.3. Panor. in c.1.de iudi. ℂ Et hoc caſu an aliqua pęna puniatur excommunicatus? 33

Excommunicatus aliqua pœna puniatur.

& tunc, aut ſunt talia quæ concernunt officium aſſumptum, et committũtur contra dominum ſuum; vt in militibus, & inobedientibus domino: uel contra ipſum facientibus, & tunc talis contumacia etiam capite punitur. Vt no.glo.in c.grauem de excep.prala. Aut contumacia uerſatur circa uindictam maleficiorũ, & ſecundũ glo.in c.de prima quæſtione, etiã morte punitur. Aut non uerſatur circa uindictam maleficiorum, & tunc ſi habet annexum ſciſma etiam morte punitur.6.q.1.c.denique ſecũdũ Archi..in d.c.de prima quæſtione, & idẽ no.glo.11.q.3.c.abſit, glo.in.c. generali de electio.lib.6. Si uero inobedientia non habet ſciſma, uel hereſim mixtim, & tunc non punitur capite.ut dicit gloſſ. Aut inobedientia committitur contra legem. & tunc ſi illa etiã habet hereſim admixtam, punitur, capite. ſed ſola inobedientia contra legem non inducit hãc pœnam. ℂ. Item eſt aduertendum quod perſeuerans in excommunicatione 34 per annum priuatur beneficiis eccleſiaſticis; & creditis perſonalibus, uel aliis iuribus propriis ipſius excommunicati. ſecũdum Hoſti.in c.grauẽ, de pœn. & ibi Panor. & habetur per Præpo.in c.rurſus 11.q.3. habetur ſ c.poſtulaſtis de cleri.exco.mini.de quo per Inno.in c.cum bonæ de ętat. & qualita. Docto.in c.ueritatis de do. & con. Anto.de But.in c.1.de iud. ℂ Et ſic poteſt licite dici quod debet fieri annotatio bonorum, & iurium 35 proprium dicti cotumacis. ſecundum Præpoſ.in c. certum.11.q.3. licet nunquam uidiſſem talem annotationem fieri. ℂ Eſt tamen aduertẽ- 36 dum, quod in quantum ad priuationem beneficiorum propter excõmunicationem & contumaciam eſt diligẽter aduertendum; nam aut cauſa propter quam, quis eſt excommunicatus eſt digna priuatione beneficiorum ipſo iure. & perſeuerantia in excommunicatione per annum facit contumacem priuari ipſo iure; Aut eſt digna priuatione per ſententiam & tunc per lapſum anni, non erit priuatus ipſo facto: ſed opus eſt ſententia: Aut illud delictum pro quo fuit quis excommunicatus non inducit priuationem ipſo facto, nec dat facultatem priuandi: quia paruum eſt reſpectu priuationis, & tunc non erit priuatus per anni lapſum nec priuari debet. ſed imponitur pœna arbitraria, ac ſi fuiſſet uere confeſſus, ex quo noua pœna pro illo delicto non reperitur in iure expreſſa: alias ſi eſſet expreſſa in iure illa imponetur. Nec obſtat ſi dicatur, quod pro illo nouo delicto, quia ſtetit tanto tempore in excommunicatione debet priuari: quia ſufficit quod pro hoc delicto habeatur pro confeſſo. Non debet enim duplici pęna puniri cap.at ſi clerici de iudi. bene tamen uerum eſt, quod ſi poſt lapſũ anni, adhuc perſiſteret in excommunicatione indura-

Excõmunicatus, perſeuerans p annum i excõmunicatione priuatur beneficiis.

Annotatio bonorũ an fiat.

Excõicatus quando priuatur beneficiis.

to corde, quod ex hoc nouo delicto contracto, poſtquā fuit habitus pro confeſſo; quia non caret ſcrupulo hereticæ prauitatis, poterit beneficiis priuari. Et ita in effectu dicit Præpoſitus in c. rurſus .xi. q. 3. ℂ Eſtq; no

37 tandū, quod ſi aliquis eſt contumax poteſt citari, vt infra certum termi nū compareat ad ſe purgandum ſuper delicto: qui ſi non præſentauerit ſe, & præſtiterit iuramentum habetur pro conuicto: ſecundum Abba. in c. cùm P. extra de purga. cano. ℂ Vtrum in foro canonico poſsit quis co

Contumax poteſt citari ad ſe purgā dum ſuper delicto.

38 gi, quod deſtinet domum in qua poſsit citari in loco iudicii? dicas quod ſic: ſecundum Pano. & alios in c. fi. de dilatio. & ita uidetur tenere Soci. in tract. de cita. arti. 60. q. 16. verſi. circa ſecundam quæſtionem & ha betur per Pet. de Reb. in tertio tomo ſuper conſti. ti. de domicil. ele. n. 42. in 10. q. fol. 144. Quam ergo patiatur pœnam ille qui noluerit eligere do micilium? Dicas quòd poterit eum iudex citare ad totam cauſam, & ei intimare, ut in omnibus actibus interſit, ſecundum Bar. in extraua. ad re primendum in uerbo per edictum, Alexa. & Iaſ. in l. qui ante calēdas. ff. de uerbo. obliga. Alexan. in l. ſtatuliberos. §. ſtichus. ff. de ſtatuli. Soci. ple ne in tract. de cita. art. 20. 16. q. & Bar. in l. conſentaneum. 1. q. C. quom. et quan. iud. & per Pet. a Rebuff. vbi ſupra num. 46. Item poterit & denega ri audientia. ut dicitur in ſimili in l. fi. §. neceſsitate. C. de bon. quæ libet. vel etiam ex ſe, iudex poteſt ei deputare domicilium, in quo fieri poſsint omnes citationes: facit tex. in l. 3. §. ſed & ſi proponas. ff. de iur. dot. c. nul lus de iur. patro. Io. Lup. in c. per ueſtras. §. 22. col. 3. & ſequen. de don. in

Eligere do mum in qua quis citetur an cogi poſ ſit. Et nō eli gēs quō pu niendus?

39 ter uir. & uxor. ut etiam habes per Pet. à Rebuff. vbi ſupra nu. 47. ℂ Itē eſt aduertendū q nedum dicitur cōtumax ille qui non cōparet omnino, ſed ēt ille qui cōparet, & tn̄ horā indebita. l. 1. §. quid ergo. ff. quan. appell.

Contumax an dicatur il le q cōparet hora ideb.

40 ſit Bal. in c. plerunque col. 2. de reſcrip. ℂ Item dicitur contumax omni no qui non reſpondet, quia prætorem contemnere uidetur. l. de ætate. §: qui tacuit &. §. ſe quando. ff. de interrogatio. & nihil refert neget quis, an taceat, interrogatus an obſcurè reſpondeat, ut incertum dimittat inter rogantem. §. nihil ibidem. dolus enim malus non tantū in eo eſt, qui fal lendi cauſa obſcurè loquitur, ſed etiam inſidioſè obſcurè diſsimulat. l. ea quæ in fi. ff. de con. emp. Bal. conſi. 95. decreto. 1. lib. non paret qui iuſſus

Contumax dicitur qui non reſpon det.

41 inſtrumenta exhibere non exhibet. l. creditor. §. iuſſus. ff. de appella. ℂ Il lud non omittas, quod contumax dicitur ille qui in quauis parte iudicii non paret iudici. ut benè dicit Pet. a Rebuff. ubi ſupra in titu. de contu.

Contumax dicitur qui nō paret iu dici in quali bet parte iu dicii.

42 num. 19. ℂ Poteſtq; iudex, uel mulctare, uel ſupplere ut ſi pater auctori tatem filio ſuo præſtare recuſet. l. fi. §. neceſsitate. C. de bon. quæ lib. uel maritus uxori. l. bonorum C. qui admitti illis enim caſibus poteſt iudex

Contumax pōt mulcta ri, uel ſup pleri poteſt a iudice.

43 decernere quod habeatur pro præſtita, uel non præſtita prout deterius erat ei. ℂ Notandumq; eſt, quod contumacia debet accuſari, tam in ci uilibus quam criminalibus c. 1. & ibi Doct. de iud. Et demum requiritur pronunciatio iudicis ſecundum Panorm. in c. fi. de iura. calu. ℂ Sed ubi procederetur per inquiſitionem, non requiritur accuſatio contumaciæ ſecundum Innoc. in c. cùm clamor de teſti. Barto. in diſputa. 14. incip. iu dex maleficiorum quia nulla eſt ibi pars quę poſsit accuſare, niſi fama, et iudex ſed quia hodie in curijs eccleſiaſticis adeſt fiſcus: ipſe debet accu-

Cōtumacia dēt accuſari. De eodem.

ſare

Contumax comparens (curia pro tribunali ſedēte) admittitur.

ſare, quia ſuccedat in locum partis.Ita dicit Pet.de Rebuff.in.3.tomo conſt.in tit.de contu.& defec.art.3.gloſſ.una nu. 19.℄ Illud conſequēs 44 eſt ſcire, quod reputatus contumax, ſi comparuerit(adhuc curia pro tribunali ſedente)debet audiri, & admitti.l.diuus.ff.de in integ.reſti.& Bal.in marga.in uerbo citatio.queſt.l.facit.c.potuit extra loca.& in particulari.in curia eccleſiaſtica tenuit Pet.de Rebuff.vbi ſupra art.5.gloſ. vna fol. 03.nu.4.& hoc dicit procedere, & non refuſis expenſis Paul. in.l.ſancimus in prin.C.de iudi.not.in c.uenerabilibus.§.idem, de ſentē. excom.lib.6.

Contumax auditur, ſi cōparet donec iudex ē in palatio.

℄ Item nedum qui comparuit iudice pro tribunali ſedente 45 debet admitti ex æquitate, ſed etiam qui cōparuit tempore quo adhuc iudex eſt in palatio, ſeu auditorio.l.quod dictū.ff.de pact.& uoluit Pet. de Rebuff.ubi ſupra num.11.ſi tamen iudex receſsiſſet, non admittitur. Non enim dicitur ueniſſe.qui hora debita non uenit.l.1.§.quid ergo.ff. quan.appella.ſit Bal.in c.plerunque col.2.de reſcrip.Niſi.iudex receſsiſſet ante horam ſolitam ſecundū Bal.in l.ſi cum ipſa.ff.de execu.tuto.Alber.in.l.liberorum.ff.de his qui no.infa.Eſt tamen neceſſe, quod ille qui allegat iudicem ante horam diſceſsiſſe, probet Bar.in l.ex conſenſu.§.1. ff.de appel.Iaco.de bellouiſ.in rep.§.contrahentes.c Romana nu.42.de for.compe.lib.6.

Citatus impeditus cōparere debet mittere excuſatorē.

Excuſatores qui debeant eſſe.

℄ Qui autem fuerint impediti aliquo impedimento, 46 debent excuſatorem mittere, qui certiorem faciat iudicem de illo impedimento.l. quæſitum.ff.de re iu.c.ſi ægrotans.5.q.3.c placuit 18.diſt. c. quærelam de procu. ℄ Iſti autem excuſatores qui per citatum mittuntur debent eſſe diſcreti. 47 Hi autem diſcreti intelliguntur, qui qualitates rerum, & monumenta diſcernunt.c.ſiqui teſtium de teſti.indiſcrete autem pſonæ nō admittunē de quibus habetur in.c.paſtoralis de iudi.uidelicet ſtultus, fatuus, amens.infans, mutus; ſurdus, & ſimiles quia non ſunt diſcreti, nec qualitates rerum poſſunt diſcernere l. operis cum .l.ſequen.ff. de no.op.nun.Iaſ.in.l.de pupillo.§.nunciationem col.pe.Ibidem. c.omnis utriuſque ſexus de pæn.& remiſſ. Aliæ tamen perſonæ inhabiles, diſcrete tamē admittuntur, ut mulier infamis excommunicatus, et minor ſi ad annos diſcretionis peruenerit. Barto.in.l.penul.§.ad crimen col.5. de pub.iud.l.ſeruum.§.publice ff.de procu.

Excuſatores quæ poſſint allegatur

Excuſatore an poſsint cogi, ut iurent de calūnia.

℄ Debent tamen accuſatores allegare(partis uocatæ)ægritudinem, uel aliam iuſtam cauſam et illam iuſtificare rationibus probabilibus ſecundum Inno.in c.ueniens de 48 accuſa.Bal.in marga.in verb.officiū q.31.Bar.in d.§.ad crimen. ℄ Vtrū poſsint cogi excuſatores iurare de calumnia? Ioan.Andr.in addictio.Spe 49 cu.in tit.de iura.calum.§.ſequitur verſi.quid de quæſtionibus, dicit quod ſic ſequitur Soc.in c.1.col.fi.& c.2.col.6.in 20. exten.de iura. calum.dicit tamen Pet.de Rebuff.in tertio tomo ſuper conſtitu.tit.de excuſa.ſeu exonijs. fol.177.mihi num.12.quod hodie præſtatur iuramentum de dicenda ueritate ſuper impedimentis allegatis, non autem iuramentum calumniæ & ita pro certo, ſemper uidi ſeruari non tamen negari poterit quod ſi a parte petatur, quod præſtari debeat.

Iudex quid debeat facere impedi

℄ Quid enim debeat facere iudex allegato impedimento, ſi Iudex noluerit ei credere, tenetur da- 50 re terminum ad uerificādum? & ſi iudex non admitteret, proceſſus eſſet nullus l.ait prætor.§.ſiquis particeps.ff.quæ in frau.cred.l.inter accuſato

rem

rem & l.pe.§.ad crimen.ff de pub.iud. Melius tamen eſt, quod reputet contumacem, niſi impedimentum allegatum probetur infra talem terminum ſecundũ Bar.in extrau.ad reprimendum in uerbo neglexit. Panormitan.& alios in cap.quærelam de procur. Maſuer. in practi.in uerbo contumacia.§.item contra eum. Prout practicatur in curia laicorum. mento allegato.

51 ℭ Impedimenta autem quæ excuſant a comparatione, erunt infirmitas, tempeſtas maris, l.cæſar.ff.de public. Præceptum maioris iudicis, cap.cum parati de appellat. Item nedum excuſat infirmitas ſua ſed etiã infirmitas ſuorum.gloſ.in cap.omnis xxiiii.diſtin.Iaſo.et alij in l.ij.§.ſiquis.ff.ſiquis cautio.& in l.prima colum.pen.de offic.eius l.inter dũ §.i.ff.de iudi.Carceratio etiã excuſat.Bar.& alij in l.ij.ff.de in ius uoca locus non tutus, ſimiliter excuſat cap.accedens in ſecundo, ut lit.non conte.ſed eo caſu excuſator mandatum habere.debet.ut iudex debet ei offerre ſaluum conductum.& tunc non excuſabitur.ut docent Imo.Io. Ana.& alij in d.cap.ueniẽs de pro.Afflict.in conſti.Neapol.lib.primo rubr.de liter.cita.num.24.Peſtis etiam præſtat impedimentũ, ut non teneantur comparere cap.ad ſupplicationẽ de renuncia.cap.ex parte.el primo de appella.quod eſt uerum, quãdo ius non redderetur in illo loco Alexan.in.l.ſed ſciendum.ff ad trebell.Bellum etiam præſtat impedimẽtum Doct.in l.ex hoc iure.ff.de iuſt.et iur.Item ſiquis ad maius tribunal eſſet uocatus.l.contra.§.i.ff.de re.iudi.Socc.in trac.de cita.art.xxxi.in v. effectu. Mors patris etiam præſtat impedimentum.l.ii.& ibi gloſ.fi.ff. de in ius uoc.l.interdum.§.i.ff.de iudi.fiet tamen contumax, data aliquali dilatione de æquitate. Abſentia etiam præſtat iuſtum impedimentum. l.i.ff.de diuer.& tempo.præ. Item ſi quis eſt nobilis, & propter paupertatem non poterit comparere, quia ei non erant ueſtimenta; & nudus ſine dedecore comparere non poterit.cap. ſiqui teſtium de teſti. Gloſ.in clem.cupientes.§.ceterum in uerbo alia iuſta de electio.lib.vi.ſed hec excuſatio non prodeſt in criminalibus.ſed bene in ciuilibus.ſecũdum Pet. Rebuff.ubi ſupra num.44. Alia impedimenta uidere poteris per Dom. Pet.Rebuff.ubi ſupra per totum. Impedimenta excuſantia citatum quę ſint.

52 ℭ Reputato igitur contumace citato ad informãdum, ſeu ad ſe expurgandum a querela, aut inquiſitione contra eum formata; Cuius contumaciæ forma erit. In Dei nomine amẽ. Anno.&cæt.ſub põtificatu & cæt.ſub uicariatu & cæt.de preſẽti menſe & die & cæt.Curia Reuerendi d.uicarij.pro tribunali ſedente, ad reddẽdum ius unicuique petenti, inſtante F.& contumaciam accuſante contra.N.citatum relatum & non comparentem de cuius citatione,& eius exequutione in prõptu ipſi curiæ fecit plenã fidem fuit uocatus dictus N.& quia non comparuit, nec aliquis pro eo, qui eius legitimam excuſationem propoſuiſſet; fuit per eandem curiam habitus, reputatus, et cõdẽdatus, uti contumax, & ad pœnam contumaciæ & etiam in mandato contentum condendatus, & decretum expediri alterum mandatum ad arbitrium dicti.F.contra dictum.N.ad ſe expurgandum a contumacia. Expeditur confeſtim alterũ mandatum, monendo quod adhuc obediat comparendo intra certum terminũ; Cuius mandati formula talis erit. Cõtumaciæ forma q̃ ẽ.

53 ℭ Nos Antonius reſignus uicarius generalis Salernitanenſis Metropolis Mãdati ad

ſe expurgã dã a contumacia, forma.

lis curiæ & uniuerſis & ſingulis dominis propoſitis Decanis qui pro
præſentium exequutione fuerint requiſiti.ſalutem in domino,& manda
tis noſtris,imo verius Reuerendisſimi d.Archiepiſcopi Salerni firmiter
obedire ſignificamus quod nuper auctoritate qua fungimur,citauimus,
& citari fecimus.N.ut tali die pro termino peremptorio asſignato,com
pareret coram nobis & noſtra curia,hora debita & ſolita cauſarum quę
rimoniis.F.reſponſurus,qui ſufficienter in huiuſmodi termino expecta
tus comparere contempſit, vnde inſtante dicto. F. & prædicti citati &
non cõparentis contumaciam accuſante,& petente, (prout merito nos
reputauimus & reputamus contumacem) reputari, & pro contumacia
huiuſmodi per nos procedi contra eum duximus prout expediens fue
rit procedendum.idcirco uobis omnibus,& ſingulis coniunctim,& diui
ſim in uirtute ſanctæ obedientiæ,& ſub pœna excommunicationis, quã
in vos,& quemlibet veſtrum,ſi mandatum huiuſmodi noſtrum,negle
xeritis,vel contempſeritis adimplere canonica tamen trium dierum mo
nitione præmiſſa,in his ſcriptis ferimus,firmiter,& diſtrictè præcipiendo
mandantes,quatenus accedatis quo propterea fuerit accedendum, &
memoratum contumàcem,publice & diligenter moneatis,quem & nos
peremptorie admonemus,vt intra quatuor dies continuos a monitione
huiuſmodi computandos,prædictam ſuam contumaciam purgando iu
ri pareat coram nobis,& noſtra curia. Alioqui ipſum pro contumacia
huiuſmodi excõicamus,in Dei nomine amen,in his ſcriptis. & demum
publice intra miſſarum ſolemnia publicabitur uti excommunicatus.
Datum &c Non comparente intra dictum terminum, & iuri non pa
rente ipſo contumace,declaratur ipſum eſſe excommunicatum, & pro
inde,datur licentia denunciandi ipſum in locis publicis eſſe excommu

Neapolis obſeruantia contra contumaces.

nicatum.¶Et Neapoli publicatur excommunicatio ipſa per cedulo 54
nes,& ſi demum capiatur,non admittitur ad ſe defendendum, niſi ſol
uerit pœnam & abſoluatur.Et elapſis decem diebus publicatur excom

Aggrauatio excommunicati qualiter fiet.

municatus per cedulones. ¶Si autem ſic excommunicatus perſtiterit, 55
poteſt procedi ad aggrauationem,hoc modo uidelicet;Nos & cæt.Ple
bano tali, ſeu tali curſori, & cæt.ut ſupra. quia talis excommunicatus
a nobis,pro contumacia, & ad inſtantiam talis, huiuſmodi ſententiam
non formidat,quare uobis mandamus, quatenus ipſum excommuni
catum,ſingulis diebus dominicis,accenſis candelis, & pulſatis campa
nis,publice de ambone,nuncietis.Datum & cęt.ſin autem adhuc, indu
rato animo, parere contempſerit, expeditur alterum mandatum.

Reaggrauationis forma.

¶Nos talis & cæt.tali plebano & cæt.licet talem dudum excommuni 56
cauimus,pro contumacia aggrauatione ſubſequuta,ad inſtantiam, &c.
Ipſe tamen huiuſmodi ſententias temere ſuſtinet animo indurato quare
uobis mandamus,quatenus eum excommunicatum,& aggrauatum pu
blice ſicut prius nuncietis,inhibendo omnibus & ſingulis ueſtris parro
chianis ne eidem ſic excommunicato emendo,uendendo ſal, aquam,
ignem,cibum uel potum miniſtrando,uel alius quouis genere commu
nionis prohibitæ participent, quouis modo contrafacientes minoris
ſententiam excommunicationis, quam per hanc incurrunt fore liga

tum

57 tum publice nuncietis. Rurſus ſi contumax ſic aggrauatus, & reaggra-
uatus perſtiterit, poteſt induci ceſſatio a diuinis quandiu fuerit præſens
excommunicatus. Et iſtam debet præcedere monitio quia omnem vin
dictam debet præcedere monitio 12.q.2.indigne. Monitionis autem for

Reagrauato non parẽte, quid faciendum. Monitionis forma.

58 mula talis erit. ℂ Nos talis uicarius. &c. Quamuis talis, a nobis ſit excō
municatus, diuerſis aggrauationibus ſubſequutis, idem N. ſententias hu
iuſmodi, & pęnas contendens, eas temere ſuſtinet, & in eis perſordeſcit
animo indurato, ſeu obſcurato. Vnde ſua exigente contumacia, ma-
gis aggrauare compelluntur, vel contra ipſum rigidius procedere opor
tet. Idcirco uobis mandamus, quatenus officiales maiores, & minores
ipſius oppidi tales, uel iuratos, & potentiores talis loci publice monea-
tis ut intra dies. 8. prædictum N. excommunicatum ab eorum conſortio
participatione, & communione eiiciant, eliminent penitus, & excludant
(uel quantum in eis erit) ipſum inducant, ut ad ſāctæ matris eccleſię gre
mium redeat, iuri pareat coram nobis. Et beneficium abſolutionis curet
obtinere alioquin quandiu, & quoties idem excommunicatus in eccleſia
ueſtra, uel in eius terminis uel ueſtro conſortio præſens fuerit morā tra-
xerit, domicilium & manſionem habuerit. ceſſetis & ceſſare faciatis ab
officio diuinorū, quem ſic ſuſpendimus in Dei nomine, in his ſcriptis. da
tū & c. Plures aliæ ſunt formæ, quia poteſt dici, idcirco ne facilitas ueniæ
aliis incentium tribuat delinquendi. uel ſic item ſi ea quæ male uſurpan-
tur, uel perpetrantur omittimus, exceſſus uiam alijs aperimus ut 21.q.9.
loci. Vel ſic. quia abſcindenda, ſunt uulnera, quæ fomentorum non sētiūt
diſciplinam 72.di. plurimos alias eſt quia. Item ubi maior eſt culpa, ma
59 ior exerceri debet & uindicta. c. excommunicamus de heret. §. crederes
& ſic de ſingulis. ℂ Poteſt etiam contumax ſuſpendi ab officio, et bene
ficio ut eſt gloſſ. notabilis in. c. cum non ab homine de iudi. & ibi decla-
rant docto. qualiter procedatur contra contumacem, & ea qualiter con-
tra comparentem in inflictione pœnarum. Pœnæ enim quæ infliguntur
ob contumaciam, ſunt excommunicatio, ſuſpenſio, depoſitio, & alia gra

Contumax pōt ſuſpēdi ab officio & beneficio.

60 uatio. ut 24.q.1. forte, & 24 diſt. quorūdam in fi. ſecundum Ant. de Butr.
ibidem. in. c. cum non ab homine. ℂ Ceſſantibus enim eccleſiaſticis re-
mediis ſiue de iure, ſiue de facto habebitur recurſus ad inuocationē bra-
chii ſecularis. ut in. d. c. cum nō ab homine, & c. 1. de offi. ordi. & 23.q.6
c. adminiſtratores. & 96. di. cum ad uerum. Et per capitula regni, eſt ſta-
tutum procedi contra cōtumaces, & excommunicatos perſiſtentes ultra
tutum procedi contra cōtumaces, & excommunicatos perſiſtentes ultra
annum in excommu nicatione, & contumacia. Statuiturq; debita pæna
puniri. ut habetur in. c. regni incipien. item ſtatuimus quod ſi contingat
& in alio capitulo incip. ſiquis in excommunicatione, ſtatutum eſt quod
ſi comes excommunicatus perſtiterit per annū in excommunicatione,
ſoluet pro pœna regiæ curiæ untias uiginti quatuor, ſi baro untias duo-
decim, ſi miles ſex, ſi burgenſis tres, ſi ruſticus untiā unā cum dimidia.
ſi per duos annos quis perſtiterit in excommunicatione, ſoluet duplum

Brachii ſecularis inuocatio quando fiat

61 quantitatis prędictæ. ℂ Neapoli extat conſtitutio ſinodalis, in ordinē 51
incip. item quod non nulli, qua cauetur, quod permanētes in excommu
nicatione per menſem debent ſoluere florenum unum auri. Taliſq; con-
ſtitu-

Neapolis cōſtitutiō ſinodalis ſtra

perſeueran.tes in excõ municatio nem per mẽſem. Contumax qualiter excõmmunicatur Neapolis. Cõtumacia cõtra teſtes qualiter accuſetur. Procurator poteſt allegare illegitimationẽ accuſatoris Procuratore comparẽte & admiſſo in cri, minalibus. an inualidet proceſſum. Interdictũ an & quando poſſet ꝓferri.

ſtitutio,ſatis in iure militat ut not.Hoſt.Car.& Ana.in c.ad aures de Si-
mo.dicentes poſſe Epiſcopum ſtatuere(quod pro quolibet menſe, quo
excommunicatus perſeuerauerit in excommunicatione ſoluat decem li-
bras ſequitur etiam Fely.in.c.irrefragibili.§.ceterum col.1.in fi.de.offi.
ordi. ¶ Similiter in curia Neapolitana, ſi reus citatus non comparet ad 62
diem in citatione comprehenſam, accuſatur contumacia.& demũ excõ
municatur,& excommunicatio publicatur per cedulones, & ſi demum
capiatur,aut comparuerit, non admittitur ad ſe defendendum niſi prius
ſoluerit penam & abſolutus fuerit.Si uero non capiatur,& non compa-
reat,elapſis decem diebus publicatur(ut ſupra) & elapſo anno poteſt li-
cite priuari beneficiis & per inquiſitionem proceditur de hereſi.¶ Con
tra u roteſtes citatos ad deponendum,ſi ad diem ſtatutam neglexerint 63
comparere.accuſatur contumacia tam contra teſtes clericos. quam lai-
cos,abſq; alio triduo,& poſtea excommunicantur & ſimiliter elapſis de
cem diebus publicantur pro excommunicatis per ciuitatem cum cedulo
nibus & ſoluunt pęnã ad arbitrium Vicarij. ¶ Aduertendum,eſt quod
pro citato in cauſa criminali poteſt comparere procurator ad allegandũ 64
illegitimationem perſonæ accuſatoris ſecundum Do. Abb.in.ca.ueniẽs
de accuſa.(Additio & nedum ad allegandum illegitimationẽ accuſatio-
nis, ſed etiam ad quælibet alia per quæ cauſa ipſa criminalis non diſcuti
tur.ita Tom.Gram.in conſi.ciuilibus conſi.95.in.4.col.in uerſi.nec opi
tulabitur.Fran.Anto.Mo. ¶ Sed quid ſi in cauſa criminali ſemper com
paruit procurator, & cum eo ſemper fuerit in cauſa proceſſum.& nun- 65
quam fuerit aliquid oppoſitum,utrum ualeat proceſſus?Do.de Rot.di-
cunt in deciſio. 151.quod ſic & ita etiam tenet Fely.in c.meminimus de
accuſa.col.pe.verſic.vltima concluſio.(Additio uide Fely.in c.1.2.col.in
verſic.in gloſ.fi.de accuſa.ubi inquit,communem eſſe opinionem quod
ualeat idem refert in.d.c.1.Fran.Aret.Fran.Anto.Mona.¶ Sed utrum
propter contumaciam alicuius poſſit poni interdictum? dicas quod tam 66
propter delictum, quam propter contumacia poteſt poni Interdictum
& ſi propter contumaciam ponitur,eſt neceſſaria monitio,& forma tra
dita extra de ſen.excom.c.1.lib.6.ideſt,ut interdictum proferatur inſcri-
ptis,& cum cauſæ expreſsione,& alias ut infra in eius formula demon-
ſtrabitur ſi uero fertur propter delictum, non eſt neceſſaria monitio,ii.4.
ſic intellige notata per Inno.& alios in tit.de appel.ad hæc quoniam.&
de exce.præla.c.1.ſed a iure profertur interdictum propter exceſſum, ſi-
ue delictum ſiue monitione, ſiue ſit ſpeciale interdictum ſingularis pſo-
næ,ut in decre.repræhenſibilis de appella.uel eccleſiæ,ſiue generale loci
uel uniuerſitatis.¶Forma autem interdicti propter contumaciam erit, 67
ut dicatur,nos Antoninus Reſignus Vicarius generalis ciuitatis Salerni-
tanẽ.etc.uniuerſis et ſingulis dominis Abbatibus,Prioribus Decanis Ar-
chidiaconis,Scolaſticis,Cantoribus,Theſaurariis, Succentoribus, Sacri-
ſtis,tam cathedralium etiam metropolitanenſium, quam collegiatarũ,
canonicis, parrochialiumq; eccleſiarum Rectoribus, ſeu locumtenenti-
bus eorundem, Plebanis,Viceplebanis,Capellanis,curatis, & non cura
tis,Vicariis perpetuis,Altariſtris cæteriſq; præsbiteris,clericis, notariis

Interdicti forma.

& ta-

& tabellionibus publicis quibuſcunque per ciuitatem & dioceſim.N. ac alias ubilibet,conſtitutis, & eorum cuilibet inſolidum, ac illi uel illis ad quem, uel quos pręſentes noſtræ litterę peruenerint, ſalutem in Domino.& noſtris huiuſmodi firmiter obedire mandatis Noueritis quod dum talis a nobis inquiſitus extitiſſet de adulterio,in talem commiſſo,et ob id extitiſſet ad informandum citatus, & non comparens, reputatus contumax, & demum per plures dies expectatus, & minime comparens,fuit per nos noſtramque curiam excommunicatus,latamq; in eum excommunicationem.& pluries monitus vt debuiſſet noſtris obedire mandatis, non curauit, imo dictus. N.pharaonis duritiem imitando ad modum aſpidum ſurdarum,aures ſuas obturantium,ne uoces audiāt incantantium,in dicta excommunicationes perdurans fuit per nos et noſtram curiam aggrauatus,& reaggrauatus,dictamq; noſtrā aggrauationem poſt decem dies, poſt illius publicationem & denunciationē in noſtra curia,& alijs locis publicis debite factis pertinaciter ſubſtinuit et ſuſtinet, non curans ad ſanctæ matris eccleſiæ gremium redire.Nos tunc Antonius Reſignus Vicarius inſtāte Egregio Ioan. Franciſco de ſāctis promotore iurium noſtræ Archiepiſcopalis curiæ,præfatum N.omneſq; alios & ſingulos, ſua communiter,uel diuiſim intereſſe putantes,& citari curauimus,ad uidendum & audiēdum,omnes & ſingulas,ciuitates,terras oppida,caſtra,uillas ſuburbia,collegia,parrochias,& alia quecunq; loca,& ſub quibus,dictum N.aduerſarium excommunicatum declaratū aggrauatum,& re aggrauatum declinare ſeu deuenire cōtigerit interdici,& interdicto eccleſiaſtico, ſupponi,literasq; noſtras deſuper, opportunas, in forma ſolita & conſueta decerni, & concedi,uel dicendnm cauſam ſi quam haberet rationabilem,cur id fieri non debeat allegandū ad certum peremptorium terminū uidelicet ad diem & horā infraſcriptas. Quibus occurrentibus, compareant iudicialiter coram nobis dictus egregius promotor, cum documentis & citati prædicti, in quadam ipſius curiæ,cedula citatoria, in eadem curia debite executa & coram nobis facta, realiter & in ſcriptis repreſentata. contenti non comparentis contumacia accuſauit, eumque contumacem reputari, & in eius contumaciam,ciuitates,terras,caſtra, uillas, oppida,ſuburbia collegia,parrochias,& alia loca prędicta, interdici, & eccleſiaſtico interdicto ſupponi,litterasq; deſuper opportunas in forma debita & conſueta decerni & concedi per nos inſtanter poſtulauit. Nos tunc, dictum citatum non comparen em,reputauimus,non immerito(prout erat iuſticia exigente)contumacem, & in eius contumaciam,omnes& ſingulas ciuitates terras, caſtra, uillas;oppida, ſuburbia, collegia, parrochias, & alia quæcunque loca ad quę dictum.N.excomunicatum denunciatum, aggrauatum, & reaggrauatum declinari. ſeu deuenire contigit interdiximus, ac eccleſiaſtico interdicto ſuppoſuimus prout interdicimus & ſupponimus per pręſentes has noſtras literas deſuper decernendo & concedendo opportunas quæ omnia& ſingula,præmiſſa,preſentes quoque literas interdictorias, & in eis contenta, uobis omnibus & ſingulis ſupradictis(quibus eadem noſtræ litteræ diriguntur)intimamus,inſi-

nuamus

nuamus,& notificamus, ac ad ueſtram & cuiuslibet ueſtrum notitiam, deducimus & deduci uolumus per præſentes. Vosque nihilominus, & ueſtrum quemlibet auctoritate qua fungimur, tenore præſentium requirimus & monemus, primo, ſecundo, tertio & peremptorie, ac uobis, & ueſtrum cuilibet inſolidum, in uirtute ſanctæ obedientiæ & ſub excommunicationis pœna, quam in uos, & ueſtrum quemlibet, ſi ſecus, feceritis ferimus in his ſcriptis diſtricte præcipiendo mandantes quatenus ſtatim, uiſis & receptis præſentibus, uos, uel quicumque ueſtrum, poſt quam deſuper, pro parte dicti egregii promotoris, uigore præſentium fueritis requiſiti ſeu fueritis requiſitus, in dictis locis (quamdiu dictus excommunicatus, denunciatus, aggrauatus & reaggrauatus ibidē fuerit.) ceſſeris, & ab aliis ceſſare faciatis, apertis ianuis a diuinis. Nec non ceſſationem eandem per tres dies continuos, poſt ipſius. N. ab inde receſſum continuetis, obſeruetis, & ab aliis obſeruari, & continuari faciatis, & permittatis, ita & taliter quod (ſtante huiuſmodi inter dicto) nulla eccleſiaſtica in & ſub eiſdem locis miniſtrentur ſacramenta niſi pœnitentia & baptiſmus omnibus indifferenter. Euchariſtia iſta uero infirmis tantum, & matrimonium ſine eccleſiaſtica ſolemnitate contra hatur, ubique & ſub eiſdem locis decedentibus eccleſiaſtica denegetur ſepultura, donec aliud a nobis, uel ſuperiori noſtro receperitis in mandatis. Abſolutionem uero omnium & ſingulorum, qui præfatas noſtras ſententias, aut earum aliquam incurrerint, ſiue incurrerit, nobis, vel ſuperiori noſtro, tantummodo reſeruamus. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum præſentes litteras, ſiue præſēns publicum inſtrumentum, huiuſmodi litteras interdictorias in ſe continentes, ſiue continens exinde fieri, & per notarium publicum ac huiuſmodi cauſæ actuarium, infraſcriptum, ſubſcribi, & publicari mandauimus ſigillique noſtri impreſſione, & dicti notarij manus appo ſitione, iuſſimus & fecimus communiri. Acta ſunt hæc ſalerni, in domo noſtræ ſolitæ reſidentiæ. ſub anno &c. præſentibus &c. ℭ Forma vero interdicti pro delicto mutatis mutandis, narrato delicto, & remotis remouendis, formate ex vobis. deinde dicat notarius. Et ego Proſper viualdus publicus notarius apoſtolica & regia poteſtate, Reuerendique patris domini vicarij ciuitatis ſalernitanenſis, & huiuſmodi cauſæ corā eo notarius, & ſcriba deputatus. Quia prædictarum litterarum interdictoriarum, petitioni, & decreto, omnibusque aliis & ſingulis, dum ſic (ut præmittitur) fierent, & agerentur una cum prænominatis teſtibus, præſens interfui, eaque ſic fieri uidi, & audiui, ac in notam ſumpſi, ex qua hoc præſens publicum inſtrumentum exinde in notam receptum, & huiuſmodi actum inſeri & regiſtrari feci in fidem & teſtimoniū omniū & ſingulorum præmiſſorum rogatus & requiſitus. ſubſcripſi, puplicaui & in hanc publicam formam redegi, ſignoque, nomine & cognomine meis, ſolitis & conſuetis ſignaui. ℭ Et quia (ut ſupra dixi) quando ec- 68
cleſia fecit quicquid potuit, ut reducere ad obedientiam illum quem reputauerat contumacem, poteſt implorare brachium ſeculare. Idcirco forma implorationis dicti brachii erit, ut præmiſſa forma ſalutationis iudici-

Brachii ſecularis implorationis forma.

iudicibus ſecularibus directa, uerbi gratia. Illuſtriſsimo domino pro regi regni huius excellentibu. regentibus regiam cancellariam, ſpectabili regenti magnæ curiæ uicariæ eiuſq; iudicibus & illuſtribus Principibus, Dominis Ducibus, Comitibus, Marchionibus Vicecomitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, Bailiuis, Poteſtatibus. Capitaneis, alijsque officialibus iudiciarijs, & iudicibus ſpiritualem, & temporalē iuriſdictionem exercentibus & habentibus per Regnum, omnibusque alijs et ſingulis, quorum intereſt, uel intererit, ac quem ſeu quos, infra ſcriptum tangit negotium, ſeu tangere poterit, quomodolibet in futurum, quibuſcunque nominibus cēſeantur & quacunque præfulgeant dignitate communiter, uel diuiſim, illique uel illis, ad quem ſeu quos præſentes noſtræ littere peruenerint, ac eorum cuilibet inſolidum. Antonius reſignus uicarius generalis ſalernita. diocæſ. & cęt. ſalutem in domino, & noſtris huiuſmodi. firmiter obedire mandatis, olim. narretur modus procedēdi cum contumacijs, excommunicatione, aggrauationibus, & reagrauationibus, & interdicto, & omnibus ſequutis. Deinde dicatur, quod dictus excōmunicatus, aggrauatus, & reagrauatus diu expectatus ut ad ſanctę Romane eccleſię redire grauium & animo indurato hucuſq; nō curauit, nec curat excommunicationes & alias ſententias, cenſuras et pœnas eccleſiaſticas propterea temere incurrere. Quæ omnia & ſingula præmiſſa, nec nō pręſentes noſtras litteras, uobis omnibus & ſingulis ſupradictis, quibus præſentes noſtrę littere, & in eis contenta diriguntur, cōmuniter & diuiſim intimamus inſinuamus, & notificamus, ac ad ueſtram & cuiuslibet ueſtrum notitiam deducimus & deduci uolumus per præſentes. Vosque pręditos iudices officiales & alios ſupradictos quibus præſentes noſtræ littere diriguntur, auctoritate qua fungimur, tenore pręſentium requirimus rogamus, & monemus, primo, ſecundo, tertio & peremptorie, uobisque & ueſtrum cuilibet in uirtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna, quam in uos & ueſtrum quemlibet, canonica monitione præmiſſa, ferimus in his ſcriptis, niſi feceritis quæ mandamus diſtricte præcipien. mandan. quatenus infra ſex dierum ſpacium, poſt pręſentationem, ſeu notificationem præſentium ac requiſitionem uobis ſeu alteri ueſtrum in ueſtris territorijs. iurisditionibus, diſtrictibus & quibuscunque aliis territoriis ubique locorum pro parte noſtræ curię promotoris deſuper fact. immediate ſequen. Quorum ſex dierum, duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies uobis uniuerſis & ſingulis ſupradictis pro tertio & peremptorio termino, ac monitione canonica aſsignamus. Vos omnes & ſinguli domini tēporales antedicti & ueſtrum quilibet (quorum omnium ſuper hoc auxilium brachii ſecularis inuocamus) quoties & quādo pro parte dicti promotoris ſuper hoc fuerit requiſiti, ſeu alter ueſtrum fueritis requiſitus, in iuris ſubſidium, contra præfatum. N. excommunicatum aggrauatum, & reaggrauatum & interdictum noſtra auctoritate, per captionem, inuaſionē & incarcerationem, & detemptionem perſonæ, corporis rerum & bonorū illius, quorumcunque, inſurgatis, & alios inſurgere faciatis, nec non perſonas res & bona ipſius capiatis, inuadatis, incarceratis, & in cuſto-

dia teneatis arreſtetis, & occupetis per uos, vel alium, & quilibet ueſtrũ qui ſuper hoc fuerit requiſitus, capiat ,inuadat,incarceret, detineat arre ſtet, occupet libere ,& licite,ipſumque excommunicatum, aggrauatum reaggrauatum & interdictum,ita & taliter compellatis,& aſtrigatis po tenter etiam manu forti abſque tamen graui læſione corporis eiuſdem, donec, & quoſque idem noſtræ curiæ obediuerit ,& cum effectu pa- ruerit .Deinde ſequatur, ut ſupra imponendo interdictum ſi noluerint ipſi officiales parere. ¶ Qualiter autem puniatur iudex requiſitus exe- 69 qui & exequi non uult? dicas quod requiſitus primo peccat reccuſando quia non implet legem Chriſti dicentis, alter alterius onera portate . ad Galat.vi.cap.& cap.ponderet quinquageſima di. Aegi. Bella.& alii in cap.Romana.§.contrahentes de for.compe.in vi. & Barba,in ca.iii.col. iii.de fide inſtrum.ſecundo non tenebitur requirens poſtea in ſimili caſu impartiri auxilium quia quod quiſque iuris in alium ſtatuit,eodem iure is uti debet rubrica.ff.quod quis iur.cap.cum omnes de conſt.Tertio re quiſitus non faciens,eſt periurius ab initio autẽ iurauit ſeruare iura,cõ ſuetudines,& conſtitutiones. in Authen.Ius iu.quod præ.colla.ſecunda, & iura ,& conſuetudines uolunt hanc requiſitionem debere perfici ,alio qui in uanum requiſitio fieret.Quarto , tenetur ad intereſſe parti.ſecun- dum Bar.in l.a diuo pio.§.primo.ff.de re.iu.per l.ſi iudex.ff.de uar.& ex trao.cogn.Aufre.in deciſio.Tholo.q.ccccxi.requiſitus.Quinto ſecundũ quoſdam iudex requirens compellet requiſitum quod quidem,non pla cuit Pet.a Rebuff.in conſti.in ſecundo tom.trac.de lite.requiſi.glo.ſecũ da num. 13.Sexto,faceret litem ſuam iudex,qui requiſitus negligit face re iuſtitiam.l.pe.C.de pact.l.ſi filiusfami.ff.de iudi.cap. 1.de re.iud.lib. vi.Et tanquam conſcius criminis debet puniri l.prima in fin.&.l.Chri- ſtianis.C.de paga.§.iudices de pact.tenen.interſub. & uoluit Pet.Reb. ubi ſupra. Septimo,pars habebitur pro citata,poſtquam impeditur, ne citetur.clem.cauſam,ibi uerum ſi propter appellati de electio.facit l.fin. C.de nauicula.lib.xi.ubi Bar.not.quod ob negligentiam , uel delictũ ſu perioris puniuntur ciues Io.An.in regula non debet de reg.iur.in ſexto in nouella & uoluit Pet.a rebuff.ubi ſupra nume.xviii. ubi infert, quod tempore ſuo fuit alias Tholoſæ poſitum interdictum propter hoc quæ notabis.

Brachium nolens impartire quõ puniatur.

Quod ſi comparuerint examinentur audianturve. Cap. 11.

SVMMARIVM.

1 Examinari debent cõparentes.
2 Examinati Clerici,& nolentes reſpõdere,an cogantur.
3 Litis conteſtatio qualiter fiat.
4 Reus iudicij pars eſt.
5 Examinandus reus an poſsit reſpõdere per uerbum credo?
6 Examinari an debeat de occultis?
7 Principalis an citra pœnam Varietatis,& periurij poſsit Variare?
8 Peccatum mortale quid ſit.
9 Principalis poteſt interroga-

ri ante datam copiam cōtra Ioan.Bern.Diaz.
10 Abſolui an debeat ab excommunicatione comparens?
11 Termini qui ſint dādi accuſato.
12 Ordo iuris ſeruandus eſt in criminalibus.
13 Copia querelę dabitur.
14 Citatur reus ad cōteſtandum litem.
15 Ordo procedendi in inquiſitione ſecundum Ro. curiam.
16 Ordo ſecundum alias curias regni.
17 Iuramentum de calumnia præſtatur.
18 Excommunicatus appellans an abſolui poterit a iudice ad quē.

1 SIn autem mandatis eccleſiæ, obedientes citari comparuerint. ℭ Debent citati ipſi examinari de omnibus cōtentis in inquiſitione. ℭ Verum ante omnia inueſtigādū eſt; an clerici accuſati aut inquiſiti cogantur reſpōdere in examine? Petr. de Anc. in c. 1. de confe. in 6. poſt multa refert Bald. diſtinguentem quòd aut quis interrogatur ſuper crimine, delato ſibi iuramento litis deciſiuo (quod non eſt in criminalibus, niſi in iuramento purgationis) & tunc cogitur reſpōdere. Aut interogatur ſuper crimine, ad aliū effectum, & tunc refert aut ad præparationem iudicij, & talis interrogatio eſt de natura cauſæ. Et ideo cogitur interrogatus reſpondere, aut fit ad inchoationē iudicij (ſicut eſt hic) & ſimiliter debet & cogitur quis reſpondere. ꝓpter neceſsitatē ordinis iudiciarij, et cū hac diſtinctione trāſit ipſe. Nō obſtat tex. in ca. his auctoritatibus uerſi. nō tibi dico diſtin. 1. in quātū dicit, ꝙ peccator nō tenetur ſe prodere in publicū, quia in iudicio accuſationis aut inquiſitionis non prodit ſe ſed proditur ab accuſatore aut fama. Item ille tex. loquitur in foro pœnitentiæ. In quo licet peccator teneatur confiteri peccata ſua ſacerdoti, non tamen tenetur ita confiteri ut alij publice audiant, vt dicitur in c. omnis, & in c. officij de pœni. & remiſsio. In foro autem contentioſo non procedit ille tex. quia confeſsio debet fieri apud acta & in iudicio neceſſario. ergo publice fieri debēt. l. 2. C. de cuſt. reo. quoniam in iudicis, ſemper præſumitur eſſe multitudo hominum. l. in donationibus. C. de dona. ℭ Sed quando de crimine nulla præcedit infamia, aut indicia, tunc bene uerum eſt quod non tenetur nec cogitur qs reſpondere. per dictum tex. non tibi dico. Niſi accuſetur quis de crimine quod impedit exequutionem officij peracta pœnitentia, quia tūc quod reus cogatur reſpondere fit in fauorem rei. vt. 23. q. 4. c. prodeſt. & 45. diſt in ſt. c. qui emendat. ne. ſ. miniſtrādo in ordine aggrauet peccatum. Et ita & iam tenet Pan. in ca. 2. de confe. Et ſi teneremus contrariā opinionem', quod reus non cogeretur reſpondere, ſequeretur quod litis conte-
3 ſtatio non eſſet facienda in criminalibus, in iudicio accuſationis. ℭ Cū litis conteſtatio fiat per reſponſionem ad libellum negando, uel confitendo narrata. quod eſt falſiſsimum vt l. abſentem. ff. de pæn. & ibi gl. et ita per multa tenet Præpoſi. in ca. de accuſatione 2. q. 8. col. 37. Ioan. Berna. Diaz in ſua practica, in uerbo iuramento præmiſſo interrogari dicit, nō poſſe iudicem interrogare accuſatum ſeu inquiſitum, ante datam copiā

Examinari debent comparentes.

Examinati clerici, & nolentes reſpōdere an cogantur.

De eodem.

Litis conteſtatio qualiter fiat.

Do. Auctor contra Ioā. Bern. Diaz.

inquiſitionis ipſi inquiſito. Tu autem aduerte quod Panorm.in c.cum ſuper de confe.circa finem, in principali dubio facit duas notabiles concluſiones, prima eſt; quod quando ex officio proceditur per inquiſitionem, tenetur inquiſitus reſpondere inquiſitioni, & poſitioni criminoſæ ſi tamē id de quo quæritur eſt notorium ſeu famoſum; alias ſecus; ſecunda concluſio ad inſtātiam partis, neceſſario eſt reſpondendum poſitioni criminoſæ, ſi id de quo quæritur ſit famosū, & impediat ordinis exequutionē, ſeu beneficij retentionem. Bar.in l.fi.ff.de hiis qui.vt indi.ſimiliter concludit quod cogitur quis reſpondere poſitioni criminoſę, & inquiſitioni in criminibus impedientibus beneficij retentionem. Sanct.Thom.in ſecunda ſecundæ, q.79.art.primo dicit, quod reus qui nō reſpondet in iudicio utrum commiſerit crimen de quo accuſatur. peccat mortaliter. quia ſubtrahit debitum iuſtitiæ, ipſi iudici cui tenetur parere tāquam ſuperiori; & hec ratio concludit tam in iuditio accuſationis, quam inquiſitionis. Item peccat in proximum, & in detrimentum eius quia ſi accuſator non poſſet probare crimen punietur pœna talionis, vnde cum dupliciter ſit iniuſtus non reſpondendo, ſequitur quod teneatur reſpondere. Et hanc ſententiam ſequitur Io. And.in addi.Spe.in tit.de poſitionib.§.ſeptimo verſi. 19. allegans ſanct.Thomā. & Goffred.in ſumma in.§.7.uerſi. 19. ſupra alle. Et hanc opinionem ſequutus eſt Bar. in l.2.§.quod obſeruari C.de iura.calu.uerſi.quæro utrum in criminalibus. De his enim alias dixi ad ſaturitatem in practica mea cauſa.cri.in uerbo, & ſi confitebuntur in tertia parte tertiæ partis, vbi concludebam quod tenetur reus reſpondere etiam ſi tractaretur de iudicio mortis; verum non teneretur reſpondere poſitionibus productis a parte parti, ad reuelamen ab onere probādi. Sed præpoſit.in allegato c.de accuſatione tenet quod etiam teneatur reſpondere poſitionibus a parte parti productis. Nec dicit obſtare. quod producantur ad reuelandū ab onere probādi, quia dicit ipſe, quod etiam iuramentū quod præſtetur à parte parti, eſt inductum ut releuet ab onere probandi, vt l.eum qui.ff.de iur.iuran.in prin. & tamen hoc pōt præſtari ſuper crimine cum agitur ad penā ipſius criminis l. lex. cornelia.§. hac lege.ff.de iniur.

Reus iudicii pars dicitur.

¶ Vlterius dicit quod cum reus eſt pars iudicij, maior ratio eſt, quod poſsit interrogari a iudice uel a parte, quam quod aliqui de domo ſua debeant producere aliquid contra reum. Sicut uidimus quod quamuis in ciuilibus teneatur reſpondere poſitionibus actoris, nō tamen tenetur ædere ſibi inſtrumentum ſuum cōtra ſe. vt in c.1.de prob. Sicque concludit, ueram eſſe opinionem ſancti Tho. & ſequacium, ꝙ tā accuſationi quam poſitionibus teneatur reus reſpondere. Et quia regulariter hodie proceditur in urbe & curiis regni ad inſtar cauſarum prophanarum in criminalibus, ſemper ſunt interrogationes a iudice, tam ex officio, quam ad inſtantiā partis. & ita practicari uidi, maxime quia non fiunt poſitiones. 4

Examinandus reus an poſsit repōdere per verbum credit.

¶ Nec ſufficit reſpondere per uerbum credit, ſed debet reſpondere per verbum ueritatis. ut no.Bart.in.l.marcellus.ff.re.amota. & uoluit Angel.de Are.in lib.maleſi.in uerbo comparent dicti inquiſiti & negant totum in prin. 5
¶ Sed vtrum debeat interrogari de occultis? habetur per ſupradictos doctores. 6
¶ Sed quare in regno Neapolitano 7
in

in foro laicorum eſt ritus, quod principalis poteſt licite negare, & uariare citra pœnam varietatis & periurii. Vtrum idem ſit in foro eccleſiæ? & uidebatur dicendum, quod ſic. primo per tex. in allegato c. non tibi dico ſumptum ex verbis Chriſti. Præterea ſicut mendacium officioſum ē, quando aliquis mentitur ut alium a morte liberet, ita mendaciū officioſum eſt quando aliquis mentitur, vt ſe a morte liberet. Quia plus ſibi tenetur quam alteri. Mendacium autem officioſum non ponitur ut ſit peccatum mortale, ſed veniale. Ergo ſi accuſatus in iudicio veritatem negauerit, vt ſe a morte liberet nō peccat mortaliter. Præterea omne peccatum mortale eſt contra charitatem: Sed quod accuſatus mentiatur, excuſando ſe a peccato ſibi impoſito non contrariatur charitati; non quātū ad dilectionem Dei, neque quātum ad dilectionem proximi. Ergo huiuſmodi pecatum non eſt, ſi dicatur mendacium. Sed in contrarium argui-

8 tur. ℭ Nam omne quod eſt cōtrarium diuinæ gloriæ eſt peccatum mortale; quia ex præcepto tenemur omnia in gloriam Dei facere. Vt patet 1. ad Cor. 10. Sed quod reus contra ſe ſic confiteatur, pertinet ad gloriam Dei. Vt patet per illud Ioſuæ. qui dixit ad Acam (fili mi da gloriam Domino Deo Iſrael & confitere, atque indicia mihi quod feceris ne aſcondas) vt habetur Ioſuæ 7. ergo mentiri ad excuſandum eſt peccatum mortale. Beat. Thom. ſecunda ſecundæ q. 69. art. primo dicit quod quicūq; facit contra debitum iuſtitiæ mortaliter peccat, pertinet autem ad debitum iuſtitiæ quod aliquis obediat ſuo ſuperiori, in his ad quæ ius prælationi ſe extendit. Iudex autem eſt ſuperior reſpectu eius qui iudicatur; Et ideo ex debito iuſtitiæ tenetur accuſatus iudici veritatem exponere; quam ab eo, ſecundum formam iuris exigit. Et ideo ſi confiteri noluerit veritatem, quam dicere tenetur. vel ſi eam mendaciter negauerit, mortaliter peccat. Et ibi reſpondet ad omnia contraria. Et hanc opinionem Beati Thomæ ſequitur Præpoſi. in d. c. de accuſatione. 2. q. 8. col. 37. & in c. quod vero 2. q. 4. Et hanc eādem opinionem firmat Luc. de Pen. in l. nec ipſius. C. de incol. int elligēdo, quādo interrogatio eſſet iuſta, at ſecus ſi eſſet iniuſta. Et de hoc credo alias dixiſſe in mea practica cenſuali.

9 ℭ Quo vero ad ea quæ dicit Io. Bernar. Diaz. non poſſe iudicem interrogare inquiſitum ante datam copiam inquiſitiōis ſalua pace. Nā expreſſe contrarium tenuit Præpoſi. in loco allegato. volens reum debere interrogari & examinari ante datas defenſiones & copiam inquiſitionis. Et

10 ita quotidie practicatur. ℭ Si vero quis reputatus contumax comparuerit & voluerit purgare contumaciam, & petierit abſolui ab excommunicatione debet abſolui, recepta cautione quod iuri pareat ac refectis expenſis. iuxta terminos in c. qua fronte extra de appella. ſed ubicunque ſumus in criminibus in quibus ad carcerationem ueniri poterit: carcerabi-

11 tur, & audietur in his quę opponere uoluerit. ℭ Dabiturq; in primis terminus ad dicendum contra accuſationem propoſitum ad primam; deſtilo Romanæ curiæ, & etiam noſtræ Salernitanæ. ut in ritibus eiuſdem curię in fine huius praxis impreſsis. In quo quidem termino poterit opponere omnes exceptiones, quæ opponi ſolent tum contra quærelam, tum etiam contra quærulantem. Item ſimiliter poterit opponere exceptio-

Examinari an debeat de occultis Principalis an citra pœnam varietatis & periurii poſſit variare.

Peccatum mortale qd ſit.

Principalis pōt interrogari antedatā copiā cōtra Io. Ber. Diaz.

Abſolui an dēat ab excōicatione comparens.

Termini q ſint dandi accuſato.

nes cõtra perſonam iudicis procedentis. Videbitq; ſi accuſator ſe obligauit de probando uel proſequendo, aut alias ſecundum morem curiæ in qua recepta eſt accuſatio.

Ordo iuris ſeruandus in criminibus.

12 ¶ In criminibus ſeruari debet ordo iuris. vt habet extra de ſimo.c.dilectus videlicet. ut accuſator ſit legitimus.c.1.extra.de accu. 2.q.7.c.clericos. & quod iudex ſit idoneus 11.q.1.& c.experientiæ extra de for.compet.& accuſatio ſit legitima 2.q.7.c. ſiquis Epiſcopus & ut fiat in ſcriptis ea.cau.q.1.in primis & ſic de ſingulis.

Copia quærelæ dabitur.

13 ¶ Et ſi petita fuerit copia quærelæ, danda ſimiliter erit, interimq; non currit terminus ad dicendum contra accuſationem.

Citatur reus ad conteſtandam litem.

14 ¶ His enim ſequutis, citabitur iterum reus, ad conteſtandum litem ſuper accuſatione; qui ſi fuerit in fortijs curiæ, de plano procedetur ad dictam litis conteſtationem. Sin autem non fuerit in fortijs curiæ citabitur primo ſimpliciter ad conteſtandum litem, ſecundo, eo non comparente ad conteſtandum litem, citabitur iterum ad conteſtandum litem ad primam diem, abſq; pœna; tertio, iterũ citabitur ſimiliter ad primã diem, addita pęna.ſ. excõicationis quarto, ſi non comparuerit ad conteſtandum litem, citabitur iterũ ad primam addita clauſula, alias ad uidẽdũ ſe declarari excõmunicatũ, Et ſic eo non comparente, obtinebit accuſator declarationem excommunicationis. Et ita ſeruatur de ſtilo in Romana curia. Vt refert Veſtrius in ſua practica lib.5.titu.de termino obſerua.in ca.pro ſinautem cõparuerit, interrogabitur ſuper tenore accuſationis & fiet litis conteſtatio. & hæc de plano procedunt in iudicio accuſationis, at ſecus in iudicio inquiſitionis, in quo non datur dictus terminus ad conteſtandum litem, cum in eo non eſt cum quo fieri poſsit litis conteſtatio. licet fiat quidam actus ſimilis conteſtationi litis, ut dixi ſupra in uerbo aut inquiſitione formata.

Ordo procedendi in inquiſitione ſecũdũ Ro. Cur.

15 ¶ In iudicio autem inquiſitionis proceditur ſummarie, & quatuor termini tantum ſeruantur in eo, ſecundum ſtilum Romanæ curiæ, & etiam noſtræ ſalernitanæ ualet ad articulandum. 1.cõparente reo, & eo examinato dabitur terminus promotori curiæ ad articulandum, in quo termino ipſe promotor formabit ſuos articulos (quos nos capitula uocamus) et illos præſẽtabit, illiſq; ſic preſentatis datur alter terminus ipſi reo, ad dicendum contra articulos, qui ſi petierit copiam, danda erit poteritq; opponere in eo termino, omnes exceptiones, quas uoluerit, & uiderit ſibi expedire. Poteritq; demum promotor curiæ petere quod ſuper illis examinetur ipſe reus, et tunc poterit fieri quidam actus ſimilis conteſtationi litis. Admittetur q; promotor ad probandum illos articulos, & ſimiliter admittetur reus ad dandum ſuas defenſiones, & in illo termino poterit promotor, citato reo repetere teſtes examinatos ad informationem curiæ, & ſi uoluerit poterit, alios examinare. demum fiet publicatio. Dabiturq; alter terminus, tã reo, quã promotorij uidelicet ad producendum omnia, & poſtea productis iuribus ab utraq; parte, uel altera, dabitur alter terminus videlicet ad dicendũ contra producta & iſti termini sũt ſubſtantiales in urbe, & in curia noſtra ſalernitana.

Ordo ſcdm alias curias regni.

16 ¶ In alijs uero curijs regni, in iudicio inquiſitionis examinato, reo formantur capitula, & ſuper illis interrogato reo, fit actus litis conteſtationis, & dabitur terminus ad probandum & defendendũ & ita & paucis mutatis, uel additis obſerua-

tur

tur etiam in iudicio accuſationis,prout ſeruatur in foro laicorum(vt di-
xi in altera praxi mea.)In iudicio uero accuſationis alia tela terminorum
ſeruabitur de ſtilo Romanæ curiæ,& noſtræ ſalernitanæ. vt ex proceſſu
17 praxis uidebis. ¶ Poteritque reus petere,quod accuſator præſtet iuramẽ Iuramentũ
tum de calumnia:& nũc citabitur accuſator quod ad primam cõpareat de calũnia
dictum iuramentum præſtaturus. & ſi accuſator petierit ſimiliter a reo præſtatur,
18 ipſe pariter præſtare debet.c.i.§.i.de iur.cal.lib.6. ¶ Quid enim ſi contu- Excommunicatus
max & excommunicatus appellauerit a contumacia,& ab excommu- appellans an
nicatione & petierit a iudice ad quem, ſibi impartiri abſolutionem ab abſolui poterit
excommunicatione,an poſſit & teneatur ſibi concedere? Do. Abb.tãgit a iudice ad qui,
quæſtionem in c.qua fronte de appel.verſi.venio ad tertiam lecturam
nu.5.uerſus finem,tandem poſt multa,tenet quod poteſt abſoluere rece
pta cautione,etiam non diſcuſſa cauſa,& non auditis partibus, ſed de-
cernere excommunicationem nullam,non poteſt facere,non auditis par
tibus & cauſa cognita. Et ita reſoluit nonnullas difficultates.

Et in carceribus mancipatis. Cap. 12.

SVMMARIVM.

1 Carcerare an ſit contra legem diuinam?
2 Clericus pro crimine, ſi agatur ciuiliter,carceratur.
3 Tortura habet locum etiam ſi de crimine agatur ciuiliter.
4 Clericus an poſſit carcerari, ſi agatur de crimine ciuiliter.
5 Carceratio clericorum debet eſſe leuis.
6 Clerici an carcerentur, ſi offerãt fideiuſſores.
7 Carcerari quilibet poteſt ne offendatur.
8 Carcerum effractores qualiter puniantur.
9 Fideiuſſor an teneatur ad debitum,ſi carceratus pro quo fideiuſſit,aufugit, & demum recaptus eſt?
10 Carcer qualis debeat eſſe in magnis criminibus.
11 Carceres tres a Platone ſtatuti qui.
12 Carcer factus per do. Auctorem Vaſti.
13 Carceratus iuſte,ſi aufugit, peccat.
14 Conſcientia non ligat quos natura non obligat.
15 Monachus non eſt in fideiuſſorem recipiendus.
16 Vſurarius non eſt in fideiuſſorem recipiendus.
17 Aduocatus & procurator an ſint idonei fideiuſſores?
18 Clericus non habens immobilia fideiubere non poteſt.
19 Nobilis potens non debet recipi in fideiuſſorem.
20 Prodigus,& ſimiles non fideiubere debent.

1 CARCERIBVS.n.tradendi ſunt inquiſiti aut accuſati, ¶ Sed ope- Carcerare
repretium eſt uidere prius, nunquid carcerare ſit contra legem an ſit con-
diuinam? Et uidetur quod ſic. Nam eſt actus malus ex genere, qui tra legem
cadit ſupra indebitam materiam, Nam homo habens libertatem diuinam.

arbitrii, cum incarcerare,eſt indebita materia quæ libertati repugnat,ergo illicitum eſt,aliquem incarcerare. Præterea humana iuſtitia, regulari debet,ex diuina.ſed ſicut dicitur Eccle. 15.(Deus reliquit hominem in manu conſilii ſui) ergo videtur quod non eſt aliquis carcerandus. Præterea nullus eſt coercendus,niſi ab opere malo,a quo quilibet pōt aliū licite impedire.Si ergo incarcerare aliquem,eſſet licitum ad hoc, ut cohiberetur a malo,cuilibet eſſe licitum aliquem incarcerare, quod quidē eſt falſiſſimum,ergo non licet incarcerare. Sed quod carceratio ſit licita,facit quod legitur Leuit. 24. ubi habetur quendam miſſum fuiſſe in carcerem propter peccatum blaſphemiæ.Beat.Thom.ſecunda ſecundæ q.lxv.art.3.dicit quod in bonis corporis tria per ordinem conſiderantur primo quidem integritas corporalis ſubſtantiæ, cui detrimētum affertur per occiſionem,uel mutilationem, ſecundo delectatio, uel quies ſenſus,cui opponitur uerberatio,uel quodlibet ſenſum dolore afficiens, tertio motus & uſus membrorum qui impeditur per ligationem, uel incarcerationem,ſeu quamcunque detemptionem.Et ideo incarcerare aliquem uel qualitercunque detinere,eſt illicitum:niſi fiat ſecundum ordinem iuſtitiæ,aut in pœnam,aut ad cautelam alicuius mali vitandi. Et ſic habes,quod carcerare inquiſitos per uiam iuſtitiæ,eſt licitum,& ſecundū legem diuinam,& omne ius.Inquit enim Plato dialo. ix.de legi. in hæc verba(quod ſiquis maiore dignus damno uideatur,nec fideiuſſione liberalitateque amicorum liberetur,manifeſtis diuturnisque uinculis, & cæteris opprobriis puniatur.Peccatum nullum impunitū ſit, neque profugus ullus,& impunis habeat,ſed aut morte plectatur,aut uinculis,aut uerberibus,aut ignobiliter ſedendo,ſtandoque in ſacris, ad extremites regionis productus aut pecuniis ea ratione quam diximus, mulctatus, pœnas luat.)Et ideo Ioan.Berna. Diaz.in ſua praxi in uerbo eos citari perſonaliter non bene ſentit, fieri debere citationem contra clericos, ut perſonaliter compareant, quaſi quod in eis non ſit permiſſa ſic carceratio,ſicut in laicis.Imo &ipſemet in uerbo capi,dat conſilium,& cautelam,ut iudices eccleſiaſtici ſint promptiores ad capturam, & fidam cuſtodiam clericorum,quam iudices laici,eo quia clerici de facili confugiunt ad ſedem Romanam.

Ioan.Bern. Diaz.reprehenditur.

¶Vlterius firmauit ibidem,ipſe Ioan. Bernar.quod ſi de crimine agitur ciuiliter, debet in uinculis detineri clericus,& dicit id probari aperte in cap.dilectis de appella.& ibi not.Abb. Philipp.Fran.& Dec.in i.not. 2

Clericus ꝓ crimine ſi agitur ciuiliter, carceratur.

¶Imo fortius dicit ibi Abb. quod etiam poteſt procedi ad torturam in cauſa criminali ciuiliter intentata, & utrūque.ſ.quod habeat locum in eum caſum carceratio,& tortura, dicit probari,in cap.primo,extra de pœn.& in cap.ſi clericos extra de ſenten.ex communi.lib.vi.& ſequitur ibidem Do.Felyn.i.nota.ſed ad id quod de tortura dicitur,ipſemet Do.Abba.in c.olim de reſcrip.nu.9.in fine, uidetur tenere contrarium,ſed ipſe idem Do.Abb.in d.cap.i.extra depoſ. firmiter tenet, quod quando cauſa ciuilis haberet crimen annexum, poteſt clericus carcerari,& etiam torqueri.Sed de hoc dicemus in uerbo tormētis mox ſubiiciantur. 3

Tortura habet locum ēt ſi de crimine agatur ciuiliter

¶Redeundo igitur ad quæſtionē propoſitā, ſi pōt clericus carcerari,& in uinculis detineri,ſi agitur de crimine ciuiliter ipſe do- 4

Clericus an poſſit carce

ſe do.Abb.in d.c.1.depoſ.dicit quod ibidem Hoſtien.dicebat quod ipſe
non auderet carcerare abſque mandato Papæ.Sed hoc dictum reprobat
ipſe Do.Abb.& dicit poſſe procedi ad carceratione͂, ſi timetur de fuga
& ſic intelligẽda ſunt quæ dicta ſunt.Verum poteſt dici quod dicta Do.
Abb.in d.c.1.depoſ.procedunt in quæſtione propoſita ibi per eum, uide
licet quando petitur redditio rationis adminiſtrationis tutelæ, a clerico
recuſante reddere.Ibi enim Ideo non proceditur ad carcerationem eo
quia nullum eſt,crimen,ſed ubi eſt crimen, licet agatur ciuiliter,nihilo-
minus debet procedi ad carcerationem utcunque tamen ſit illud proce
deret,ubi eſt timor fugæ, & non præſtatur fideiuſsio de ſtando iuri,quia
ſi præſtaretur, puto quod deberet procedi ad liberationem.Et ſic ut ui-
des,clerici nullum habent priuilegium in delictis, reſpectu capturæ, &
5 carcerationis ſentiebat Ioan.Bernar.Diaz. ¶ Eſt tamen bene uerum
quod magis temperate, & cum maiori deliberatione debet procedi ad
carcerationem clericorum,quam laicorum, prout etiam ipſe conſiderat,
6 in uerbo in carcerari. ¶ Sin autem clerici offerant fideiuſſores de ſtan-
do iuri, & ſe præſentando, & ueniret imponenda pœna.pecuniaria,uel
alia corporis non afflictiua debent relaxari.ſecundum Fely.in.c.legeba
tur extra de maio.& obedien.in princ.nu.1.& ibi habetur per do.Abb.
& per Archi.in.19.diſt.c.in memoriam.2.col.quod non potui in Archi.
reperire. ¶ Sed ſi ueniret imponenda pœna corporalis, ſeu ſimilis pœ-
næ corporali de iure ciuili, non haberet locum liberatio ſub fideiuſſore.
ſecundum tex.in c.cũ homo.23.q.5.& gloſſ.in.c.arguta.2.q.6.et Felyn.
in.d.c.legebatur in princ.& ita etiam,uidetur tenere idem Felyn.in c.ex
7 parte num.13.de reſcrip. ¶ Vnum tamen ſcias benigne lector,quod de-
linquens in quouis delicto,poteſt capi,& ligari,ne interim offendatur a
quocunque ſecundum Innoc.in c.ſi uero extra de ſenten.excom.et Bal.
8 in margarita in uerbo captus. ¶ Quid enim ſi clerici carcerati effrege-
rint carceres, & aufugerunt, qua pena puniri debeant? Do.Abb.in c.
a nobis de apoſta.in fine,dicit quod poteſt procedi ad depoſitionem, &
9 data in corrigibilitate,ad traditionem curiæ ſeculari. ¶ Aduerte ad unũ
ſatis notabile dictum, pone enim quod clericus eſt carceratus pro debi-
to cum cautione de non diſcendendo,alias fideiuſſor aufugiendo tenere-
tur ad debitum aufugit & demum captus & carceratus eſt,an fideiuſſor
teneatur nihilominus ad debitum? dicas quod ſic.ita notabiliter Saly.in
10 l.in bonæfidei.C.de reb.credi.quod nota. ¶ Cum autem tractatur de de
licto pro quo uel pæna mortis,aut ſimilis imponi deberet, carcer debet
eſſe acerrimus, inquit enim Plato in dialogo.10.de legib.Verſus finem,
(eorum qui damnatus fuerit,in mediterraneis carceribus uinciatur;nec
ullus liber unquam ad eum accedat.ſed ſtatim ipſe a legũ cuſtodibus ci-
bum ſerui afferant)quod quidem ſeruatum fuit in perſonã Lentuli,Ro-
manorum tempore, qui dum de coniuratione.cũ Catilina inquireretur
ad furcarum,ſuſpẽdium una cum Cethego Statilio,Gabinio,et Cepario
condendatus exiſtit.& ſtatim antequã moreretur ad carcerem qui Tul-
lianus appellabatur.circiter 12.pedes humi depreſſum) ut refert Salu.ꝗ
11 con.Catelinæ)poſitus,fuit.& ita ſentit Felyn.in.d.c.ex parte. ¶ Tres.n.
car-

tari ſi agatur de crimine ciuiliter.

Carceratio clericorum debet eſſe leuis.

Clerici an carcerentur ſi offerant fideiuſſores

De eodem.

Carcerari quilibet poteſt, ne offẽdatur.

Carcerum effractores qualiter puniantur.

Fideiuſſor an teneatur ad debitum ſi carceratus pro quo fideiuſſit aufugit, & demum recaptus eſt.

Carcer qualis debeat eſſe in magnis criminibus.

Carceres

tres a Platone ſtatuti qui.
Carcer factus per d. Auctorem Vaſti.
Carceratus iuſte ſi aufugit peccat

carceres ſtatuit Plato ordinari debere, vnum plurimis communem, in fo
ro rerum uenalium, ubi multi ne fugiant, cuſtodiantur: alterũ, ubi cætus
eorum fit, qui nocte congregantur, correctionis nomine appellatum; ter
tium in media regione vbi quam maxime deſertus ſilueſtriſq; locus eſt, 12
ſupplicij nomine notatum. vt in dialo. 10. ſcribit. ¶Ego autem dum eſ
ſem Vicemarchio terræ Vaſti Aymonis, conſtruxi foueam quadam hu
mi depreſſam per duodecim pedes: reclamantibus omnibus ciuibus di-
ctæ terræ, tanquam ſolitis libere uiuere & non ſubiugo iuſtitiæ. ¶Illud 13
tamen nõ omitto, quod iuſte captus ſi aufugit, peccat. vt not. per gloſſ. 1.
diſtin. in c. ius gentium, in uerſi. ſeruitutes, & in cle. paſtoralis in uerſic.
per violentiam de re. iud. Nam obligatio ad pœnam delicti, eſt de iure
naturali vt not. Bar. in. l. ex hoc iure col. fi. ff. de iuſt. & iu. glo. in. l. ſeruus
ff. de his qui not. infa. facit tex. in. l. fi. vbi. Angelus. C. de colla. fũdi patri
mo. lib. 11. l. eius qui delatorem. ff. de iur. fiſ. Ergo pariter in foro conſciẽ
tiæ videtur obligari: quia conſcientia ſecundum ius naturale iudicatur.
¶Nam conſcientia non ligat, quos natura non obligat. vt dicit Bal. in. l. 14
1. in fi. C. de uecti. & commo. not. Abb. in c. 1. in fi. de reſtitu. in integ. glo.
in cap. fraternitatis 12. q. 2. poteſt ſaluari quando pœna eſſet exceſsiua.
¶Vtrum in caſu in quo clericus eſſet ſub fideiuſſoribus liberãdus, dan 15
do religoſum bonum uirum in cautionem, recipi debeat? dicas quod nõ
quia non eſt ſufficiens ad ſoluendum, cum nihil habeat, nec debeat habę
re. Auth. ingreſsi. C. de ſac. ſan. eccle. c. cum ad monaſterium de ſta. mon.
¶Sed pone quod quis vult dare diuitem uſurarium an ſit recipiendus di 16
cas quod non quia non eſt bona cautio. l. improbũ. C. de his qui not. in
fa. c. quanquam de uſur. in 6. & voluit Pet. de Rebuff. in conſti. in tra. de
ſenten. excomm. art. 1. gloſ. 16. tom. 1. num. 20. ¶Sed an poſsint dari in 17
fideiuſſorem aduocatus, procurator & notarius cauilloſus? dic quod nõ
ſecundum Bart. in. l. fideiuſſor. ff. qui ſatiſd. cog. & uoluit Pet. Rebuff.
vbi ſupra. ¶Item non debet recipi in fideiuſſorem clericus ſolutus, non 18
habens niſi mobilia, in quibus non poſſet fieri exequutio. ſecundum eun
dem Pet. de Rebuff. vbi ſupra num. 23. ¶Item nobilis potens & glorio 19
ſus, qui virtutem in ſuo enſe ferret, non eſt in fideiuſſorem recipiendus.
ſecundum Barb. in cle. 1. col. 2. de re. iudi. & Bar. in. l. fideiuſſor. ff. qui ſa-
tiſd. Cog. ¶Item minime ſunt recipiendi minor, furioſus, uel prodigus, 20
& iſtis ſimiles. quia iſti obligari non poſſunt l. 1. ff. de uerbo. obliga. §. fu
rioſus. ff. de inuti. ſtipul. l. in negocijs. ff. de regul. iur. & voluit Pet. Re
buff. vbi ſupra.

Conſcietia non ligat quos natura non obligat
Monachus non eſt in fideiuſſorẽ recipiẽdus.
Vſurarius non eſt in fideiuſſorẽ recipiẽdus.
Aduocatus & procurator an ſint idonei fideiuſſores.
Clericus nõ habens immobilia fideiubere nõ poteſt.
Nobilis potens non debet accipi in fideiuſ.
Prodigus & ſimiles non fideiubere debent.

Dato termino ad articulandum, & receptis accuſatorem probationibus. Cap. 13.

SVMMARIVM.

1 Terminus ad articulandum datur ſecundum ſtilum urbis, lite conteſtata.

2 Articuli debẽt in termino preſentari.

3 Articuli debent bene formari.

Se-

4 Solemnitas legis libellorum non requiritur in actione iniuriarum.
5 Articuli uocantur in Vrbe, apud nos capitula.
6 Articuli impertinentes non admittendi.
7 Articuli admittuntur petente accuſatore.
8 Citatur pars ad uidendum articulos admitti.
9 Excipi quid poſsit contra articulos.
10 Termini non ſunt communes inter accuſatũ & accuſatorem.
11 Articulis admiſsis, examinantur teſtes.
12 Articuli utriuſque partis ſimul produci debent.
13 Ordo ꝓcedẽdi in curijs regni.
14 Ordo procedendi in notarijs.
15 Citatio ad dicendum contra articulos, & contra producta, ſuſtinet proceſſum. licet termini non ſint ſeruati.
16 Tertius non poteſt dare obiectum poſt terminum ad articulandum.

1 CONTESTATA lite, ſuper accuſatione, ſecũdũ ſtilum, & ritum Romanæ curiæ. ¶ Vbi per accuſationem procederetur, datur terminus accuſatori ad articulandum, ad duodecimam diem, plus uel minus ſecundum cauſæ qualitatem, & loci abſentiam infra quem terminum, & proprie ultima die, ipſius termini, accuſator ipſe producit, & præſentat ſuos articulos, in quibus *[Terminus ad articulãdum datur ſecũdũ ſtilũ Vrbis lite conteſtata.]*
continetur tota intentio ſua, cõtinenturque omnia inditia, & probationes
8 quas habet aduerſus accuſatũ. Illiſq; ꝑſẽtatis dat᷑ alter terminus reo accuſato, ad dicendũ cõtra articulos. & reo petenti dabitur copia articulorũ,
9 ad hoc ut poſsit opponere cõtra illos. ſecũdũ Veſt. in ſua pra. Formular.
2 Ver. cõmiſſ. ¶ Debent articuli pñtari in termino, alias non ſunt admittendi, etiam in cauſa criminali ciuiliter intentata ſecundum Io. Mo. in c. ſæpe de uerbo. ſignifi. & Compo. in c. quod ſicut de electio. ſed Rota pronunciauit contrarium. ut in deciſio. 484. nota quod in cauſa. ſed eadẽ Rota in nouis in deciſio 3c. fuit dubitatum, ꝑ multa firmat articulos accuſatoris poſt terminum, non eſſe admittendos in criminalibus, etiã ciuiliter intentatis, ſed articulos rei, ad defenſionem ſuam, eſſe admittendos etiam poſt terminum. uide Oldra. conſi. 167. incip. ante omnia, conſiderandum eſt, & uide in aditio. Specu. in titu. de teſt. §. de articula. in uer
3 bo ſiue autem. ¶ Debent articuli formari, bene ſpecificati, cum omnibus requiſitis & ſubſtantialibus, requiſitis per. l. libellorum. ff. de accu. canonizatam. 2. q. 8. alias poſſet reus contra illos opponere. Item debent eſſe certi & clari, non obſcuri, aut alias male formari, alias ſimiliter, contra *[Articuli debent in termino præſentari.]*
4 illos poſſet apponi, & poſſet peti bene ſpecificari, & declarari. ¶ Et tamen bene uerum, quod in actione iniuriarum, ciuiliter intentata, non requiritur tanta ſpecificatio, & obſeruatio ſubſtantialium. d. l. libellorũ, ſed ſufficit, quod taliter ſint ſpecificati, quod poſsit reus certificari, & inſtrui *[Articuli debent bene formari.]* *[Solemnitas l. libellorũ non requiritur in actione iniuriarum.]*
5 de illis ſecundum Rotam, deciſio 36. fuit dubitatum in nouis ¶ Illud tamen non omittas ſcire, quod in urbe appellantur articuli quos producit accuſator contra reum ad probandum intentionem accuſationis, apud *[Articuli uo-]*
nos

cedatur per accuſationem, ſiue per inquiſitionem eliciuntur capitula ex omnibus repertis, & ſuper illis interrogabitur reus, liſque conteſtabitur, & ſtatuitur vnicus terminus vtrique parti ad probandum & defenden
14 dum. vt late dixi in practica mea cauſa: crimi. per totam. ¶ Si autem ſumus in facto notorio, etiam in vrbe, non ſeruabitur tanta terminorum obſeruatio. ſed tantummodo dabit accuſator ſuos articulos ſuæ intentionis, & citabitur reus ad dicendum contra articulos, & abſque alia tela terminorum proceditur ad ſententiam. vt dicit. Veſtr. in ſua practica lib. v.
15 de obſer. termino. in crim. ¶ Quid enim ſi præſentantur articuli non fuerit datus terminus ad dicendum contra articulos, & productis viribus non fuerit datus terminus ad ducendum contra producta, an proceſſus ſit nullus, ſi fuerit pars aduerſa citata ad dicendum contra articulos, vel dicendum contra producta ſine eo quod dicatur ad primam, uel ſecundam? Caſſa. deciſ. ſecunda de iudi. tenet quod proceſſus non erit nullus
16 ſed ſuſtinetur. ¶ Vtrum obiectum poſſit dare tertius ueniens ad cauſam poſt terminum ad articulandum, bene ſeruatum? dicas quod non niſi cõtra iura quæ poſt ipſum terminum quandocunque producuntur in obſeruatione termini ad dicendum contra ea. Ita Caſſado. deciſſo. prima de exceptio.

dendi in curiis regni.

Ordo procedendi in notoriis.

Citatio ad dicendũ contra articulos & contra producta, ſuſtinet proceſſum, licet termini non ſint ſeruati.

Tertius nõ poteſt dare obiectũ poſt terminũ ad articulãdũ.

Et reis admiſsis ad dandum ſuas defenſiones. Cap. 14.

SVMMARIVM.

1 Ordo procedendi in curiis eccleſiaſticis de regno contra inquiſitum examinatum.
2 Defenſio per uiam iuſtitiæ omnibus permiſſa.
3 Differentia inter tacere ueritatẽ, & falſum proponere.
4 Appellatio a iuſto iudice an ſit licita?
5 Defenſio neceſſaria an ſit licita clericis?
6 Vim ui repellere licet cum moderamine inculpatæ tutelæ.
7 Clericis an liceat occidere rapiẽtes res ſuas.
8 Clericus an ſit irregularis ſi propter eius acclamationem contra latronẽ, fuerit interfectus.
9 Clericus probando quod homo percuſſus ab eo, ſit extinctus ab alio, an obtineat?
10 Homicidium caſuale an puniatur in clerico?
11 Homicidium in ludo commiſſũ a clerico, an excuſetur.
12 Clericus occidens hominem in uenatione, uolens occidere beſtiam, an puniatur?
13 Laici ſunt idonei teſtes ad defenſam.
14 Laicis deponentibus non delictum, ſtabitur magis quã clericis deponentibus delictum.
15 Tranſactio an ſit licita?
16 Copia repertorum danda eſt inquiſito.
17 Copia an detur ubi timetur periculum?
18 Copia non data, an proceſſus ſit nullus?
19 Articuli & defenſiones an recipiantur poſt terminum?
20 Remiſſoria in criminalibus, ſeu audictia teſtiũ, an cõcedatur.

Termini

21 Termini ſeruandi in remiſſoria:
22 Remiſſoria decreta quid faciet iudex.
23 Forma commisſionis.
24 Examinator cui commiſſa eſt audientia teſtium:quid faciet.
25 Ordo ſeruandus in alijs curijs regni in comisſione audientiæ teſtium.
26 Teſtium dicta clauſa remitti debent.
27 Publicatio quando fiat.
28 Citatur inquiſitus ad dicendũ in regno.
29 Termini qui dantur in urbe facta publicatione.

Ordo procedendi in curiis eccleſiaſticis de Regno contra inquiſitum examina.ũ.

SI enim in examine facto inquiſiti, aut accuſati negauerint accuſatoris,aut inquirentis iudicis intentionem ſecundsm ſtilum quaſi omnium curiarum de regno. ℭFormantur capitula ex omnibus repertis cõtra eos, 1 eo modo,& forma,ut habuiſtis per ordinem,in practica mea cri.in verbo dentur capitula,hæc practica probatur in c.qualiter & qñ el 2.§.debet de accuſ.& ſuper illis interrogãtur ipſi inquiſiti ſeu accuſati,ſoluti uinculis & catenis,& fit in pede eorum actus litis conteſtationis,& datur terminus ad probandum,& defendendum,demũ partibus citatis,ad uidendum iuramenta teſtium examinantur teſtes de nouo,& repetuntur iam examinati,ad informationem curiæ,(vt ſupra dixi) & dixi in dicta pract.& habetur per do.Ant.in c.2. de teſti.& communiter docto.in c.qualiter el 2.extra de accu. Et in eodem termino dato,recipiuntur defenſiones reorum.De ſtilo autem Romanæ curiæ,ſeruantur termini de quibus ſupra habuiſtis.Et demum facta inſtantia per reum, quod admittatur ad dandum ſuas defenſiones, admittitur.Idcirco ſecundum utrumque ſtilum, & morem procedendi, hic congruenti ordine tractãdum uenit de defenſionibus reorum.ℭ Eſt 2 enim omni iure permiſſum, poſſe inquiſitos & accuſatos ſe defendere per uiam iuſtitiæ.Beat. enim Thom. ſecunda ſecundæ q.79. art.2. dicit quod licet clericis ſe defendere,debito modo,& per uias iuſtitiæ & licitas,finique debito accommodas,(quod quidem pertinet ad prudentiã) non autem licet ſe defendere,per aliquas uias illicitas, & propoſito fini incongruas.(quod pertinet ad aſtutiam quæ exercetur per fraudem. Primum enim dicit laudabile,at ſecundum uitioſum. Inquit enim Plato in dialogo ix.de legi.)In quibus enim cum prima oratio ab accuſatore fuerit habita,defenſor alteram dicat.Taliterque debent audiri, & admitti,vt ſine ulla difficultate posſint patefieri, patefieri enim non poſſent,ſi non prius ſciantur quæ contraria ſunt.Omneſque Rhetoricorũ partes,fere in accuſando & defendendo uerſantur.ℭ Aſteſan.in ſua ſumma tit.de accuſa.lib.xl.ti.xli.latius tangit quæſtionem, & tandem referẽ- 3 do Beat.Thom.dicit quod aliud eſt tacere ueritatem,& aliud falſitatem proponere,primum licet in aliquo caſu;Non enim tenetur quis omnem ueritatem confiteri,ſed tantum illã quem poteſt,& debet ab eo requirere iudex,ſecundum ordinem iuris puta cum ſuper aliquo crimine præceſſit infamia,uel apparuerint aliqua expreſſa indicia.uel etiã præceſſit aliqua ſemiplena probatio.ſecũdum autem ſcilicet falſitatem propone re,

Ordo in urbe.

Defenſio p uiam iuſtitię omnibus permiſſa.

Differentia inter tacere ueritatẽ, & falſum proponere.

re; in nullo caſu alicui licet. Sic ergo accuſatio licet ſe defendere :ueritatem illam, quam confiteri non tenetur occultando, per alios congruos, & licitos modos, puta quod non reſpondeat ad quæ reſpondere non tenetur. Hoc autem non eſt calumnioſe ſe defendere, ſed prudenter euadere. Non autem licet ei, uel falſum dicere, uel uerum illud quod confiteri tenetur tacere, neque etiam aliquam fraudem uel dolum adhibere: Quia fraus, & dolus uim mendacii habent. Et hoc eſt ſe calumnioſe defendere. Vnde non licet reo in caſu ſanguinis corr umpere ſuum aduerſarium. Peccat enim accuſator ſi colludat cum reo, qui eſt noxius. Quod patet, ex hoc, quod pænam incurrit legibus conſtitutam. 2.q.3.c. 1.& cap. ſecundo 3.& 4. Vnde, cum inducere aliquem ad peccatũ ſit peccatum, patet quod etiam reus peccat cum aduerſario colludendo quam uis huic peccato lex ciuilis non adhibeat pœnam. Quia multa ſecundum leges humanas relinquuntur impunita, quæ ſecundum Dei iudicium sũt

4 peccata. ¶ Huic conſequens eſt uidere utrum liceat reo per appellationem iudicium declinare? Reſpondet Thoma. ubi ſupra artic. 3. quod ſic ſi appellat ex confidentia iuſtæ cauſæ, quia ſcilicet iniuſte grauatur a iudice. ut habetur 2.q.6.cap.i.& ſequen. Hoc enim eſt prudenter euadere. Vnde Apoſtolus ad Cæſarem appellauit, act. 25. Non autem licet appellare cauſa moræ afferendæ, ne contra eum, iuſta ſententia proferatur. Hoc enim eſt calumnioſe ſe defendere. quod non licet.

Appellatio a iuſto iudicio ſi ſit licita.

5 ¶ Viſo quod per uiam iuſtitię, & uias licitas poſsint clerici in iudicio ſe defendere. nunquid clericus inquiſitus de homicidio, probando ſe occidiſſe ad ſui defenſionem neceſſariam liceat? In quo quidem Bea. Thom. ſecunda ſecundæ q.lxiiij.art.7. dicit quod nihil prohibet unius actus eſſe duos effectus quorum alter ſolum ſit in intentione: alius uero ſit præter intentionem. Morales autem actus recipiunt ſpeciem, ſecundum id ꝙ intenditur: non autem ab eo quod eſt præter intentionem; cum ſit per accidens, ex actu ergo alicuius ſe ipſum defendentis, duplex effectus ſequi poteſt. Vnus quidem conſeruatio propriæ uitæ. Alius autem occiſio inuadentis Actus ergo huiuſmodi ex hoc quod intenditur conſeruatio propriæ uitæ, non habet rationem illiciti: cum hoc ſit cuilibet naturale, quod ſe conſeruet in eſſe quantum poteſt. Actus tamen aliquis ex bona intentione proueniens, illicitus redditur ſi nõ ſit proportionatus fini. Et ideo ſiquis ad defendendum propriam uitam, utatur maiori uiolẽtia quam oporteat, erit illicitum. Si uero moderate uiolentiam repellatur

Defenſio neceſſaria an ſit licita clericis.
Beat. Thõ.

6 erit licita defenſio. ¶ Nam ſecundum iura uim ui reppellere licet: cũ moderamine inculpatæ tutelæ. Nec eſt neceſſarium ad ſalutem, ut hunc actum, moderate tutelę prætermittat, ad euitandum occiſionem alterius: quia plus tenetur homo uitæ ſuæ prouidere, quam uitæ alienæ: ſed quia occidere hominem non licet, niſi publica auctoritate propter bonum commune, ergo illicitum eſt, quod homo intendat occidere hominem, ut ſeipſum defendat, niſi ei qui habet publicam auctoritatem, qui intendens hominem occidere ad ſui defenſionem, refert hoc ad publicum bonum, ut patet in milite pugnante contra hoſtes, & in miniſtro iudicis, pugnante contra latrones, quamuis etiam & iſti peccẽt, ſi priua

Vim repellere licet cũ moderamine inculpatæ tutelæ.

Auge. ta libidine moueantur, ſed quod permittatur defenſio, facit dictum Auguſtini.i.de liber.arbi.dum dicit, quod iuſta lex eſt; quæ dat poteſtatem uel uiatori, ut latronem, ne ab eo, occideretur, occidat: uel cupiam uiro, ac feminæ, ut uiolenter ſibi ſtupratorem irruentem, ante illicitum ſtuprum, ſi poſſet, interimat. Et multa alia, quæ ad hoc allegat Alexa.de

Alexan. de Aleſ. Aleſ.3.parte ſuæ ſummæ q.xxxiij.§.ij.quare (ſecundum eum) quidam diſtinguunt inter neceſsitatem euitabilem, & ineuitabilem, ut ſi ſit ineuitabilis neceſsitas ſcilicet poſſe aliter euadere, ut fugiendo, uel alio modo, homicidia eſt talis ſic interficiens: & peccat contra illud mandatum non occidas. Sin autem ſit ineuitabilis ſcilicet quod non poſsit aliter euadere niſi interficiat, aut occidat, motus ira, aut libidine uindictæ, aut cum

Auguſt. dolore euadendi neceſsitate: prout dicit Augu.in quæſtionibus ſuper Matthe.cum homo (inquit) ab homine occidatur, multum diſtat, uitium ulciſcendi cupiditate uel iniuſte aliquid auferendi: ſicut fit ab inimico, ſicut a Latrone, uel obediendi ordine, ſicut a iudice: uel euadendi, uel ſubueniendi neceſsitate. Primo modo, occidens, homicida eſt. Secundo & tertio caſu, non iudicabitur aliquis homicida, quantum ad culpam quamuis iudicetur quantum ad irregularitatem) Sed contra hanc opinionem, & diſtinctionem, dicit idem Alexand.ubi ſupra facit canon Nico-

Alexan. de Aleſ. lai Papæ in l.diſtinctio.in cap.de clericis, ubi habetur, quod erant quidã clerici qui ſe defendendo, occiderant paganum, & quamuis pænitentiam egiſſent dubitabant, ſi poſſent ad priſtinum ſtatum redire, aut ad altiorem aſcendere, & tamen dicit ſummus Pontifex, quod ipſe nullã occaſionem dat, nec ullam tribuit licentiam quemlibet hominem occidendi, quolibet modo, ergo in nullo caſu, licet clericis occidere.

Item ad idem, Allegat Canon Martini, ead.diſtinctione in cap.ſiquis homicidij, ubi habetur quod qui facto conſilio, aut precepto, aut defēſione poſt baptiſmum, conſcius fuerit, & per aliquam ſubreptionem ad clericatum uenerit, deiiciatur, & in finæ uite ſuæ communionem tantum accipiat. Item canon extra de conci. & ſeden.de clericis qui in obſidione poſiti ſunt, ſtatutum eſt, ut qui altari miniſtrant, & Chriſti corpus, & ſanguinem tradunt, ab omni humano ſanguine, etiam hoſtili, ſe abſtineant, quod ſi in hoc inciderint, purgati per pęnitentiam, officio, & communioni reddantur. Si ergo neceſſaria eſt pænitentia, in occidendo fuit culpa. Et propter hoc, quidam diſtinxerunt inter clericos & laicos. Clericis nulla neceſsitate licet, laicis uero cum prædicta neceſsitate licet, ſi inuitabilis ſit neceſsitas, & nulla vindictæ libido, ſed ſola intentio propriæ ſalutis. Sed ipſe dicit quod lege naturæ nulla eſt diſtinctio clerici & laici, ſed defenſionis eſt præceptum legis naturæ, ideo ſi prohibeantur clerici ab occaſione in caſu conceſſo laico hoc non erit ex prohibitione pręcepti non occides ſed eccleſiaſticę inſtitutionis, ideo diſtinctio iſta reſpicit eccleſiaſticam inſtitutionem, non tenorem præcepti non occides. Ideo dicit ipſe, quod etiam & laicis, & clericis, licet ſe defendendo occidere, Et in caſu iſto occidens efficitur legis miniſter, quia occidit iuſtitia, & ex conceſsione legis, differenter tamen in iſto, & in iudice. Nam iudex occidit ex iuſtitia & officio, iſte au-

tem ex iuſtitia non ex officio: videtur tamen inclinare in ſolutionibus ad
contraria quod clericis non liceat. Et hæc ſecundum theologos. Secun-
dum uero Canoniſtas. Archidiaco. in d.c. de clericis tenet quod licitum
eſt; occidere uoluntatem occidere, non tamen diſtinguit inter clericos &
laicos. Et pro hoc poteſt allegari tex. in c. ſignificaſti extra de hom. ubi ui
detur caſus ad litteram. Item ad idem eſt tex. in cle. ſi furioſus de homi.
vbi ad litteram dicitur quod qui occidit ſe defendendo, non ualens aliter
ſe defendere non incurrit irregularitatem. Et optime hoc tenet gloſſ. in
d.c. ſignificaſti & ibi plene do. Abb. & omnes videntur ita trãſire. & lo-
quuntur etiam in clericis. Dicit tamen Abb. in cap. præſentium de cleri.
percu. quod interficiens alium ad defenſionẽ proximi efficitur irregula
ris; non tamen peccat; vide Io. And. in cle. ſi furioſus de homi.. in nouella
& Nicola. plo. in tra. de irregu. num. 22. in regula 39. Ad unum tamen te
aduertentem eſſe uolo; quod in clericis ſatis atque ſatis ineuitabilis ne-
ceſsitas concurrere debet: & multa quæ permittuntur laicis, & ſufficiunt
ad defendendum a pœna homicidij laicos non ſufficiunt ad defendẽdum
7 clericos. Quare cauti debent eſſe aduocati. ℭ His enim proxime dictis
conſequens eſt; nullo modo licere clericis, occidere rapientes aut furan-
tes vt habetur in d.c. ſignificaſti per do. Abb. bene tamen præter occiſio
nem & percuſsionem licet clericis defendere res proprias. Sed modica
percuſsio ꝓ defenſione rerum permittitur. Vt nota. in d.c. ſignificaſti, &
8 ibi. not. do. Abb. ℭ Nunquid ſi clericus uiſo latrone clamauerit quod ibi
erat latro; propter quam acclamationem multi cucurrerunt, & interfe-
cerunt latronem; an ille clericus ſit irregularis? hanc quæſtionem poſuit
Hoſt. & Innoc. in d.c. ſignificaſti, et ambo tenuerunt quod ſic. pariterque
9 idem tenuit do. Abb. ibi: licet dixerit rem non eſſe abſq; dubio. ℭ Præ-
dictis etiam non immerito adſtipulatur, quod in foro canonico non ſuffi
cit ad defenſionem probare, quod homo percuſſus lætaliter a clerico, fue
rit interfectus, & totaliter extinctus ab alio: ſicut ſufficeret de iure ciui-
li: quia etiam ſi hoc probaretur, nõ euitaret, quin ipſe clericus puniretur
de homicidio. ſecundum Do. Abb. in d.c. ſignificaſti. in glo. in verſi. quod
ſi diſcerni. Sed illud eſt uerum quo ad irregularitatem; at ſecus ſi tracta-
10 retur de imponendo pœnam legalem. ℭ Sed quid de caſuali homicidio,
an excuſet? non extra rem eſt uidere. Beat. Thom. ſecunda ſecundæ q. 64.
ar. 8. dicit quod ſecundum Philoſophum, in ſecundo phiſi. (caſus ẽ cauſa
agens præter intentionem.) Et ideo ea quæ cauſalia ſunt, ſimpliciter lo-
quendo non ſunt intenta, neque uoluntaria; & quia omne peccatum eſt
uoluntarium. ſecundum Augu. conſequens eſt; quod caſualia in quantũ
huiuſmodi ſunt, non ſunt peccata. Contingit tamen id quod nõ eſt actu;
& per uolitum, uel intentum eſſe inter accidens uolitum, uel intentum:
ſecundum quod cauſa per accidens dicitur remouẽs, uel prohibens. Vn-
de ille qui non remouet ea, ex quibus ſequitur homicidium ſi debeat re
mouere, erit quodammodo homicidium uoluntarium; hoc autem conti
git dupliciter; uno modo, quando dans operam rebus illicitis, quas uita
re debeat homicidium incurrit. Altero modo, quando non adhiberet de
bitam ſollicitudinem. Et ideo ſecundum iura, ſi aliquis det operam rei li

Archidia.

Abb.

Opin do. Auctoris.

Clericis an liceat occidere rapientes res ſuas.

Clericus an ſit irregularis ſi ꝓpter eius acclamationem contra latronem fuerit iterfectus.

Clericus ꝓbando ꝙ homo pcuſſus ab eo, ſit extinctus ab alio, an obtineat.

Homicidiũ caſuale an puniatur in clerico.

Beat. Tho.

citæ, debitam diligentiam adhibens,& ex hoc ſequatur homicidium nõ incurritur in homicidij reatum. Si uero det operam, rei illicitæ, uel etiam daret operam rei licitæ, non adhibens debitam diligentiam,non euadit homicidij reatum. ſi ex eius opere mors ſequatur. Et idem per omnia, dicit Alexan.de aleſ.in 3.parte ſuæ ſummæ.q.3 4.§.3.Canoniſtæ autẽ, & præſertim Archi.in.c.de his diſtinctio.5 o.dicit,quod ſi caſualiter cõmittatur homicidium,& culpa præceſsit cauſam tenetur.arg. extra de ho.c. ſignificaſti & c.ad audientiam,& c.continebatur.niſi diſpenſetur cum eo. vt extra eo.tit.c.lator. Vel niſi ſit occultum quia tunc acta pœnitentia,remanebit in ordinibus. Si uero culpa non preceſsit caſum non imputatur c.dilectus extra eod.tit. Et eſt notandum quod ſi interuenit culpa occiſoris imputatur.c.continebatur extra eo. Si autem culpa occiſi ſecus ca. lator eo.tit.& ita ſoluitur contrarietas illarum decreta,vno modo ſecundum Vic.qui ita no.in c. ex literis extra eo.ſecundum Archi. Sed ſecundum Goffred.ſi caſu cõmittatur homicidiũ dans operam rei licitæ nullum eſt peccatum,& nulla cõtrahitur irregularitas, ſiue in ſuſceptis,ſiue in ſuſcipiendis, vt in d.c.lator,& c.dilectus eo.titu.& c.ioannes & cap. vltimo,& c.ſignificaſti.E hanc opinionẽ approbat ſimpliciter ipſe Archi.in alio c.de his.ea.diſt.eademq; diſtinctio ſit in promoto et promouẽdo,ſecundum eundem. & d.Abb.in d.c.dilectus,& in ca. lator extra de homi.& dicit idem d.Abb.in c.presbiterum eo tit. ℂ Quod clericus eſt deponendus,non ſolum pro homicidio uoluntario,ſed etiam pro caſuali ſi culpa præceſsit cauſã,quod quidem nõ putat uerum indiſtincte Saba. Sa.in addi.tamen intelligit dictum d.Abb.procedere in depoſitione uerbali,per ea quæ not.in.c.clericos.5 o.diſtin.& ſequen.& per Gemin.diſt. 90.c.1.§.ſi uero, & c.ſtudeat.5 o.diſtin.& per Bald.in.l.cum fratrẽ.C.ad Sill.& quod homicidium caſuale non puniatur ,tenuit idem Abb.in ca. ſignificaſti eo.tit.& ſequitur ibi.Fely. ℂ Dicit tamen Abb.in c.continebatur eo.tit.quod ſi clericus commiſit homicidium in ludo etiã permiſſo,ſi ludus erat cum laicis non excuſaretur.quia conuerſatio eius non debet eſſe cũ italibus. Et ideo dicitur in culpa . Et propterea dat conſilium, ut clerici caueant a conſortio laicorum. Sed licet magna ſit auctoritas Abb.nihilominus culpa quod ludat clericus cum laicis,ſi non eſt determinata ad homicidium licet ſit mala in ſe,nihilominus non facit ut delictum alias caſuale puniatur. & tex.ille in quo ſe fundat non conſiderat culpam illam,ſed tantummodo quia non adhibuit omnem diligentiã:ludebat enim accinctus falce cum qua ſe percuſſerat ludens ſecũ. Debuit enim falcem illam abijcere a ſe,& cum non fecerit, fuit in negligentia.

Alex.de al. Archidia.

Abb. De eodem.

11 Homicidiũ in ludo commiſſũ a clerico an excuſetur?

12 ℂ Non a lõge diſtat,quod ſi clericus in uenationem uolens occidere beſtiam,occidat hominem nunquid teneatur? magna eſt quæſtio. Nã Do. Abb.in c. .de cleri.uena,diſtinguit,quod aut loquimur de uenatione hominum oppreſsiua, & illa prohibetur indiſtincte omnibus clericis:quia non debent pugnare.etiam contra infideles.vt extra de uot.c.ex multa. Laicis uero licitum eſt in caſu quo moueant iuſtum bellum.ut in ca.ſicut & ibi plene no.de iur.iura.& 22.q.8.c irreprehenſibile.et in c.omni timore.quædã eſt uenatio adulatoria,ſicut faciunt hiſtriones qui uerbis adulatorijs

Aduertẽtia do. Auctor Clericus occidẽs hominem in uenatione, uolẽs occidere beſtiam an puniatur. Abb.

adulatorijs capiunt homines ſicut in uenabulo capiuntur beſtię. & ille ẽ illicita omnibus 11.q.3.ca.vt quæ dictis. Alia eſt uenatio arenaria, ideſt, quæ ſolet fieri in arena. ubi homines pugnabant cum animalibus et feris indomitis. & iſta uenatio indiſtincte prohibetur clericis. in laicis uero diſtinguitur, quod aut faciunt pro prætio, & non licet, imo tales efficiũtur inſtantes. l. 1.§. item ſenatus. ff. de poſtulan. Sed ſi faciũt gratia uirtutis oſtendendæ; tunc eis licita eſt talis uenatio. Et dicit quod docto. dicunt; quod eis non eſt peccatum. Excipiuntur tamen torneamenta. ut in c. 1. de tornea. ergo alij ludi ſunt eis permiſsi gratia uirtutis experiendæ, ſed dicit idem Abb. quod ipſe putat, quod non liceret de iure canonico ubi eſſet periculum mortis. per illam rationem quæ eſt in torneamentis. Nam non debet homo (ut experiatur uirtutes) incidere de faciliin prũptum periculum mortis. Vbi nedum corpus ſed etiã anima poſſet periclitari. Quædam eſt uenatio fatuoſa, & clamoſa, puta quæ fit cum canibus & iſta ſecũdum gloſſ. ibidem licita eſt laicis, ex cauſa voluptatis. Et idem uidetur uelle Ioã. And ibi. Verum in hoc diſtinguit ipſe do. Abb. ꝙ aut omnino laicus deditus eſt huic uernationi, & tunc eſt illicita, ex quo fit ad uoluptatem tantum. aut raro, & tunc procedat dictũ gloſ. In clericis uero ſecundum Abba. eſt diſtinguendũ ſimiliter quod aut ſunt clerici in minoribus conſtituti (& ſecundum Do. Anto.) non puniũtur. Sed Hoſtien. et Io. And. in d. c. 2. tenent oppoſitum, & dicunt quod aut omiſerunt tonſuram. & tenentur, alias ſecus. facit clem. 2. de uit. et hone. cleri. Aut ſunt in ſacris, & ſi habent redditus in uenatione ſicut in Francia. & licita eſt eis, quia nõ faciunt ad uolupta em. Et hoc etiam uoluit Hoſt. in c. 2. de cler. uen. Aut non habent huiuſmodi redditus, & tunc debent euitare iſtam clamoſam uenationem. Dicit tamen ſe putare eos non multũ peccare ſi rariſsime hoc facerent, cauſa recreationis. Quædam uero eſt uenatio, quæ fit cum retibus, ſeu laqueo vel piſcando, & licita eſt clericis dummodo frequenter non inſiſtant. Et ſic ex his habes quãdo clerici uenando, dant operam rei illicitæ. Et ſic ſoluitur quæſtio. ❡ Rurſus eſt notandum quod laici non admittuntur ad teſtificandum contra clericos tamen ad defenſionem bene admittuntur. vt eſt gl. in c. cum P. mãconella & ibi Abbã. de accuſa. ❡ Imo gloſ. illa dicit unum notabile uerbum ꝙ ſi duo laici dixerint me cõmiſiſſe delictum, & duo clerici, dixerint quod ego commiſi, quod ſtandum eſt potius laicis, quam clericis. ſed illa glo. non eſt ibi. ſed in cap. clerici in lxxxi. diſtin. & eam ſequitur dom. Abba. ibi ſed tu aduertas, quod incipiendum eſt. pro quibus concurrat ueriſimilitudo, ut illis credatur. ❡ Quid enim ſi allegatur in defenſionibus tranſactio. an operetur, & an, & quibus caſibus licite de iure canonico poſsit tranſigi? Dixi ſupra in uerbo accuſatione porrecta, & ibi uideas. ❡ Quibus adde, quod Archi. in cap. ſtudendum xc. diſtin. tenet quod ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus, in quibus compoſitio, ſeu diſpenſatio locum non habet. iudex partem ſuam ad componendum interponere non debet. Quomodo enim poſſet componi, uel diſpenſari, ut uir (ſua dimiſſa uxore) aliam habeat ſuperductã extra de tranſa. c. ulti. uel ut monachus propriam habeat, ut extra de ſta. mona. cum ad monaſte-

13 Laici ſunt idonei teſtes ad defenſã.

14 Laicis deponentibus nõ delictũ ſtabitur magis quã clericis deponentib. delictum.

15 Tranſactio an ſit licita. De eodem.

rium. Item in his quæ ſunt per maiorem diſpenſabilia, minor cõponere non poteſt. ſecundum Goffre. qui id not. extra de tranſa. c. ultimo. Item clarius tenet in. c. ſi primatos. 5. q. 2. quod in foro eccleſiæ non licet tranſigi, quia in foro canonico nõ eſt pœna ſanguinis. Sed tamen bene poteſt paciſci gratis. Item Beat. Tho. ſecunda ſecundæ art. 2. q. 69. dicit quod corrumpere aduerſarium pecunia eſt peccatum. Io. de Imo. in. ca. fi. de tranſac. ſimpliciter tenet, de iure canonico non eſſe licitam tranſactionem, quando agitur criminaliter de crimine. Secus dicit eſſe quando de crimine ageretur ciuiliter. ℂ Itẽ aduertendũ eſt, ꝙ inquiſitis debet dari co- 16
Copia reptorum dãda ĩ inquiſito. pia nominũ teſtium, & depoſitionum eorundẽ ut ſciant, quid ab iſto, & quid ab alio ſit depoſitum. c. qualiter, & quando. §. debet extra de accu. & licet Car. Floren. & Imol. in. d. §. debet uelint dari debere publicato proceſſu, tamen tex. in. d. §. debet probat contrarium ut dicit Præpoſ. in. c. de accuſatione. 2. q. 8. col. 36. ℂ Ad unũ tamen aduertas quod. Ant. 17
Copia an detur ubi temetur periculum. de But. in. c. præterea deſponſa. el. 2. dicebat, quod quãdo timetur potentia partium contra teſtes ualent eorum dicta, etiam nõ facta publicatione. licet dicat hec procedere in materia peccati & ubi ageretur ad finem repellendi peccatum in foro quaſi pœnitentiali, & in teſte periculum timetur. & ſequitur Io. And. de San. Geor. ibidem Do. Abb. in d. c. præterea dicit, quod per tex. in. c. fi. de here. lib. 6. poteſt dici quod ſpeciale ſit in cauſa hereſis, at ſecus in alijs cauſis poteſt etiam dici, quod idem erit in cauſis ſimilibus, plus tamen dicit ſibi placere primum dictum. Poteſt dici, quod cum diſpoſitio illius. c. ſit exorbitans a iure, exceptio a cõmuni regula iuris non habebit locũ, niſi in illo caſu expreſſo. & ubi ſimilis caſus occurrere, quod uix poſſet contingere attenta grauitate delicti hereſis. Nam caſus excipit a communibus iuris, regulis, non extenduntur: niſi ubi eſt per omnia eadem ratio. ut tenet gloſſ. in. l. i. C. de condi. inde. & in. l. Illud. C. de ſacr. ſanc. eccl. & tex. c. cum dilecta de confir. util. uel inuti. Nec dictum do. Anto. procedit indiſtincte, quoniam ille tex. c. præterea loquitur, quando ageretur de modico præiudicio, ut pote de ſpon-
Opi. d. Auctori. ſalibus de futuro. imo fundatur contrarium ex eo in quantum probat, quod ſi ſponſalia eſſent iurata, illud non foret admittendum. Ego autẽ in publicatione ſatis dubitarem in foro iudiciali ſeruare dictum Anto. ſed tantummodo in foro penitentiali non abſurdum uidebitur indiſtincte illud ſeruare. Sed quando, timetur quod dando nomina teſtium eorumq; depoſitionem iuxta terminos. d. §. debet, ante publicationem potentia aduerſarij eſſet talis, quod ſubtraheret teſtes, uel aliter timeretur eorum offenſio, teneo quod iudex non dando copiam, nõ erraret. et hoc ex dicto Hoſtien. quod refert Io. An. in c. quoniam ut lit. non cõteſta. & Abb. in d. c. præterea in fi. quod ſi actor timeret conuenire reũ, propter ipſius potentiam, poſſunt teſtes de quorum morte, uel abſentia timetur recipi in priuato & faciũt fidem tempore quo lis poterit inchoari. Quã opinionem alijs medijs probo. Nam tacere ueritatem eſt peccatum, ſecundum Bal. in. l. presbiteri. C. de epi. & cleri. de quo ſupra in uerbo teſtibus examinatis. cum ergo ſit peccatũ, iudex euitans ne teſtes ſubtrahantur, bene faciet. Præterea etiam ratione ſcãdali, multa permittuntur, quæ

alias

alias non permitterentur.ut pleraq; enarrat Fely.in c.nihil extra de præ-
ſcrip.ergo quod permittatur etiam iſtud,non eſt abſonum imo bonum,
& laudabile & ita ſeruatur in foro laicali. Hæc tanto magis procedere
poſſent,& debent ſi ex omnibus repertis formati ſint articuli, aut facta
capitula & ex eis detur copia; tunc enim nullum intereſſe patitur,cũ ex
facie capitulorum poterit apparere in quo debeant fundari defenſiones
& facta publicatione apparebit,quid, quale & quantum ſit probatum.
18 ¶ Si tamen reo præſente, iudex procederet ad ulteriora,non data copia
indiciorum,ſi conſtat de crimine per confeſsionem ipſius rei,ualebit pro
ceſſus.c.1.de accu.lib.6.Idem dicit Panor.in d.§.debet ſi de crimine fue-
rit per teſtes conuictus, ex quo reus inquiſitus præſens non petijt ſibi
exhiberi capitula, uel quia non exihbeantur,dum peteret & non appel-
lauit per tex.in c.2.de accu.lib.6.ſed Io.de Ana.in d.§.debet dicit, quod
proceſſus eſt nullus,ſi non exhibetur copia capitulorum reo quia eſt tol-
lere defenſionem,cui non poteſt tacite nec expreſſe,inquiſitus de crimi-
ne renunciare.Et hanc opinionem tanquã fauorabiliorem inquiſitis am
19 plectendam dicit.Præpo.in d.c.de accuſatione col.36.¶ Vtrum articu-
li,& probationes debeant recipi poteſt terminũ? dicas quod de articulis
accuſatoris, dicendum eſt non debere recipi.de articuli uero ad defen-
ſam,etiam poſt terminum dicendum eſt eos admittit ita Rot.deciſio.30.
20 fuit dubitatum in no. ¶ Vtrum pro recipiendis defẽſionibus,& exami
nandis teſtibus in criminalibus debeat, & poſsit remiſſoria in partibus
concedi, ſeu audientia teſtium committi? dicas quod regulariter non.l.
de minore.§.tormenta.ff.de quæſt.Auth.de teſt.§.& quoniã Auth.apud
eloquentiſsimum.C.de fi.inſtru.cle.1.de offi.dele.Idq; in tantũ procedit
ut contrarium contraria conſuetudine inductum non ualeat.Felyn.in.c.
cum cauſam col.12.de teſti.poſt glo.in.c.teſtes tertia.q.9.Quod quidem
uerum eſt niſi teſtes morbo,ſexu, aut legitima cauſa excuſentur ue-
nire,tunc enim ad eos accedet iudex.c.mulieres, & quæ ibi not.de iudi.
Niſi qualitas iudicis,hoc non admittere tunc enim committere alteri exa
men.d.c.mulieres,& quæ ibi nota de iudi.in.6.Rot.deciſio.222.de dila-
tio.in not.Fely.in d.c. cum cauſam de teſtib.Conceditur etiam remiſſo
ria ubi ciuiliter, aut per exceptionem crimen deduceretur.c.cum dilecti
in fi.de ordi.cognitio.c.tuæ de pro.Rot.deciſio.30.de dilatio. fuit dubita
tum in no.Fely.in d.c.cum cauſam de teſtib. Item ſi ageretur de leui cri-
mine,ut pote,quod modica pœna ueniret imponenda concedetur remiſ
ſoria.Lap.alleg.46.Archi.cle 1.de offi.deleg.3.col.Itẽ ſi teſtes ſint alte-
rius iuriſdictionis,& ſub diuerſo imperio, committetur etiam audientia
teſtium.ſecundũ Saly.in d.Auth.apud eloquentiſsimũ.Abb.in.c.conſti
tutus de fideiuſſ. & d.c.cum cauſam.¶ Illud tamen ad notandum erit,
quod remiſſoria,ſeu audientia teſtium non conceditur,etiam ubi aliascõ
cederetur;quando non eſt petita,in termino ad articulandum.ſecundum
Caſſa.de.i.2.de dila.&ante terminum;&hæc uera,quando terminus ad
articulandum rite ſeruatus eſſet;ut quia ultima die termini, ad arti-
culandum, eſſent præſentati articuli.at ſecus, ſi antea eſſent præſenta-
ti,& ſic non ſua die,quia tunc concederetur remiſſoria etiam poſt.&ita di

Copia non data an proceſſus ſi nullis.

Articuli & defenſiones ſi recipiãtur poſt terminum.

Remiſſoria in criminalibus ſeu audientia teſtium an cõcedatur.

De eodem.

Termini ſeruādi in remiſoria.

cit Hercul.Seue.in tra.de remi.cap.14.& Veſt.lib.6.ſuæ practicæ titu. de remiſsio.ad partes. ℂIn caſibus tamen ubi concedenda eſſet remiſſoria debē̄t ſeruari de ſtilo Romanæ curiæ,et noſtræ ſalernitanæ,infraſcripti termini uidelicet ad concordandum, de loco loci.& de iudice.Ad dādum interrogatoria ad uidendum includi articulos.Et ad uidendum iurare portitorem,aut nuncium.Omnesq; dicti termini, excepto termino ad dandum interrogatoria,qui ſeruatur ad cras,ſeruari poterūt etiam ad ſtatim,ſi uolueris,eoſq; nedum diuiſim,uerum etiam omnes inculcatos. Expectabit tamen iudex,tanto tempore ſic citatum antequam articulos includat,&rotulum portitori conſignet,quantum poſsit dare interrogatoria.Soletq; concedi terminus duorum menſium petenti remiſſoriam in partibus.uel breuior dilatio, aut longior, iuxta loci diſtantiam. 21

Remiſſoria decreta qd faciet iudex Forma cō miſsionis. Examinator cui commiſſa eſt audiētia teſtiū quid faciet.

ℂ Decreta igitur remiſsione,iudex debet articulos, & interrogatoria,ſuper quibus teſtes interrogandi ſunt,ſimul claudere ſubq;ſigillo obſignare,ac deinceps , ei apud quem litigatores remittunt,in hanc ferme ſententiam ſcribere.ℂ Mando tibi,ut teſtes &inſtrumenta, quæ mcutus & Sempronius ſuper articulis& interrogationibus, quæ ad te defert.T.uiator noſter,ea(qua debes diligentia)intra duorum menſium ſpacium recipias & admittas , eaq; ad nos clauſa & obſignata remittas,ſignificās quantū eis credere debeamus. ℂ Officiū enim eius(cui in partibus remiſſoria cōceditur)erit.ut præſentatis ſibi commiſsionibus,& facta ſibi inſtātia,ut ad exequutionem dictarum commiſsionum procedat)deputare locum audientiæ,ſcribam, ac nuncium committereq; nuntio,ut utatur diligentia pro repetiendis procuratoribus aduerſarij, ſiqui ex aduerſo nominati fuerint,uel alijs,& facta dicta diligentia ubi procuratores ipſi fuerint reperti cum eis procedendum erit,ipſiſq; non repertis decernatur citatio in domo aduerſarij,ſi in loco habuerit domicilium.Quod ſi domiciliū non habuerit,citabitur per ædictum.Verum ſolet, antequā concedatur remiſſoria,uel in ipſa conceſsione, citari aduerſarius ad intereſſendum in loco ſaltim per procuratorem,uel ſi ipſe principalis abſit citabitur procurator ad ſubſtituendū in partibus alios procuratores iuxta not.per Caſtren.in.l.iudices num.1.C.de fid.inſtru.Solet etiam dici in citatione,alias,ad uidendum decerni proceſſum,per affixionē ad ualuas eccleſiæ maioris,loco.Completo examine, inſtante parte,citabitur aduerſarius iterum ad uidendum mandari collationari cum proprijs originalibus ea quæ collationanda erunt, & intereſſendum ſi uoluerit. Et parte inſtante, uel citata ut ſupra collatio fiet.poſtremo altera citatio expedietur ad uidendum ſuper omnibus iudicis auctoritatem impartiri &mandari omnia in rotulo remiſſoriæ includi,ac rotulum ſigillo iudicis obſignari, & obſignatū ad curiam quæ remiſit deſtinari , et trāſmitti.Et 22 23 24

Ordo ſeruādus in aliis

adueniente hora,& die citationis prædictæ,auctoritatem ſuam interponet,& rotulo obſignato,litteras ſuas ad iudicem qui remiſſoriam cōceſſit, reſcribet.Quibus ſignificabit ſe litteris ſuis receptis fuiſſe exequutū, iuxta illarum ſeriem, & tenorem ſignificans,quantū eis credere debeat. Et quod de omnibus colligatum,& introcluſum proceſſum tranſmittit, ſecundum Hercu,ſe,& Veſt,ubi ſupra. ℂ In alijs uero curiis eccleſiaſti 25

cis

cis regni, ſolet (antequam concedatur remiſſoria, ſeu audientia teſtium committatur) dari breuis terminus, ad dandum liſtam ſuſpectorum, & confidatorum, in partibus, & in termino data liſta iudex eliget unum de cõfidatis per ambas partes, ſeu de non ſuſpectis, & ei committet examẽ & fit citatio procuratori, ſeu principali ad uidẽdum iuramenta teſtium in partibus, & demum præſentata cõmiſsione. citantur teſtes, & examinantur, & clauſo examine ad iudicem remittitur abſq; alia obſeruantia.

curiis regni in cõmiſsione audiẽtiæ teſtium.

Teſtium dicta clauſula remitti debẽt. eodem

26 ℭ Debent tamen atteſtationes ſecretæ & clauſæ mitti ad iudicem. l. iudicem. C. de fid. inſtrum. c. cum cauſam in fi. & c. cum clamor de teſti. Bal. in rub. de iud 2. lec. col. 2. ℭ Non tamen uitiantur atteſtationes, ſi mitterẽtur nõ clauſæ dummodo mittantur per nuncium fidelem ſecundum Soci. in l. 1. in fin. ff. de offi. aſſeſ. & Purpu. ibi. nu. 137. Eſt tamen bene uetum quod præſumitur partem didiciſſe, & ſic excluderetur ab omni alia probatione ſuper hoc in ciuilibus maxime. ſecundum Fel. in. c. conſtitutus el. 1. & ca. ultra tertiam de teſti. & in. c. cum uenerabilis col. 6. de exce. quod eſſet, ſi pars portaſſet, alias ſecus, ſecundum Pet. Rebuff. trac. de inquiſi. ſeu commiſsioni artic. 20. gloſ. una num. 14. in tertio tomo

Publicatio. quando fiet.

27 ℭ Cõpleto examine, ac abſoluto proceſſu, & receptis probationibus utriuſq; partis ſolet fieri publicatio, uiſitari, & percunctari acta demumq; peti, & concedi repulſa, ſeu dari obiectus contra teſtes, ut habes in practica mea cri. fori. laicalis.

Citatur inquiſitus ad dicendum I regno.

28 ℭ Demum de ſtilo omnium curiarum de regno, facta publicatione in repulſa, fit citatio ad dicendum & diſcutiendum inditia, & proceditur, etiã ut habes in. d. practi. mea.

Termini q dantur in urbe facta publicatione.

29 ℭ De ſtilo uero Roma. curiæ datur alter terminus. ſ. ad producendum omnia & ſuceſsiue. alius terminus ad dicendum contra producta quibus terminis ſeruatis, proceditur ad ulteriora.

Demum inuocato Dei nomine. Cap. 15.

SVMMARIVM.

1 Deus in omnibus inuocandus:
2 Deus eſt cõſiliũ, & cõſilii fons.
3 Deus quid ſignificat.
4 Deus cur quatuor litteris nominari uoluerit.
5 Deus re, & facto, ac uerbis inuocari debet.
6 Iudex quæ conſiderare debet.
7 Iudices hodierni litteris maiuſculis Deum inuocant in ſententiis
8 In ſententiis ferendis Dei nomen quare inuocandum.
9 Supplitii duo ſunt effectus.
10 Malus iudex ſubuertit omnia.
11 Iuſtitia quam bona pariat.
12 Auctor inuehit de hodiernis temporibus.
13 Iuſtitia eſt uirtus.
14 Iuſtitia eſt uirtus ad alienum bonum.
15 Lex eſt occaſio fælicitatis.
16 Papinianus exemplũ iuſtitiæ magnum præbuit.
17 Animus ad periculum paratus, quando laudandus.
18 Pecuniæ cupiditas fugienda.
19 Iuſtitia non eſt præcipitanda.
20 Citandæ ſunt partes ad diſcutiendum ſuper inditiis.

21 Iudex quæ conſiderare debet ante determinationem.

22 Ad iudicem ire, eſt ire ad ius ipſum.

Deus in omnibus inuocandus.

IN omnibus operibus, ac in cunctis actibus. ¶ Neceſſa- 1
riam eſſe Dei inuocationem (inquit diuinus Plato, lib. 34.
Critia. uel Alanti. Deus enim nuſquam, & nullo modo,
iniuſtus eſt; ſed quam iuſtiſsimus, totam uidelicet iuſtitiæ
complexus poteſtatem, nihilque illius ſimilius, quã iuſtiſ-
ſimus homo ſecundum eundem Plato. lib. 13. in theæte-
to Conuenit enim & neceſſarium uidetur, ut iudex (ma-
xime eccleſiaſticus) ſit iuſtus, et iuſtitiam amplectetur, Idcirco conueniẽ
tius, eſt, ut inuocet. eũ a quo Iuſtus, rectus, conſtans, prudens, & ſapiens
effici poteſt. Apud me enim eſt conſiliũ & eſſentia apud me eſt, intelligẽ
tia & fortitudo. Per me regnant Reges, & Principes decernunt iuſtitiã.
Per me domini dominantur, & omnes iudices terræ munifici ſunt, & li-

Deus eſt cõſilium et cõſilii fons.

berales. In perſonam domini legitur. viii. Prouerbio. ¶ Et Marſi. xc. in 2
argu. Platon. in conuiuium dicit, quod Deus conſilium, & conſilij fons
appellatur; quia ueritas omnium eſt, & bonitas Cuius ſplendore omne
conſilium uerum efficitur. Ad cuius bonitatem omne tendit conſilium
ipſum qu idem, ſupremam ſolum habere ſcientiam, aſſerit idem Plato.

Deus quid ſignificat.

in parmeni. ¶ Hoc enim nomẽ Deus, ſcđm Alex. de aleſ. parte prima ſuę 3
ſummæ q. l. art. ſecũdo dicĩ duobus modis, uno modo, nomẽ eſt impo-
ſitũ ab operatione aliomodo, nomen ſignans operationẽ. Primo modo
dicit Damaſcen. quod hoc nomẽ, Deus, eſt nomen operationis, quia im-
poſitũ eſt, & ſumptũ ab operatione ſoluendi, uidendi uel cõſumẽdi, per
quas operationes a creatura mũdi cognoſcitur ſẽpiterna uirtus eius, &
diuinitas. Secũdo modo nõ eſt nomẽ operationis. Imo ſignificat ipſã di-
uinã naturã, In quantũ huiuſmodi. & ad illã ſignificãdã impoſitũ eſt, in
Deo enim eſt operatio qua agit, & eſt de operatio ꝙ efficit, quemadmo
dũ in ſole, lucere eſt operatio qua agit & ſemper eſt in ſole, & illuminare
eſt operatio quam efficit in perſpicuo ſuſceptibili, Nomen ergo operatio
nis, ut qua Deus agit, eſt hoc nomẽ, Deus, nec huiuſmodi operatio, dici-
tur in habitudine ad effectũ. Vnde hoc modo, debẽt intelligi illæ opera-
tiones, a quibus hoc nomẽ Deus imponitur, uelut lucere, ꝙ nõ dicitur in
cõparatione ad aliquid illuſtratũ uel illuminatũ. Nomẽ uero operatiõis,
ꝙ agẽs efficit neceſſario ponit habitudinẽ ad effectũ ſicut ſi dicere ſol lu
cẽs & illuminator lucẽs dicitur reſpectu actiõis abſolutæ et qua agit illu

Deus cur quatuor literis nominari uoluit.

minator uero ab operatione, quam efficit. Lucens abſolute illuminator.
In habitudine. Ita hoc nomen Deus, ſiue interpretetur fouens, & cæt.
dicitur abſolute. *Sed Creator dicitur in habitudine*. ¶ Quatuor litte- 4
ris ubique, & apud omnes denominari uoluit Deus. Hinc Aegiptij, quẽ
nos Deum, theut nominant: Perſę Syre. Magi, orſi. unde oromaſis, He-
bræi illud quatuor uocalium ineffabile nomen utcunque poſſunt expri-
munt per adonai Græci, Thos Arabes alla machomet Addi: uoluit for-
ſan quatuor literis inuocari, quia & ipſe, per quatuor gradus, cuncta di-
ſponit. ſcilicet eſſentia, eſſe, uirtute, actione componens, ut inquit Mar-

ſili,

ſil.ficin.in argu.Plato. in Cratilu. hoc igitur nomen inuocandum eſt in
cunctis rebus tum maxime.quando iudex ſe præparat ad uiuendũ, & di
ſcutiendum proceſſum : quia per ipſum,& in ipſo, incedere poterit, per
rectos tramites iuris. (ego enim ſum lux mundi, & qui ambulet in me
5 non ambulat in tenebris)inquit Ieſus. ¶Non uerbis tantum , Dei
nomen inuocandum putes,ſed facto, actu, geſtu, & operatione; non.n.
omnes qui dicunt domine, domine : intrabunt in regnum cælorum . ſed
qui fecerint uoluntatem pãtris mei, qui in cælis eſt. legitur in euan-
6 gelio. ¶Debet enim iudex bono zelo, (vt inquit Plato.in theæteto.)
conſiderare,impoſsibile eſſe mala Pænitus extirpari.Nam bono oppoſi
tũ aliquid eſſe,ſemper neceſſe eſt neq; illa tamen apud deos locũ habere
poſſunt. naturam uero mortalem,regionemq; inferiorem neceſſario cir
cumeũt.quare conandum eſt, ut hinc, illuc, quam celerrime fugiamus:
fuga autem eſt: ut Deo ſimiles, pro uiribus efficiamur .Deo ſimiles effi
cimur, cum prudentia, iuſtitia ſimul & ſanctitate. Cæterum haud faci
le id perſuaderi poteſt,quod non illius gratia, cuius vulgus exiſtimat, ſe
quenda uirtus,& uitium fugiendum hoc eſt ne malus uidearis,utque bo
nus appareas, hæ nanque articularum nugæ mihi eſſe uidentur . ſed ꝙ
uerum ſit,ita dicamus:Deus nuſquam & nullo modo iniuſtus,ſed quam
iuſtiſsimus, totam uidelicet iuſtitiæ complexus poteſtatem, nihilque il-
lius ſimilius, quam iuſtiſsimus homo. Circa hoc uera induſtria, & forti
tudo uiri,nec non inertia, imbecillitasque uerſatur. horum ſane cogni-
tio uera uirtus & ſapientia: Ignoratio contra, inſcitia, & improbitas
manifeſt. hæc ille ex his enim ſapientiſsimis uerbis clare colligitur,
qualis eſſe deberet intentus recti iudicis,ut primò conſideret humanam
fragilitatem : demum conſideret impoſsibile fore omnia mala peccata,
& delicta pęnitus e mundo deleri. Tertio, ut non uelit uerbis inuoca-
7 re nomen Dei. ¶(Vt faciunt moderni iudices, qui in principio ſenten-
tiarum inſcribunt litteris maiuſculis, In nomine Dei, & quatuor ſacro-
ſanctis euangelijs coram nobis propoſitis, & per nos diligenter inſpe-
ctis. & tamen eorum ſententiæ,ſunt nequitia, iniuſtitia uenalitate, o-
dio, amore, & corruptione plenæ. Et ideo conueniret potius dicerent
in principio harum ſententiarum. Diabolico ſpiritu inuocato, quatuor
coram nobis propoſitis, pecunia, amore, odio, & corruptione. Et per
nos diligenter inſpectis; debet enim inuocari (ut dixi) nomen Dei.
8 ¶Scilicet ut iudices iudicare uolentes, (maxime in criminibus)totis ui-
ribus conentur effici ſimiles Deo,circa iuſtitiam ſequendam, & iniuſti-
tiam fugiendum.ut ſint fortes,& conſtantes in iudicando,& ne declinẽt
ad dextram, aut ſiniſtram; ut prætermiſsis rancore,amore,odio,uenali-
tate, & cæteris iuſtitiam impedire ualentibus, meram, & ſinceram iu-
ſtitiam cunctis miniſtrent. Ita enim homines peccantes caſtigent, ut a
malo de cætero fugiant, & bonum amplectentur: ſicque eos Deo conſo
tiari poſsint. Inquit enim Cicero lib.i.de legibus,quod leges conſociati
homines,cum Dijs putandi ſunt. Inter quos porro eſt communio legis:
inter eos communio iuris eſt. & lib.ſecũdum etiã de legi, ſimiliter inquit,
nos ad iuſtitiam eſſe natos: neque opinione,ſed natura conſtitutum eſſe
ius

Deus re ſacto ac uerbis inuocari debet.

Iudex quæ conſiderare debet.

Iudices hodierni literis maiuſculis Deum I uocant I ſẽtentijs.

In ſẽtentijs ferẽdis Dei nomen quare inuocandum.

ius. Id iam patebit, ſi hominum inter ipſos ſocietatem, & coniunctionẽ que perſpexeris. Caſtigari & puniri debent flagitia, (ut dixi) ea ratione, quia ut dicit Plato dialogo ix. de legibus. ℭForte enim ſupplicio conti- 9

Supplitij duo ſunt effectus.

nentior factus, euadet denique melior. nullum quippe ſupplicium lege factum, ad malum tendit ſed duorum alterum fere ſemper ſolet efficere; nam aut melior aut certe minus prauus qui pænas dedit, fieri ſolet. Sed quando caſtigatio & punitio prouenit ex odio, amore uel corruptela, totum contrarium ſequitur. hinc ſeditiones, hinc monopolia. & illicitæ congregationes. ℭMalus enim iudex, omnia ſubuertit, & quæ ad bo 10

Malus iudex ſubuertit omnia.

num inducta ſunt, per leges in deterius reddit; & efficiet. nouiſsimus error peior priore. ſecundum eundem Platon. in lib. 16. ciuilis, vel de regno, cum enim iuſtitia miniſtratur pariter & amicis & inimicis: prætermiſsis, omni rancore & odio, infinita bona proueniunt.

Iuſtitia quã bona pariat

ℭExemplum eſt in Valerio Maximo lib. vi. cap. v. legitur enim ꝙ ſenatu aduerſus Phaliſcos bellum gerente, magiſter ludi quidam uelut ambulandi gratia, ex phaliſcis plurimos nobiliſsimos eductos in caſtra Romanorum perduxit: quibus interceptis, non erat dubium quin phaliſci depoſita pertinacia belligerandi, tradituri ſe Imperatori Romanorum erãt ea re cognita, ſenatus odio & rancore prætermiſsis cenſuit, ut pueri uinctum magiſtrum uirgis cædentes, in patriam remitterentur: qua iuſtitia animi eorum ſunt capti, quorum mænia, expugnari non poterant: nanq; phaliſci benefitio magis, quam armis uicti, portas Romanis aperuerunt. & ibidem legitur de G. Dominio tribuno pleb. qui cum haberet inimicũ M. Scaurum, & ut eum opprimeret, ſummo ſtudio flagraſſet, & cum ſeruus Scauri audiſſet, ad eum noctu peruenit, inſtructurum ſe eius accuſationem multis, & grauibus domini criminibus promittens. Iuſtitia tamẽ uicit odium. Continuos enim & ſuis auribus obſeratis, & iudicis ore clauſo, duci eum ad Scaurum iuſsit. ℭO infelicem ætatem noſtram, o mi 12

Auctor iuehit de hodiernis temporibus.

ſerabile ſeculum in quo odium præualet, iniuſtitia uiget, iuſtitia exulat, regnat lucri amor, & Deus comprimitur: hodierni enim iudices quam primum de delicto informationem capere intendunt, de inimicis & maleuolis inquiſitorum inueſtigant; eoſque alliciunt, uocant, & ad teſtimoniũ admittunt. quid enim infelicius, & miſerabilius dici poſſet? ubi enim Lucius Craſſus? qui cum Gn. carbonis nomen infeſto animo, ut pote inimiciſsimum, ibi detulerat ſeruus, ſcrinium eius a ſeruo illatum, ad ſe cõplura continens, quibus facile opprimi poſſet: (ut erat ſignatum) cum ſeruo catenato, ad eum remiſit? hodie autem ſeruus ille maiores honores, remunerationes, ſaluationes, conuiuia, dona, oſcula, amplexus, & cætera his ſimilia, & prorſus maiora ab hodiernus (nõ dicam iudicibus, ſed carnificibus, & ſitientibus humanum ſanguinem; haberet: & maiora uel ut melius dicam) ſimilia non decernerentur triumphi iure, his qui quinque milia hoſtium una acie, cæcidiſſent: Romanorum more. Et ꝙ peius eſt, hęc peſtis nedum inſiluit ſecularia tribunalia: uerum etiam cætus regularium, ac ſecularium congregationes, & non dico Prælatorum domos, ſed pectora. Aut enim lucri, ambitionis, timoris, odij, aut amoris gratia iuſtitia redditur; ſed cur dico iuſtitiam. iuſtitia fit, uiolentia

e xercetur

exercetur, ſæua mors, & duriſsimi carceres minantur. quid dicam?
Profecto, ſi hercules detractæ religionis ſuæ, & grauem, & manifeſtam
pœnam exegiſſe traditur. Cum enim potitij ſacrorum eius ritum, quem
pro dono genti eorum ab ipſo aſsignatum, uelut hæreditarium obtinue
rant, (auctore Appio Cenſore), ad humile ſeruorum miniſterium tranſ
tuliſſent: omnes qui erant numero ſuper xxx. puberes intra annum ex-
tincti ſunt. Nomenque Potitium in duodecim familias diuiſum, prope in
terijt. Et ſi uindex Apollo. qui carthagine a Romanis oppreſſa, ueſte au-
rea nudatus, id egit, ut ſacrilegæ manus, inter fragmenta eius abſciſſæ in
uenirentur. Et ſi pariter de Iunone legitur, quæ cum Quintus Fuluius
flaccus tegulas marmoreas ex eius templo, in cedē fortunæ æqueſtris,
quam Romę faciebat, tranſtuliſſet. interire fecit illico per ſummam ani
mi ægritudinem; cuius caſu motus ſenatus, tegulas locros reportandas
curauit: ut legitur apud Valer. Maxi. lib. primo capi. ij. quid faciet ergo
Deus malos male perdet & uineā ſuam locabit alijs agricolis. quapro
pter dilectiſsimi fratres amplectamur iuſtitiam, quæ concordiam et ami
citiam parit ſecundum Plato. lib. xxxi. in dialo. primo de repu. uel de iu
13 ſto. & ſecundum Ariſto. v. Ethico. primo. ¶ Iuſtitia non pars uirtutis, ſed — *Iuſtitia eſt virtus.*
integra uirtus eſt; & huic oppoſita iniuſtitia, non pars uitij, ſed integra
eſt uitioſitas. Iuſtitia enim perfectiſsima res eſt; quia omnes uirtutes in
uſum portat. ut ibi inquit Ariſto. hæc enim (inquit) iuſtitia uirtus perfe-
cta eſt: non abſolute tamen, ſed alterum, vt propterea ſæpe iuſtitia uir-
tutum præſtantiſsima eſſe uideatur: & neque heſperſus, neque lucifer ſit
14 adeo admirabilis. ¶ Et reſpicite ſemper dum magiſtratus culmen ade- — *Iuſtitia eſt virtus ad alienum bonum.*
pti eſtis, ad illud celebre dictum Biantis, Principatus enim (inquit) uirū
oſtendit. quippe cum ad alterum iam, & in ſocietate Princeps uerſetur.
ob id quoque ipſum iuſtitia ſola ex omnibus uirtutibus eſſe alienum bo
num uidetur; quia ad alterum ſpectat: agit enim ea quæ alteri conducūt,
aut principi, aut reipublicę. Peſsimus igitur eſt qui & ſecum, & cum a-
lijs prauitate utitur: optimus autem non qui ſecum, ſed qui cum alijs, uir
tutem exercet; ſecundum eundem Ariſto. ubi ſupra Magiſtratus enim ē
ille qui & ſibi & alijs uirtuoſus exiſtit. ipſe enim cum ſit miniſter legis.
15 ¶ Et lex ſit occaſio fęlicitatis, quod patet quia & ipſa præcipit quod for- — *Lex eſt occaſio fælicitatis.*
tis uiri opus eſt; ut non deſerere ordines, non fugere non abijcere arma:
& id quod temperantis; & ut non committere adulterium; non contu-
melioſe ſe gerere. & id quod eſt manſueti, ut non uerberare non male
dicere: ſimili quoque modo, ſecundum alias uirtutes et uitia, alia iubet,
alia prohibet. quæ omnia tendunt, ut nos uirtuoſi, & fælices reddamur,
& in ciuili ſocietate conſeruemur, Patet igitur quod ſi recte magiſtratus
16 hæc exercet; non ſibi tantum, ſed & alijs uirtuoſus erit. ¶ Imitemur — *Papinianus exemplum iuſtitię magnum præbuit.*
ergo Papinianum noſtrum condam celebratiſsimum iuriſcōſultum; qui
dum Antonius Baſsianus Caracalla uigeſimus ſecūdus Cęſar regnaſſet
ſex annos, fratrēq; germanū ſuum Getam in gremio matris occidiſſet: &
nouercæ ſuę, demū cōiugio copulatus eſſet, poſtulaſſetq; a Papiniano iu
riſcōſulto, ut parricidiū in fratre admiſſum, excuſaret, ad ꝙ reſpōſum a
Papiniano eſt nō perinde facile eſſe defendere parricidiū atque ꝑpetra

re

re quã ob rẽ & occidi iuſsit Antoninus Papinianum, quis dignus erat iuris conſultus haberi nimirum qui iuſtitiæ & honeſtatis nomine, vitæ periculum maluit ſubire, quã factum inhoneſtum probare. Nihil enim honeſtum eſſe poteſt: quod iuſtitia uacat. Præclarum igitur Platonis illud: non ſolum inquit ſcientia: quę eſt remota a iuſtitia caliditas potius quam ſapientia eſt appellanda. 17

Animus ad periculũ paratus quãdo

℄ Verum etiam animus paratus ad periculum, ſi ſua cupiditate, non utilitate communi impellitur, audaci potius nomen habeat quam fortitudinis. ut inquit Cicero in primo officio. vera autem & ſapiens animi magnitudo (inquit idem Cicer. vbi ſupra) honeſtum illud quod maxime natura ſequitur in factis poſitũ, nõ in gloria iudicat. Principemq; ſe eſſe mauult, quam uideri. etenim qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis uiris non eſt habendus facile autem ad res iniuſtas impellitur, vt quiſque eſt altiſsimo animo & gloriæ cupido, qui locus eſt ſane lubricus, quod uix inuenitur, qui laboribus ſuſceptis periculisque aditis, non quaſi mercedem rerum geſtarũ deſideret gloriã omnino fortis animus, & magnus duabus rebus maxime cernitur, quarum una in rerum externarum deſpicientia ponitur: cũ perſuaſum ſit, aut admirari, aut optare, aut expetere oportere, nullique neque homini, neque perturbationi animi nec fortunæ ſuccumbere: Altera eſt res, ut cũ ita ſis affectus animo ut ſupradixi res geras magnas illas quidem, & maxime utiles, ſed ut uehementer arduas plenasque laborum & periculorum, tum cauſa uitæ, tum multarum rerum quæ ad uitã pertinent harum rerum duarum ſplendor omnis, & amplitudo eſt, addo etiam utilitatem in poſteriore. Cauſa autẽ & ratio efficiens magnos uiros eſt in priore. In eo enim eſt illud, quod excellentes animos & humana contemnentes facit. Id autem ipſum cernitur in duobus ſi & ſolum id quod honeſtum ſit bonum iudices, & ab omni perturbatione liber ſis, nam & ea quæ eximia plerisque & præclara uidentur, parua duce eaq; ratione ſtabili, firmaque contemnere, fortis animi magnique dicendũ ẽ vt ea quæ uidẽtur acerba quæ multa, & uaria in hominum uita fortunaq; uerſantur, ita ferre ut nihil a ſtatu naturæ diſcedas, nihil a dignitate ſapiẽtis robuſti animi eſt magnæque conſtantiæ. Non eſt autem conſentaneũ, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate, nec qui in uictum ſe a labore præſtiterit, uinci a uoluptate,

Pecuniæ cupiditas fugienda eſt.

℄ Quam ob rem & hæc uitanda ſunt, 18 & pecuniæ fugienda cupiditas, nihil enim eſt tam anguſti animi, tamq; parui quam amare diuitias, nihil honeſtius magnificentiusque, quam pecuniam cõtemnere, ſi non habeas, ſi habeas ad beneficẽtiam, liberalitatemque conferre. Cauenda eſt etiam gloriæ cupiditas (ut ſupra dixi) eripit enim libertatem, pro qua magnanimis uiris omnis debet eſſe contentio. Nec uero imperia expetenda, ac potius non accipienda interdum, aut deponenda nonnunquam. Vacandum eſt omni animi ꝑturbatione, tum cupiditate & metu, tum etiam ægritudine, & uoluptate animi, & iracũdia, vt tranquillitas animi adſit & ſecuritas, quę afferat tum conſtantiam, tum etiam dignitatem. Sicque iudices, & magiſtratus omnes rogatos eſſe uolo, ut omni conamine, totis uiribus, tota mente, toto corde, ac omni intentione, nõ uerbis (ut boni iudicemini) ſed facto opere, & exe-

quutione

quutione Deum inuocātes,abſoluto proceſſu ab omni accuſatione,& defenſione eoque publicato,ad diſcuſsionem cauſæ properātes,talem modum ſeruetis. ❡Vt prætermiſsis cupiditate gloriæ,perturbatione animi, pecuniæ cupiditate ac omni auaritia & inimicitia taliter ueritatem percipere ualeatis,ut iuſtitia praua improba & ſcelere facta emendentur; pax ſeruetur ſocietas ciuilis non diſſoluatur boni præmientur. Deus ho-

De eodem.

19 noretur,& mali luant pœnas. ❡Et ne præcipitanter prorumpatis ad punitionem,eſt enim præcipitatio peccatum ſub imprudentia contentum, & opponitur dono conſilij. Secundum Grego.in ſecundo moral.& Bea. Thom.ſecunda ſecundæ q.53.art.3.Gradus autem medij, per quos oportet ordinate deſcendere: ſunt memoria præteritorum,intelligētia præſentium,ſolertia in conſiderandis futuris euentibus,ratiocinatio unum alteri conferens, docilitas per quam aliquis non aquieſcit ſententijs maiorū. per quos quidem gradus aliquid ordinate deſcendit recte conſilian do,ſi quis autem feratur ad agendum ,per impetum uoluntatis,vel paſsionis pertranſitis huiuſmodi gradibus,dicitur precipitatio. & ideo ne ſub hoc uitio,& peccato incidaris neceſſe eſt , habere memoriam præteritorum, & ſic ut totum proceſſum de ſillaba ad ſillabam diligenter, & nature ꝑcuntetis;reaſſumendo indicia, coniecturas, uerisimilitudines , & cæteras probationes,& hæc ex parte accuſatoris & deinde ex parte defenſoris cōſideretis ſingulas excuſatiōes,ꝓbatiōes & cætera omnia quæ adducū-

Iuſtitia nō ē præcipitāda.

20 tur. ❡Quibus omnibus conſideratis oportet monere ambas partes, & cum eorum aduocatis compareant ad diſcutiendum merita proceſſus,et ſingula quæ allegantur ad accuſationem uel eius dxcuſationem,& in his oportet habere intelligentiam,ut.ſ.ſitis attenti ad intelligendum, ea quæ allegantur;& non faciatis,ſicut quidam imperiti iudices hodierni faciūt; qui præſumunt omnia ſcire, &ob id in diſputationibus cauſarum,modo huc,modo illuc uagantes,nihil intelligunt,et miſeri aduocati in uanum la-

Citādę ſunt partes ad diſcutiendū ſuper inditijs.

21 borant. ❡Demum oportet his peractis cum magna ſolertia conſiderare futuros euentus.ſ.ut diligenter conſideretis quid faciendum ut iuſtitiæ ſatisfiet,partes non lædantur,& intentio legis(quæ eſt ut Deo ſimiles reddamur)per prouiſionem faciendā ſequatur.& ut prædicta facile fiāt, neceſſaria eſt ratiocinatio, unum alteri conferens ut.ſ.conſideretis in huiuſmodi emendatiua iuſtitia ſecundum proportionem aritmeticam reducere ad æqualitatem(iuxta præcepta & declarationes Ariſto.5.Elhic.4.) accuſatum ad accuſantem,pendentes grauitatem offenſa,& læſionē offenſi; nam ius emendatiuum lucri & damni medium eſt, vnde etiam cū

Iudex quæ debet cōſiderare ante determinationem.

22 altercantur homines, ad iudicem confugiunt. ❡Ad iudicem autem ire, eſt ire ad ius ipſum: quippe cum iudex,nihil aliud ſit quam ius quoddā animatum: & quærunt iudicem mendi, & uocant nonulli mediatores quaſi ſi medium fuerint conſequuti, ius quoque ipſum ſint cōſequuturi. Ius igitur medium quoddam eſt,ſiquidem & iudex,iudex autē ad æqualitatem redigit. nam cum hic percuſſus eſt,ille percuſsit, hic interfecit ille autem interijt,affectio & actio in partes nō æquas diuiſa eſt. Sed de lucro detrahens,iudex damno redigere ad æqualitatem eas conatur. ❡Et ne pertinacia animi,verum a falſo diſcernere minime faciat, adhibēdū

Ad iudicem ire,eſt ire ad ius ipſum.

De eodem.

eſt

eſt docilitas ut.ſ.malorum ſententiis,non acquieſcatis,ſed faciles ſitis ad mutandam opinionem,de bono in melius, & de malo in bonum. hæc omnia ſi ſic obſeruetis,& uobis honori, & reipublicæ utilitati eritis,& merito dici poterit nomen dei inuocatum.

Omnibuſque diligenter penſatis,uidelicet grauitate, & enormitate delicti. Cap. 16.

SVMMARIVM.

1 Iuſtitiæ emendatiue partes in quo uerſentur.
2 Iuſtitia cõmutatiua in quo uerſetur.
3 Acceptio rei alienæ tripliciter accidere poteſt.
4 Iuſtitia,& miſericordia inſimul debent ineſſe.
5 Sæueritas ubi exercenda.
6 Criminum aliquod maius,aliud minus eſt.
7 Pœnæ ſunt inæquales.
8 Crimina leuia, grauia, & grauiſsima.
9 Qualitas perſonarum auget delictum.
10 Delicta clericorum ſunt grauiora laicorũ delictis tripliciter.
11 Dignitas perſonæ quando faciat,vt mitius quis puniatur. & infra nu. 13.
12 Delictum publice commiſſum magis punitur.
13 Dignitas perſonæ an faciat minus punire? & ſup.nu. 11.
14 Exempla quibus delatum fuit dignitati.
15 Nobilitas,& dignitas qñ,& q̃ delicta augent, & aggrauãt.
16 Proditor amittit nobilitatem.
17 Nobilis, falſi crimen committens,grauius puniendus.
18 Pœna mitior nobili quã ignobili imponenda, locũ habet in arbitrariis,non inordinariis.
19 Minor an mitiori pœna puniatur?
20 Enormitas delicti dependet aliquando a qualitate perſonæ, temporis,& loci.
21 Compoſitionem in omnibus admittere,an ſit laudabile?

Iuſtitiæ emendatiuæ partes in quo uerſentur.

PARTES enim emendatiuæ iuſtitiæ,ſeu commutatiuæ,in hoc uerſantur. ℂ (Loquendo de ea parte quæ uerſatur circa perſonas inuoluntarie)ut iudex uolẽs recte reducere perſonas & res ad æqualitatem conſideret grauitatẽ offenſarũ,& criminũ,in uolũtarie.n.quis ut itur re alterius,uel perſona, uel opere eo inuito, qđ quidẽ contigit,quandoque occulte p fraudẽ, qñque quidẽ manifeſte per uiolentiã, vtrumque aũt contigit aut in rẽ,aut in perſonam propriam,aut in perſonam coniunctam,in rem quidẽ,ſi occulte unus rem alterius accipiat,uocatur furtum,ſi autem manifeſte uocatur rapina.In perſonam autem propriam, uel quantum ad ipſam conſiſtentiam perſonæ,uel quantũ ad dignitatẽ eius,ſi autẽ quantũ ad conſiſtẽtiam perſonæ ſi læditur aliquis occulte per doloſam occiſionem,ſeu per cuſſionẽ,& per ueneni exhibitionem. Manifeſte autem per manifeſtã occiſionem,

occiſionem, aut per incarcerationem aut uerberationem, ſeu membri mutilationem. Quantum autem ad dignitatem perſonæ, læditur aliquis occulte quidem per falſa teſtimonia, ſeu detractiones: quibus alieni aufert famam ſuam, & per alia huiuſmodi, manifeſte autem per accuſationem in iudicio, ſeu per conuicīj illationem. Quantum autem ad perſonam coniunctam, læditur aliquis in uxore, ut plurimum occulte, per adulterium, ſeruo autem, cum aliquis ſeruum ſeducit ut a domino diſcedat: & hæc etiam manifeſte fieri poſſunt, & eadem ratio eſt, de alijs perſonis coniunctis, in quas etiam poſſunt omnibus modis iniurie committi, ſicut & in perſonam principalem. ¶ In hoc enim parte iuſtitiæ commutatiuæ. ſeu emendatiuæ, oportet reddi aliquid alicui ſingulari perſonæ offenſa propter eius rem acceptam, ſeu offenſam factam & ideo oportet adæquare rem rei, ut quanto offenſor habet pluſquam ſuū, ſit de eo quod eſt offenſi, tantundem reſtituat ei cuius eſt. & ſic fit æqualitas ſecundum arithmeticam proportionem, quæ attenditur ſecundum partē quantitatis exceſſuum ſicut quinque eſt mediū, inter ſexto & quatuor, in quantitate enim excedit, & exceditur. Si ergo uterque a principio habeat quinque, ut vnus eorum accepit unum de eo quod eſt alterius unus accipiēs habebit ſex & alterius relinquentur quatuor erit ergo iuſtitia, ſi uterque redducatur ad medium ut accipiat ille unum, ab eo qui habet ſex, & ſic uterque habebit quinque, quod eſt mediū. ita declarat Beat. Tho. ſecunda ſecundæ. q. 61. art. 2. & Ariſto. 5. ethi. 1. & 2. ¶ Nec tantum ipſa res accepta, de bonis alterius debet reſtitui ei cuius eſt, ſecundū commutatiuam iuſtitiam, ſed debent conſiderari res accepta, & ipſa acceptio. Ratione autem rei tenetur eam reſtituere. quandiu eam habet penes ſe: quia quod habet ultra id quod ſuum eſt, debet ei ſubtrahi, & dari ei cui deeſt ſecundum formam commutatiuæ iuſtitiæ. ¶ Sed ipſa acceptio rei alienę poteſt tripliciter ſe habere. quandoq; enim eſt iniurioſa. ſ. contra voluntatem eius qui eſt rei dominus ut patet in furto & rapina, & tunc tenetur ad reſtitutionem, non ſolum ratione rei, ſed etiam ratione iniurioſę actionis, etiam ſi apud ipſum res non remaneat ſicut enim qui percutit aliquem tenetur recompenſare iniuriam paſſo, quamuis apud illū ex illa percuſsione, uel homicidio nihil remaneat. ita etiam qui furatur, vel rapit, tenetur ad recompenſationem damni illati etiam ſi nihil inde habeat, & ulterius pro iniuria illata debet puniri, ut ſatisfiat reipublicę alio modo aliquis accipit rem alterius, in utilitatem ſuam conuertendo, abſq; iniuria eius, cuius eſt. ſed de eius uoluntate ſicut patet in mutuis: & tunc ille qui accipit, tenetur ad reſtitutionem eius quod accepit, non ſolum ratione rei, ſed etiam ratione acceptionis & ſi rem amiſit tenetur recompenſare, nec debet aliter puniri, quia acceptio & non eſt iniurioſa, tertio, aliquis accipit rem alterius, abſque iniuria, nō ꝓ ſua utilitate ſicut patet in depoſitis, & ideo, ille qui ſic accipit, in nullo tenetur ratione acceptionis, ſed tantum ratione rei, ut illam reſtituat & ſi illam amiſit cum magna ſua culpa, tenetur recompenſare. ſic quoque (ut uides) oportet iudicē arithmetica proportione cuncta pendere, & conſiderare, ut ſic recte ſatisfiat commutatiuæ iuſtitiæ. Quare neceſſarium eſt, ut ante omnia

Iuſtitia cō mutatiua in quo uerſetur.

De eodem.

Acceptio rei alienę tripliciter contingere poteſt.

Iuſtitia, & miſericordia in ſimul debent ineſſe.

conſideret grauitatem,ſeu enormitatem delicti, & offenſionis. ¶ Ita q̃ ante oculos, ſemper babeat dictum beat.Grego.in morali.20.partiũ.4.c.11.omnis enim (inquit) qui iuſte iudicat ſtatheram in manu geſtat. in utroq; penſio iuſtitiam & miſericordiam portat, ſed per iuſtitiam reddit peccati ſententiam.per miſericordiam peccati temperat pœnam, ut iuſto libramine,quædam per æquitatem corrigat,quædam uero per miſericordiam indulgeat.Qui dei iuſtitiam oculis ſuis præponit ſemper timens & tremens , in omni negotio , formidat ne de iuſtitiæ tramite deuians cadat, & unde non iuſtificatur , inde potius condemnetur.de quo dicto habetur.in.c.omnis 45.diſtin. 4

¶ In grauioribus enim cauſis,ſeueritas legum,cum aliquo temperamento ſubſequatur,& in leuioribus pronior ſit index ad lenitatem.ſecundum Archi.in.d.c.omnis & eſt tex.in.l. reſpiciendum.ff.de pœn.magna enim reprehenſione dignus eſſet iudex qui in leuiori crimine magnam pænam imponeret,quod Martialis præſentit,& ſic eleganti epigrammate eum notat atque illudit. 5

Seueritas ubi exercẽda.

Non de ui neq; cæde,nec ueneno,
Sed lis eſt mihi,de tribus capellis.
Vicini,queror has abeſſe furto.
Hoc iudex ſibi poſtulat probari,
Tu cannas,mithridaticumq; bellum
Et periuria punici furoris,
Et Syllas Marioſque,Mutioſque
Magna uoce ſanas manuq; tota.
Iamdic poſthume.de tribus capellis.

Quare ubi de fama, de corpore, ac ſalute hominis agitur, & delictum pœna, ſeu morte; mulctandum eſt, neque leuiter conſultandum, neque temere decernendum eſt, ſed perpenſo(ut ait Marcellus) iudicio, hoc eſt ponderata & examinata re tota, atque negocio,cauſaque omni probe perſpecta,quemadmodum enim architecti ſeu geometræ inequalia ſpacia; ſeu opera, perpendiculo ſuo ad æqualitatem redigunt,ita iudicem oportet,id quod durius,aut remiſſius eſt, exacto iudicio ad æqualitatem perducere.

Criminum aliud maius aliud minus eſt.

6 ¶ Non enim a noſtris legibus recipitur ſtoicorum illa ſententia , ut paria ſint delicta,& peccare idem ſit.ſed aliud crimẽ altero maius reputãt,& aliud leue,& excuſabile,aliud enorme & capitale,de quo per Horat.lib.i.Satyra.iij.

Quies paria eſſe,fere placuit peccata laborant.
Cum uentum ad uerum eſt.ſenſus moreſque repugnant,
Atque ipſa utilitas iuſti prope mater,& æqui.

Et in alio loco.

Non uincet ratio,hoc tantundem ut peccet.Idemque.
Qui teneros caules alieni frigerit horti
Et qui nocturnus ſacra diuum legerit.

Pænæ ſunt inęquales.

7 ¶ Et propterea pænarum genera inęqualia ſunt,ut colligitur ex toto titulo.ff.&.C.de pęn.quia inæqualia ſunt delicta, & ſic etiam eſt de iure canonico,ut in cap.tuæ diſcretionis extra de pen.& toto titu.

Crimina le.

8 ¶ Et ideo do.Abba.breuiter reaſſumendo , dicit in d.cap.tuæ diſcretionis

nis quod quædam ſunt delicta leuia, & quædam grauia, quędā grauiſsima leuia dicūtur ubi dolus non interuenit, nec requiritur, vnde quando aliquid committitur per imperitiam, vel culpam, ſine dolo, vel quando dolus interuenit: ſed circa rem modicam, vt forte modicæ rei inter domeſticos, dicuntur delicta leuia l. reſpiciendum. ff. de pœn. l. leuia. ff. de accuſa. c. cum dilecti extra de accuſa. delicta vero grauia ſunt in quibus exigitur & interuenit dolus, & tendunt in graue præiudiciū alterius, ſeu rei publicæ & magna pœna imponitur. ut in furto: periurio. & ſimilibus. ut in. c. cum non ab homine de iud. grauiora crimina ſunt publica: & quando non imponitur pæna mortis, grauiſsima uero, vbi imponitur pęna mortis nam ex grauitate deprehendimus quantitatem & qualitatē delicti c. non afferamus. 24. q. 1.

Leuia, et grauia, et grauiſsima.

9 ¶ Item eſt ſciendum quod aliquando perſonarum qualitas auget delictum, vt in c. cum quidam extra de iureiuran. & in cle. 2. de vit. & honeſta. cler. & ibi do. Car. in verbo dignitatem in v. q. ubi dicit poſt Paul. & zenzel. quod ubi exigitur maior honeſtas ibi eſt maior ſtatus, & prærogatiua & ideo uidetur maior cōtemptus, & ex conſequenti maior pęna debet imponi, quia debet correſpōdere delicto. c. non afferamus. 24. q. 1. & hæc vera habito reſpectu ad perſonas delinquentium.

Qualitas perſonarum auget delictū.

10 ¶ Eſt tamē bene verum, quod licet religioſi ſint digniores laicis, & per conſequens eorum peccata, & delicta deberent eſſe grauiora, & grauiori pœna plectenda, nihilominus, peccatū quod a religioſi cōmittitur, poteſt eſſe grauius peccato ſecularium eiuſdem ſpeciei tripliciter, uno modo, ſi ſit peccatum contra uotum religionis puta, ſi religioſus fornicetur, uel furetur, quia fornicando, facit contra uotum continentiæ, & furando facit contra uotum paupertatis non ſolum contra pręceptum diuinæ legis ideo maius reputatur peccatum religioſi quam laici? quia tantummodo peccant contra præceptum diuinæ legis, ſecundo ſi ex contemptu peccant religioſi: maius eſt peccatum: quia uidentur magis ingrati diuinis beneficijs, quibus ſunt ſublimati ad ſtatum perfectionis, ſicut Apoſtolus dicit ad Heb. 10. (quod fidelis grauiora meretur ſupplitia ex hoc, quod peccando filium Dei conculcat per contēptum) unde & Dominus cōquæritur. Hyere. 11. (quid eſt quod dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa?) tertio modo, peccatum religioſi poteſt eſſe maius propter ſcandalum, quia ad uitam eius plures reſpiciunt. unde dicitur Hyerem. 23. (in Prophetis Hieruſalem uidi ſimilitudinem adulterātium & iter mendacij. & confortauerunt manus peſsimorum ut nō conuerteretur unuſquiſque a malitia ſua.) *Si* uero religioſus non ex contemptu, ſed ex infirmitate, uel ignorantia aliquod peccatum quod nō eſt contra uotum ſuæ profeſsionis, cōmittit abſque ſcandalo puta in occulto) leuius peccat eodem genere peccati, quam ſecularis, quia peccatum eius, & ſi ſit leue quaſi abſorbetur ex multis bonis operibus, quę facit & ſi ſit graue, facilius reſurgit, primo quidem, propter intentionē erectam, quam habet ad Deum, ſecundo, quia iuuatur a ſocijs ad reſurgendum, & ita concludit beat. Tho. in ſecūda ſecūdę q. 186. art. decimo & ita tenuit Io. Andr. in. c. accuſatus de here. lib. 6. & ſequitur Domi. in. c. homo Chriſtianus in fi. 40. diſti. & Abb. & Fel. in. c. cum quidam extra de iur. iuran.

Delicta clericorū ſunt grauiora laicorum delictis tripliciter.

De eodem.

¶ Et iſta, quod religioſus non punitur pluſquam ſecularis in eodē genere peccati, niſi in tribus caſibus, de quibus ſupra intelliguntur procedere in perſeuerantibus in monaſterio, alias eorum delicta ſemper ſunt grauiora, ut dicit Feli.ubi ſupra. ¶ Item quoties tractatur de pœna corporali imponenda, dignitas perſonæ delinquentis operatur ut mitius faciat punire exiſtentem in dignitate quam priuatus.l.2.C.ut nemo priua. &.l.pedius.ff.de incen.rui.& nau.& facit gloſ.in.c.cum beatus 65.diſti. & in c.nō cogantur 11.diſtin. & habetur per Fely.ubi ſupra nec obſtare dicit, quod deferendo maioribus perſonis in penis, uideatur lex uti acceptione perſonarum, quia reſpondet Io.Andr.in.c.2.de offi.deleg.in.6.ꝙ conſideratur acceptio, quo ad iuſtitiam miniſtrandam ſed in coactionibus, & penis dignitati defertur, ut in iuribus ibi per eum allegatis & per gloſ.in.c.contumaces.l.diſtin.nam poteſt iudex gratificare, in aliquibus conſiderando not.per glo.in c.fin.extra de tranſact. nec etiam dicit obſtare, quod delictum ſit maius, reſpectu dignitatis ergo maior debet eſſe pæna, quia reſpondet Cardi.poſt.Lau.& zenzel.in clem.multorum in prin.prima oppo.& in,12.q.de pœn.quod minor pena reputatur maior in maiore allegat glo.fi.in.c.2.de offic.delega.dicit tamen quod ſunt ſex caſus, in quibus ratione dignitatis nō diminuitur pæna, de quibus ibi per eum. ¶ Item attendi debet an delictū ſit occulte commiſſum, an publice, nam cæteris paribus, maius delictum eſt illud quod committitur publice quā occulte ratione exempli, tum maxime in clericis & aliȷs religioſis, ſecundum Saly.in.l.3.C de ſum.tri.& fid.ca.& c.præcipue.11.q.3.& eſt bonus tex.in.c.1.ad fin.de uoto.lib.6.quod intellige ut ibi dicit Fely. ¶ Sed ea que ſuperius dicta ſunt quod mitius punitur corporaliter, conſtitutus in dignitate, quam priuatus in eodem genere peccati, ſatis uidentur contraria dicta, Ariſto.5.Ethico.4.quatenus dicit in his uerbis, nihil enim refert probus ne uir malum, an malus probū ſuo priuarit neque probuſne, an improbus adulterium commiſerit: ſed ad ſolam nocumenti differentiam lex ſpectat, perindeq; perſonis utitur ac ſi æquales ſint ſi ille iniuria afficiat, hic afficiatur, hic lædat, ille lædatur cuius contrarium uoluit Clau.iureco.in l.aut.facta.ff.de pen.dicens, haberi debere reſpectum ad qualitatem perſonæ eius qui delictum fecit, & eius qui paſſus eſt.& pro opinione Claudiȷ iuris conſulti, & Fel.& aliorum in loco ſupra allegato. ¶ Ad propoſitum optime facit quod uoluit Quintilia.li.6.inſtitu.ora.de concluſione differens periclitantem (inquit) commendat dignitas, & ſtudia fortia, & ſuſceptæ in bello cicatrices, & nobilitas & merita maiorum; & idem lib.7.quo loco de qualitate loquitur, ſcribit ad penarum deprecationem, prodeſſe nobilitatem, dignitatem, propinquos, comites & Tullius quoque ante illū lib.2.rhetoricorum de deprecatione loquens, hæc (ait) ignoſcendi ratio quæretur, ex his locis, ſi plura aut maiora officia, quā maleficia uidebuntur conſtare. ſi qua uirtus, aut nobilitas erit in eo, qui ſupplicabit & idem in defenſionem Lutȷ.Fla.maiorum, & generis honores, imperiū, & rerum geſtarū gloria non prætermiſit. & Valerius Max.li.8.c.1.ſcribit Scaurum, cuius ſalus propriȷs obruebatur criminibus, tamen propter uetuſtiſsimam nobilitatem, & recentem

Dignitas perſonæ quando faciat, ut mitius quis puniatur. 11

Delictū publice cōmiſſum magis punitur. 12

Dignitas perſonæ an faciat mitius punire. 13

Exempla, quibus fuit delatum dignitati. 14

centem patris memoriam abſolutum fuiſſe. Et apud Sueton.in au-
guſto.c.5.C. Lectorius adoleſcens patricij generis in deprecanda gra-
15 uiore pœna adulterij, natales inter cætera allegat. ℭ Eſt tamen bene
uerum, quod quandoque nobilitas, aut dignitas, auget delictum.l.quæ
dã delicta, & ibi Bar.& Alb.ff.de pæn.&.l.ij.& l.omne delictum.§.au
getur.ff de re militar.& cap.homo & ibi gloſ.xl.diſtin.& cap.quia ſãcti
tas.l.diſtin.& cap.nullus itaque & ibi glo.i.q.1. ℭ Et ſecũdũ Tiraquel.
in tract.nobilita.cap.xx.num.114. Tunc crimen augetur dignitate
quando peccatur, & delinquitur in his quæ dignitatem concernunt; atq;
illius adminiſtrationem, uel in his propter quæ dignitatem, uel hono-
rem ſumus conſequuti, uel cum delictum cedit in dedecus & contumeliã
ipſius dignitatis, uoluit Bartol.in.d.l.quædam & Alexand.in.l.2.C.ut ne
priua.paulo ante fin.uel etiam quando delinquimus prætextu & occaſio
ne dignitatis ſecundum Raine.& Sali.in.l.presbiteri.C.de epiſ.& cleri.

Nobilitas & dignitas quando & quæ delicta augent, & aggrauant.

De eodem.

16 ℭ Item in proditionibus dignitas magis nocet in pænis quam iuuet, nam
proditor amittit nobilitatem, & inſignia nobilitatis ab eo delenda ſunt,
l.eos.qui.ff.de pen.quam ſing.dicit Rom.ſingu.476.eorum arma & ite
rum ſingu.169. Et ideo maiori pena plectitur qui habet dignitatem.ſeu
nobilitatem, quam ſimplex, plebeus.ſecundum Bal.in cap cum quidam,
extra de iur.iura.& eo caſu dicit nobilem altioribus furcis eſſe ſuſpendẽ
dum, quam plebeum.

Proditor amittit nobilitatem.

17 ℭ Item dicit idem Tiraquel.ubi ſupra quod cum
falſitas ſit multum aliena, cũ ſit proditioni affinis & cognata ideo ſi no-
bilis crimen falſi, commiſerit, grauius quoque puniendus eſt. refert ita
tenere Alber.in.d.l.quædam.ff.de pæn.& Matth.de afflict.in deciſi.404.
col.penul.allegans ad idẽ gloſ.in cap.ſingula.lxxxix.diſtin.ſed nihil di-
cit ibi de hoc gloſ.ſecundum Tiraque.refert etiam id tenere Luc.de pen.
in.l.mulieres col.5.uerſi.ultimo nota.C.de dignita.lib.12.

Nobilis falſi crimen cõmittens, grauius puniendus.

ℭ Item dignitas & nobilitas faciunt maius delictum hereſis, ſecundum
Archi.in c.qui contra 27.q.1.& Feli.in cap.cum quidem de iur.iurand.
col.3.uerſi.quintus eſt.

De eodem.

ℭ Item dignitas & nobilitas faciunt maius deli-
ctum, in trãſgrediente mandatum principis, ut grauius puniatur.ſecun-
dum Bal.in cap.1.§.ſiquis uero auſu.per.illum tex.de pac.iura.fir.& ſe-
quitur Feli.ubi ſupra.

De eodem.

ℭ Item licet mitius puniatur quis in penis corpo-
ralib.ratione dignitatis & nobilitatis tñ in pænis pecuniarijs, cæteris qui
dẽ partibus, magis puniẽdus eſt.l.properandũ.§.ſin autem utrinq;, et ibi
Bar.& alij.C.de iud.& latiſsime per Tiraquell.in loco citato numero.
120.ubi allegat plures cotas.

De eodem.

ℭ Item quando nobilis mandauit pauperi
ut delictum committat, uel auxiliatus eſt pauperi delinquenti.nobilis
ille tunc eadem pæna punitur qua pauper mandatarius, ut ibi per eum.

De eodem.

ℭ Item mitius puniuntur nobilis, & in dignitate conſtitutus quã igno-
bilis, quod procedit, niſi forte aliud ſuadeat fieri nimia contumacia ut
probat tex.in cap.ſecũdo in fin.de offi.delega.lib.vi.& firmat late Tira
quel.ubi ſupra.

De eodem.

ℭ Item prædicta omnia de mitiori pæna imponenda no
18 bili quam ignobili intelliguntur procedere in pænis arbitrarijs, quæ cũ
non ſint certæ legibus uel ſtatutis, relictæ ſunt arbitrario iudicis. at ſecus
in penis ordinarijs, uniformiter & determinate indiſtincte, & in diſcri-

Pœna mitior nobili quam ignobili imponẽ

 minatim

da locū habet in arbitrariis nō in ordinariis. De eodem. Minor ā puniatur mitiori pena.

minatim impoſitis.tunc enim eadem pœna puniūtur nobiles, ſicut igno biles,ſecundum Iac.Butr.Guliel.cun.& Bal.in.l.nemo.C.de ſacr.ſan.ec cle.Sali.in.l.ſeruos.C.ad.l.iul.de ui.pu.quod intellige ut ibi.

ℭ Item intelligenda prædicta,niſi ſtatuta aliter, expreſse diſponunt.ut ſcilicet nobiles grauius puniantur quam ignobiles.ut ibi per eum.

ℭ Aliquando etiam delictum graue,& nimis enorme reputatur non tā 19 enorme,reſpectu pœnæ imponendæ ratione perſonarum,non ratione di gnitatis,uel nobilitatis,ſed perſonarum tantum,ut eſt exemplum uidere,in minore,cuius delictum,& ſi graue,ſit,minus reputatur reſpectu pœnæ imponendæ,quam in maiore. Et id dixi ex neceſsitate eſſe,non ex arbitrio iudicis,in additio. ad Rober.Maran.quibus dictis,adde quę dixit Plato in dialo.ix.de legi.(inquit enim)hanc ſi uires roburque conſecuta fuerit,ingentium turpiſsimorumque ſcelerum cauſam eſſe cenſebit,ſin autem imbecillitate præmatur,peccata,& puerorum,& ſeniorum, inde profecta,peccata quidem eſſe putabit, & aliis tanquam peccātibus lege præſcribet, ſed mitiſsimas omnium, plurimaque uenia & indulgentia plenas, & hic illud aduerbium.interdum poſitum in.§.in delictis ad hoc ponitur,quia aliquando uenia & indulgenti requiritur,& aliquando mitior pœna,ſed quod ſemper ſi non habet locum uenia;non habeat locum minor pœna ex neceſsitate hoc negatur,in regno per nouam prag.eſt declaratum hoc.

Enormitas delicti depēdet aliquando a qualitate perſonæ. temporis.et loci.

ℭ Aliquando enormitas & grauitas delictorū depēdet 20 a qualitate perſonarum offenſarum,temporis,& etiam loci,nam offēdere clericum,maius delictum eſt quam ſi offēderetur laicus ut habetur in l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſ.& cler.Item ratione temporis,aggrauatur,& alteratur delictum,ſecundum Bar.in.l.non ſolum.§ ſed ut probari uerſi.pone ſtatutum & ibi per Alexā.ff.de no.ope.nunc.et in.l.libellorū 4.col.in prin.uerſi circa tempus quæro,ff.de accuſa.Item ratione loci, in quo delictum cōmittitur,ſimiliter aggrauatur delictum,& ſic grauius eſt delictum, quod committitur in eccleſia quam illud quod cōmittitur extra eccleſiam,cap.cū pro cauſa de ſen.excom.& cap.frater.xvij.q.iiij. & habetur per dom.Abba.in cap.immunitatem extra de immu.eccl.ꝙ & uoluit Plato.in dial.x.de lege.in prin.(inquit enim)reliquorum uero maxima ſunt,petulantium iuuenum contumeliæ,atque iniuriæ.que tunc maxima quando in ſacra committuntur,præſertim cum publica atque ſancta,uel in tribū aliquorum communionē,uel aliorum huiuſcemodi. de quo infra uidebimus.ſed ex quibus delicta aggrauantur,aut augētur uide omnino Guliel.de Bened.in cap.rainucius de teſta.in quæſtio.de homicid.num.13.cum pluribus ſequentibus.

Cōpoſitionē in omnibus admittere an ſit laudabile.

ℭ Vtrum in omnibus ad- 21 mittere compoſitionem, ſit iuſtitiam facere,ſitque laudabile?& quæ requirantur,ut licite fieri poſsit uide Dom.Fabium.monteleo. locren.in ſuo pulchro tracta.de quatuor lib.arb.in.1.& ultima parte quintæ principalis,& in ſequentibus, quæ omnia ibi dicta, ſi non toruo oculo inſpexeris multum utilitatis reportabis ex eis.

Vt

Vt ſi eſt ſacrilegium. Cap. 17.

SVMMARIVM.

1 Sacrilegiū enorme ex Platone.
2 Sacrilegium quid ſit.
3 Sacrilegium multis modis impropriè committitur.
4 Sacrilegium committit uaſtans eccleſiam.
5 Sacrilegium committit uiolans montalem.
6 Sacrilegium committit clericus conſulens aruſpices.
7 Sacrilegium committit qui iniuſte aliquē excommunicat.
8 Sacrilegium committit uiolans immunitatem eccleſiæ.
9 Pœna uexantibus prædia eccleſiæ imponenda.
10 Sacrilegium an committat percutiens clericum?
11 Sacrilegium quando dicatur exceptum?
12 Infames quando accuſent de ſacrilegio.
13 Sacrilegium pōt puniri per eccleſiaſticum etiam in laicos.
14 Sacrilegium eſt crimen mixti fori.
15 Sacrilegii qualiter defendātur. Et primo probando rem ablatam animo ſurandi nō fuiſſe. Et infra per totum.
16 Sacrilegium non committitur, re non ſacra a loco non ſacro ablata.
17 Sacrilegium non dicitur uiolatio eccleſiæ adhuc non ſacræ.
18 Sacrilegium an committat manum iniiciens in clericum excommunicatum?
19 Sacrilegium non cōmittit percutiens clericum hereticum.
20 Sacrilegium an committat offendens clericum a iudice laico bannitum?
21 Clericus in fraganti repertus, licite capi poteſt a priuato.
22 Clericus cum re furtiua aufugiens, a priuato capi poteſt.
23 Clericus ſeditiones publice faciens, impune percutitur.
24 Sacrilegium non committit offendens clericum incedētem ueſtibus laicalibus.
25 Sacrilegium non committitur, ſiquis pro ſua, uel ſuorum defenſione, & etiam extraneorum, clericum percuſſerit.
26 Sacrilegium non dicitur, quando manus iniicitur in rem in poteſtate clerici exiſtentem.
27 Sacrilegium non eſt, quando propter non ſolutum canonē quis clericum ſuum inquilinū expellit.
28 Exequutio contra clericum per iudicem laicum, pro domus penſione an fieri poſſit?
29 Sacrilegium an faciant alia præparatoria, præter manus iniectionem?
30 Offenſa dum fit uis non eſt ſacienda quoquomodo fiat.
31 Capitulum ſi quis ſuadente, an locū habeat in omni iniuria?
32 Sacrilegium an fiat per omnē manus iniectionem?
33 Animus potiſsimum iniuriandi requiritur in ſacrilegio quomodolibet committendo.
34 Dolus requiritur in ſacrilegio perficendo.
35 Sacrilegium committitur per ſolam percuſsionem: per cæte

ra incurritur in excommunicationem tantum.

36 Offendens clericũ, an ante abſolutionem debeat ſatisfacere eccleſiæ ſuæ?

37 Clericus ad inuicem ſe offendẽtes, in excommunicationem incidunt.

38 Minor ætas excuſat quo ad minorem pœnam.

39 Adulterum clericum offendẽs, non eſt ſacrilegus.

40 Iniuria illata clerico, duplicem parit actionem.

41 Iniuriæ ſatisfactio qualiter fiat clerico.

42 Iniuriarum actio quanto tempore expiret.

43 Sacrilegium nõ committitur: ſi offendatur clericus immiſcens ſe enormitatibus.

44 Sacrilegium an committatur facta percuſsione in clericũ diuina turbantem?

45 Clericus percutiens clericum a quo abſoluetur.

46 Sacrilegium excuſat bona uita & fama, quoad diminutionẽ pœnæ.

47 Sacrilegiũ nõ ẽ: cũ famis neceſſitate furaẽ: Et nõ de nocte infra nu. 48. & ſupra nu. 33.

49 Pœna diminuitur antiquitate tẽporis: Et minoritate, ſeu decrepitate. Et infra numer. 50.

51 Mulier mitius punitur in ſacrilegio.

52 Sacrilegium non eſt uniforme utroque iure.

53 Pœna ſacrilegij quæ ſit.

SACRILEGII enormitas, & grauitas, nedum (diſertiſsime lector) ex ſacris canonibus, decretiſque ſanctorum patrum, facile deprehẽdi poteſt; ſed ſi dicta Platonis legantur in dialogo ix. de legibus in princ. utique grauior reputabitur, quippe cum de ſacris deorum falſorum ibi agatur. ¶ Et tam graue delictum reputatur; 1 quid igitur faciendum de peſsimis & ſceleratiſsimis Dei omnipotentis & eius ſacrorum ſacrilegis? ſic comprehendi poteſt cum enim ſacrilegij legẽ inſtituere uoluiſſet, tale præmittendum prohemium putauit. O mirabilis uir, non humanum te malum, neque diuinum ad ſacrilegia uertit: ſed exitialis quidã aſilus a priſcis atque inexpiatis flagitijs innatus hominibus circũ agitans, quẽ cunctis uiribus, effugere debes. quomodo autẽ effugies, audi. cum talis oboritur in animo cogitatio: cõfuge ad expiationes obſecro. cõfuge ad liberatorũ deorũ ſacrificia ſupplex, cõfuge ad bonorũ uirorũ cõſuetudines, ubi partim audias, partim tu quoque dicas iuſta, honeſtaque ab omnibus eſſe colẽda. Malorũ uero cõſuetudines apprime fugias; quę ſi feceris ceſſaueritq; morbus. bene te cũ actum erit. aliter autẽ mori ſatius fore arbitratus; deſine uiuere. Demum legem inſcribens (inquit) qui deprehẽſus in ſacrilegio fuerit: ſi ſeruus, peregrinuſve fuerit: in facie, ac manibus calamitate ipſius litteris inuſta uel beratus (prout iudicibus uidebitẽ) nudus extra fines pellatur forte.n. ſupplicio cõtinẽtior factus, euadet deniq; melior: nullũ quippe ſupplicium lege factũ, ad malũ tendit. ſed duorũ alterũ fere ſẽp ſolet efficere. Nã aut melior, aut certe minus prauus, qui pœnas dedit ſolet fieri. Si uero ciuis quiſpiã aliquid tale ĩ Deos, aut ĩ parẽtes, aut ĩ patriã ꝑpetrare, & ad

Sacrilegiũ enorme ex Platon.

ad maximã iniuriam induxiſſe animũ deprahendatur, hunc iudex quia ex puero bene doctus educatusque a maximo ſcelere nõ abſtinuit, ſana ri non poſſe exiſtimet. Pœna huic mors malorũ minimum, uituperatus autem vt exemplo alios iuuet; extra fines perdatur. Vides igitur Platonẽ quàm enorme & graue ſacrilegium reputauerit? extant apud Caſſiodorum lib. 12. notabiles epiſtolæ; quarum vna ſub tit. edicti ſic habet quid adhuc minime audacia humana tentabis, ſi & ibi furta ac ſacrilegia porrigis, vbi te minime latere cognoſcis? Vt illudas oculis fortaſſe mortalibus, quamuis iniqua tamen aliqua uidetur præſumptio. quanta uero cæcitate damnatur, qui ſe exiſtimat perpetrare quod diuinitas nõ poſsit aduertere, ſed ne ſimilis ulterius graſſetur præſumptio, aut diuinam patientiam frequens prouocare poſsit exceſſus, edictali programmate diffinimus, vt qui in hac fuerit ulterius fraude uerſatus, & militia careat, & compendium propriæ facultatis amittit. Grauiore ſiquidem pœna plectendus, qui uſque ad iniuriam diuinã ſuam nihilominus tetendit audaciam. habeant pauperes dona regnantũ, poſsideant aliquid, quibus nulla facultas eſt, Cur aliena ſubſtãtia in regali largitate poſita, peruaditur poſſeſsio eius. ſtabile munus principis eſt quemadmodũ præſumat ſubiectus contingere, quod Deo reſpicit humilitatem dominantis offerre. Additur quod talibus nõ dare, tuliſſe eſt & merito quãdo qui poteſt eſurientibus ſubuenire ſi nõ paſcit extinguit. Pudeat illis tollere, quibus iubentur offerre. vltra omnes crudelitates eſt, diuitem fieri uelle de exiguitate mendici. Amentur honeſta lucra, horreantur damnoſa compendia; nullus audeat inde tollere, quod poſsit collecta diſpergere, addendo perdit, qui retinendo collegerit, & paupertatem potius ad ſe trahit, ſi exigẽtium pecunias non repellit. grauitatemque, huius ſceleratiſsimi criminis probat trogus Põpeius, & eius abbreuiator Iuſtinus cambyſes (inquit) Perſarum Rex ad ammonis templũ expugnandum exercitũ miſit, qui tempeſtatibus & arenarum mollibus oppreſſus, interĳt Xerſes quoque quatuor milia armatorum delphos ad templum Apollinis diripiendum miſit, quæ manus tota imbribus, & fulminibus deleta. eſt Philomenes Græcorum phocenſium Dux, poſtquã Apollinis templum ſpoliauerat, ſequenti prælio primus inter cõfertiſsimos hoſtes dimicans cecidit; et ſacrilegĳ pœnas impĳſsimo ſanguine luit; Brennus Gallorum Dux quaſi terrena ſpolia ſorderent animum, ad Deorum templa conuertit ſcurriliter iocatus locupletes Deos largiri hominibus oportere. Sed idem cum poſtmodum dolorem vulnerum ferre non poſſet, pugione ſibi & in famem, & crudelem morte conſciuit, Antiochus Syriæ Rex, ſperans ſe ſub ſpecie tributariæ neceſsitatis excuſatius ſacrilegia cõmiſſum adhibito exercitu nocte templum dindymæi Iouis aggreditur, quare prodita, concurſu incolarum, cum omni militia interficitur. totus. etiam ille Brenni exercitus (qui toloſam reuerſus eſt) comprehenſus peſtifera lue non prius ſanitatem recuperauit, quam aurum argentumque ſacrilegĳs queſitum in tholoſenſem lacum emergeret, quod longo poſt tempore Cæpio Romanus conſul abſtulit, quodq; ſacrilegiũ cauſa excidĳ, Cepioni exercituique eius poſtea ſuit Romanis quoque cimbrici belli tumultus, ue

Sacrilegiũ ſcd'm Caſſiodorum.

Secundũ Iuſtinum.

lut ultor ſacræ pecuniæ inſequutus fuit. Apollinis templum Carthagine a Romanis oppreſſa quidã inſtantes ueſte aurea Apollinẽ nudauerunt, id egit ut ſacrilegiæ manus inter fragmenta eius abſciſſæ inuenirentur. Nec minus efficax ultor contemptæ religionis, filius quoque eius Aeſcu lapius, qui conſecratum templo ſuo lucum, a tertullio præfecto Antonij ad naues ei faciendas, magna ex parte ſucciſum dolens inter ipſum nefa rium miniſteriũ, deuictis partibus Antonij imperio Cæſaris morti deſti natum tertulium manifeſtis numinis ſui uiribus in eum locum quem uio lauerat: traxit effecitque ut ibi potiſsimum a militibus Cæſarianis occi ſus eodem exitio & euerſis iam arboribus pœnas lueret; & adhuc ſupe rantibus impunitatem conſimilis iniuriæ pareret: ſuamque uenerationẽ quam apud colentes maximã ſemper habuerat, Deus multiplicauit. Et milites Alexandri Mileto ab Alexandro capta, dũ templũ Cereris ſpo liaturi irruperãt, flãma obiecta, oculis priuati extiterunt. & Dyoniſius Siracuſanus qui fano proſerpinæ ſpoliato locris, eum per altum ſecudo uento claſſe ueheretur: irridens amicis uidetis ne (ait) quam bona naui gatio ab ipſis dijs immortalibus ſacrilegis tribuatur: de tracto & Ioui olympio magni põderis aureo amiculo, quo eum tyrannus Hiero e ma nubijs Cartaginenſium ornauerat: iniectoque ei laneo pallio dixit, æſta te grauem eſſe aureum amiculum, hyeme frigidum; laneũ autẽ ad utrũ que tempus anni aptius. Idem epidauri Aeſculapio barbam aureã de mi iuſsit: quod affirmaret non conuenire patrem Apollinis imberbem, ipſum uero barbatum conſpici. Idem mẽſas argẽteas, atque aureas e fa nis ſubſtulit; quodque in his more græciæ ſcriptum erat bonorum Deo rum eas eſſe uti ſe bonitate eorum prædicauit. Idem uictorias aureas, et pateras, & coronas, quæ ſimulachrum porrectis manibus ſubſtineban tur, tollebat: & eas ſe accipere, nõ auferre dicebat: per quam ſtultum eſ ſe argumentãdo a quibus bona præcamur: ab his porrigẽtibus nolle ſu mere. qui tam & ſi debita ſupplicia nõ exoluit: dedecore tamẽ filii mor tuus pœnas rependit; quas viuus effugerat. lento enim gradu ad uindi ctam ſui diuina procedit ira, tarditatemque ſupplicij grauitate compen ſat. ut legitur apud Valer. Maxi. lib. 1. c. 2. de negle. religio. ex omnibus enim igitur his exẽplis, facile cernitur grauitas & enormitas huius deli cti.

Sacrilegiũ quale ſit.

2 ¶ Sacrilegium inquam proprie dicitur quando quis, ſacra aut de ſa cro legit, id eſt furatur, ſecundum Terent. Adelph. 24. . vbi eſt ille ſacri legus; Plin. li. 24. c. 17. 7. ophiuſam in elephantinæ eiuſdem æthiopæ liui dam dificilemque aſpectu, qua puta terrorem minaſque ſerpentium ob ſeruari, ita ut mortem ſibi eo metu cõſciſcant ob id cogi ſacrilegos illã bibere. & Cicero ſecundo de legi 65. clare interpretatur ſacrilegum, qui aliquid e ſacro abſtulerit (inquit enim) ſacrilego pœna eſt, neque ei ſoli qui ſacrum abſtulerit, ſed etiam ei qui ſacro commendatum, quod & nunc multis fit in fanis. & Quintilia. lib. 5. cap. 10. (ſi quis ſacrilegiũ faciet, faciet & furtum. & etiã in canonibus in ſua propria ſignificatione, ſacri legium proprie dicitur committi, quando aufertur ſacrum de ſacro, vel non ſacrum de ſacro. ſiue cum violentia aut ſine ca. quiſquis 17. q. 4. im proprie tamen ad alias ſpecies ſacrilegij refertur; vt per Pet. de Ancha. in

in c.fęlicis de pæn.in 6.& habetur per Ioan.And.in nouella in d.ca.fæli
cis.& licet ſecundum leges, vtrumque requiratur (.ſ.ut ſacrum de ſacro
auferatur)ut committeretur ſacrilegium:tamen ſecundum canones,unũ
3 ſufficit,vt habetur in prædictis locis & maxime p̃ Ioan.And. ¶Impro
prie tamẽ ſacrilegium multis modis committitur ſecundum Archidiac.
in d.c.fælicis & ibi Pe.de Anch.& Io.And.nam ſacrilegium committit
ille,qui iniuſte uexat eccleſiam 12.q.2.c.prædia & 16.q.1.c.placet in fi.
ſed ſi tex.ille prædia,recte põderetur: loquitur de eo qui occupauit præ
dia eccleſiarum in ſuis uſibus applicando,& ſic nimirũ, ſi eſt ſacrilegiũ.

Sacrilegiũ cõmittitur multis modis improprie.

4 ¶Item committit ſacrilegium ,qui eccleſiam uaſtat.vt in c.ſicut qui 27
5 q.4.ſed uoluit Ioan.And.alleg.17.q.4.d.c.ſicut qui. ¶Item ſacrilegiũ
committit ille qui uiolat monialem.quia uiolat templum Deo conſecra
tum.ut 27.q.2.c.ſciendum ſed uoluit dicere 27.q.1.ca.ſciendum & ita eſt
ſecundum Archidi.ibi.deponũtur & excommunicantur ideſt ſi clericus
fuerit aut epiſcopus,presbiter, diaconus,aut ſubdiaconus, aut alius qui
uis deponi debet:& ſi erit ſecularis debet excommunicari ; ut in c.ſi epi
ſcopus ead.27.q.1.& hoc eſt de æquitate canonũ,cum ſecundum leges
aliter puniantur layci committentes tale crimen.vt.l.ſi quis non dicam

Sacrilegiũ cõmittit qui uiolat monialem.

6 rapere.C de epiſc.& cleri. ¶Item clericus qui haruſpices incantatores,
vel hariolos.& cæteros ſimiles conſuluiſſe fuerit deprehenſus, vt 26.q.5.
c.ſiquis epiſcopus,& pœna eſt; ut ſuſpẽdatur ab honore dignitatis ſuę,
& in monaſterium detrudatur: ut ibi perpetuo pœnitentiam peragat.

Sacrilegiũ cõmittit clericus conſulens haruſpices.

7 ¶Item ſi aliquis prælatus indebite & iniuſte,malo animo & zelo excõ
municauerit aliquem,committit crimen ſacrilegij.vt in c.non in perpe
tuum 24.q.3.& talis ſuſpenditur per triginta dies ut in ca.de illicita ead.
cau.& q.& tenetur actione iniuriarum ut 11.q.3.c.temerarium, & tene
tur etiam ad intereſſe,& ad maiorem pænam ſi fuerit uiſum expedire c.
ex ſacro extra de ſenten.exco.& per glo.ibi.in d.c.non imperpetuum.
8 ¶Item qui uiolat immunitatem eccleſiæ ſacrilegium cõmittit.ut 17.q.4.
per totam & priuatur communione fidelium.ut in ca.frater. 17.q.4.

Sacrilegiũ cõmittit uiolans immunitatem eccleſię.

9 ¶Pæna autem illorum qui uexant prædia eccleſiaſtica eſt perpetua infa-
mia,& pœna carceris, exilij perpetuæ deportationis.ut in c.attenden
dum eſt 17.q.1.& pęna excommunicationis ſecundum Archidiac.ibi:

Sacrilegiũ an committit percutiẽs clericum.

10 ¶Item committitur ſacrilegium per eum qui percutit clericum,aut quã
libet aliam eccleſiaſticam perſonam;ut eſt tex.in c.ſiquis deinceps 17.q.
4.Pæna autem in tali ſacrilegio eſt ut ſi aliquis uerberaſſet priorem, aut
alios in dignitate conſtitutos de regularibus,aut epiſcopum,aut aliqua
ui de ſua ſede expulerit,debet excommunicari,& bona eius eccleſiæ ap
plicantur,& ſi quis percuſſerit presbiterum,uel alium inferiorem,ab ho
nore deponitur:& canonicæ pænitentiæ ſubiacebit, & ſi fuerit cõtumax
excomunicetur : imo ipſo iure eſt hodie excommunicatus . ut in cap.ſi
11 quis ſuadente ead.cau.&.q. ¶Item eſt aduertendum,ſecundum Arch.
in ca.ſi quis ſuadẽte ea. 17.q.4.in uerbo maieſtatis , quod ſacrilegiũ tũc
dicitur crimen exceptum;quando committitur in eccleſiam immediate,
aut in Epiſcopum.¶Et tunc uerum eſt quod infames admittũtur ad ac-
cuſandum de illo crimine, non autem in cæteris caſibus, quibus ſacrile-

Sacrilegiũ quando dicatur exceptum.

gium

Digitized by Google

Sacrilegiũ põt puniri per eccleſiaſticum etiã in laicos.

gium committitur,& hoc dicit notari per Lau.& Hug.ibi. ℭItem eſt 13
aduertendum quod ratione ſacrilegij, eccleſiaſticus iudex poteſt punire
laicos;etiam imponendo pœnam temporalem & legalem; ut habetur in
cap.ad aures extra de pæn.& ibi.not.do.Abb.

Sacrilegiũ eſt crimen mixti fori.

Sacrilegi qualiter defendant.

ℭEſt tamen bene uerum quod crimen iſtud ex miſti fori,& de eo cogno 14
ſcit iudex eccleſiaſticus, & etiam ſecularis ut nota.in.c.cum ſit generale
& ibi do.Abb.extra de for.comp.& habetur per eundem do. Abb.in c.
accepiſti de ſponſa.& in c.gaudeamus de conuer.coniu. ℭDefenſiones 15
autem quæ poſſunt fieri aduerſus prima ſpecies ſacrilegij, uariæ ſunt in
iure, prout uario modo committitur ſacrilegium, & ideo poteſt primo
probari,quod ille qui abſtulit res ſacras de loco ſacro, uel res de loco ſa-
cro,non abſtulit animo furandi,& conuertendi in uſus proprios, ſed po-
tius ut reſtitueret eccleſiæ.nam eo caſu non committitur ſacrilegium arg.
ff.quæ in frau.credito.l.ait prætor.§.debitorem propoſitum enim & uo-
luntas diſtingunt maleficia.c.cum uoluntate extra de ſenten.excomm.et

De eodem.

tradit.prædicta Archid in.c.quiſquis 17.q.4.ℭItem poteſt probari quod 16
res ablata non erat ſacra.& ablata eſt,à non loco ſacro.nam tunc nõ cõ-
mittitur ſacrilegium.c.ſi quis ead. 17.q.4.& ibi not.Archid. ℭEt pari 17
modo,ſi inquiratur quod uiolauerit eccleſiam poteſt probari,quod non
erat ſacra,quia uiolatio eccleſiæ nondum conſacratæ,non dicitur ſacrile-
gium.d.c.ſiquis & ibi not.Archi. ℭItem in eo ſacrilegio quod commit 18

De eodem.

titur in uerberando,& manus uiolentas in clericum inijciendo, poteſt
probari quod erat clericus excommunicatus,quo caſu non committitur
ſacrilegium,arg.eorum quæ not.in.23.q.5.c.excommunicatorum,quod
quidem non placuit gloſ.in.c.ſiquis deinceps eſt tamẽ bene uerũ, quod
ſi clericus eſſet depoſitus, & eſſet incorrigibilis quia tunc non incurritur
in ſacrilegium, quod intelligit uerum ibi Archidia.ſi habetur licentia
ab eccleſiaſtico,non alias. ℭItem poteſt probari quod clericus percuſ- 19
ſus, erat hæreticus; nam poteſt percuti & ſine pœna.c.ſi quis ſuadẽte 17.

De eodem.

q.4.& Car.in cle.2.§.cæterum.de electio. ℭItem poteſt probari quod 20
erat bannitus a iudice laico,& quod ex forma ſtatuti, bannitus impune
offendi põt nam tunc non incurritur in ſacrilegium propter auctoritatẽ
iudicis,quæ excuſat ſecundum Bal.in addi.ſpe.in titul.de cita.2.col.uerſi.
ſi tamen citatio nec proceſſus ;& Archi.in.c.olim de iniur.& dam.da.
ℭItem poteſt probari,quod clericus fuit repertus, in fraganti crimine, 21

De eodem.

ideo potuit licite capi, etiam per priuatum dummodo ſtatim ducatur ad
iudicem eccleſiaſticum.ſecundum Imo.in.c.ut famæ in glo.ſua in uerbo
prælatorum & ibi.Io.And.& Panor.1.col.de ſenten.excomm. ℭItem 22
poteſt probari, quod clericus aufugiebat refurtiua, quia tunc capi po-
teſt ſecundum Abba.in c.ſi uero extra de ſenten. excomm. ℭItem põt 23

De eodem.

probari quod clericus percuſſus faciebat ſeditiones, et bella publice:nõ
propulſando iniuriam, ſed inferendo, quia tunc licite percutitur, quia
amittit priuilegium.c.perpendimus dei ſenten.excom. ℭItem poteſt 24

De eodem.

probari,quod incedebat clericus cum ueſtibus laicalibus, & comuniter
reputatur, & tenebatur ut laicus,nec aliqua inſignia clericatus deferre-
bat, nam eo caſu nõ committitur ſacrilegium per,l.item apud labeonẽ

§.ſiquis

§.ſiquis uirgines.ff.de iniur.& eſt tex.in.c.ſi uero aliquis de ſenten.exco.
& poteſt probari per iuramentum ſecundum Abb.ibi & uolũt docto.in
25 l.ſiquis in hoc genus.C.de epiſc.& cler. ¶Item poteſt probari ꝙ ani- De eodem.
mo ſe defendendi, non autem offendendi, quis clericum percuſsit,dum
tamen interuenerit moderamen inculpatæ tutelæ ut dicit glo.& not.do.
in cle.ſiquis ſuadente extra de pœn.& habetur in.c.in quibuſdam extra
eo.titulo & habetur per Bonifa.de Vitali.in.d.cle.ſiquis ſuadẽte hoc.n.
proba to non committitur ſacrilegium. Adde Abb.in.c.1.de ſenten.ex-
comm.& eſt tex.in c.ſi uero alicuius eo.titu.& non ſolum hoc habet lo-
cum,quando pro defenſione propria fieret offenſio:ſed etiam pro defen
ſione ſuorum,& etiam extraneorum ſecundũ do Abb in.d.c.ſi uero & De eodem.
procedit etiam ſi pro defenſione propria uel etiam aliena ut ibi per eũ.
26 ¶Item poteſt probari quod quis iniecit manus uiolẽtas circa res quę te De eodem.
nebatur a clerico in manibus ſeu inherebant circa perſonam, non tamẽ
aliqua offenſa eſt facta in pſonam;ſecundum Guliel.& uoluit Bonifa.in
27 d.cle.ſiquis ſuadente num.95.ubi refert id uoluiſſe Innocen. ¶Item po
teſt probari,quod clericus erat inquilinus laici:& quia non ſoluit penſio
nem fuit expulſus propria auctore quia licitum fuit & eſt c.potuit ex- Exequutio contra clericum per iudicem laicũ pro domus penſione,an fieri poſsit.
tra loca:quod eſt uerum,quando clericum ingredi uolentem non admi-
ſit,vel volentem, & inferentem uim, ui locator repulit.l.ut uim.ff. de
iuſt.& iur.alias ſi eum expelleret inuitum,quia non poteſt eſſe ſine ma
28 nus iniectione non liceret. ¶Adde quod pro penſione domus poteſt li
cite fieri exequutio contra clericum per iudicem laicum ita Petr. de
Rebuff.in trac.de lit.obliga.ar.4.gloſ.2.num.14.primo to.ſua.conſt. & De eodem.
ita dicit fuiſſe deciſũ in magna curia do.Cęſar de Luciano optimus do
29 ctor. ¶Et tamen aduertendum quod poteſt etiam probari quod reali
ter non interuenit manuum iniectio:nam licet interueniſſent aliqua præ
paratoria,non tamen committitur ſacrilegium, ut ſimiliter not. Bonifa.
30 de uitali in cle.multorum de pœn. ¶Eſt tamen bene uerum quod non
eſt uis facienda,an offenſa ſit facta manibus,pedibus aut dẽtibus aut hu
mero,uel ſpatulis,aut ſputo.uel urina ſiue quocunque alio corporeo in-
ſtrumento ſiue etiam frangantur ueſtes quæ adherent corpori,ut notat
glo.in c.ſiquis ſuadente,17.q.4.& ibi Archi.& habetur per Bonifat.in d.
31 cle.multorum num.66.¶Excluditur tamen iniuria facta uerbo,ſcripto,
& domi.pro quibus iniurijs non habet locum dictum.c.ſiquis ſuadente.
32 ¶Item poteſt probari quod illa iniectio manuum non fuit uiolenta,ſed
iocoſa,uel caſtigatoria,aut diſciplinatoria, uel defenſoria quia iſtis caſi- De eodem.
bus non committitur ſacrilegium & non habet locum.c.ſiquis ſuadẽte.
Adde Abb.in c.1.de ſen.excom.& poteſt probari ſaltim per iuramentũ
offendentis.ſecundum Abb.in c.ſi uero alicuius eo.tit.c.ſi uero extra de De eodem.
33 ſenten.exco. ¶Item poteſt probari,quod nõ animo iniuriãdi percuſsit
clericum,uel aliquid ab eo abſtulit:exẽplũ ſi aliquis inſequutus ab eius
inimicis,uolens ſe ſaluare,inuenit clericum ſtantem in medio eũ uiæ:qui
impediebat fugam,niſi manibus enim reprimeret,ut daret locum fugę;
uel clericus erat in quadam porta ,domus, in quam uolens introire, fecit
clericum cadere:uel abſtulit equum,& aſcendit dictum equum quem te
ne-

nebat clericus,nam licet hæc omnia, feciſſet contra uoluntatem clerici, non tamen in eius iniuriam,ſed in tutelam ſui corporis.uel poteſt probari quod cauſa frigoris, neceſsitate ſtante, obſtulit clerico mantellum, quem defert, ut ſe protegat, non cauſa iniuriandi, aut depredandi,nec clericus habebat eadē neceſsitatē,eodē modo ſi ei auferat panem,quem

De eodem. portat in manu.ſtante famis neceſsitate. ¶ Item poteſt probari quod 34
in percuſsione clerici, non interuenit dolus,& ſic quod non intendebat percutere clericum, ut habetur de his omnibus.per Bonifa.de uitali in d. cle.multorum num.66.cum ſequentib. ¶ Item poteſt probari, quod 35
nulla percuſsio interuenit ſed tantummodo inſequutio, & admenatio, ſeu uibratio,quia tunc nō committitur ſacrilegium, & non incurritur in excommunicationem,ut nota Pet.de Ancha.in cap.fælicis de pæn.in 6. & dicit notari per Io.Ard.poſt.Archi.ibi licet Archi.in cap.ſicut xvii.q. iiij.dixerit eſſe excommunicatum, ſi per ſe non ſtetiſſet percutere;ſed tamen poſtea tenet quod grauiter peccat.nō tamen eſt excōmunicatus. & uide Abba.in cap.i.de ſenten.excom. ¶ Item eſt aduertendum, quod 36

Offendens clericum,an ante abſolutionem debeat ſatisfacere eccleſiæ.

pro offenſa facta eccleſiæ;quia facta eſt offenſio eius clerico,pro qua offendens eſt excommunicatus,non tenetur ipſe offendens ante abſolutionem ſatisfacere eccleſiæ,de offenſa facta eccleſiæ ſed pro illa præſtanda debet dari fideiuſsio.nam aut pæna illa erit corporalis,uel pecuniaria;& tunc applicabitur fiſco.& ita tenet Bonifat.in clem.ſiquis ſuadente nu. 64.bene tamen tenetur ante abſolutionem, realiter ſatisfacere clerico offenſo de eius offenſa; & demū præſtatur fideiuſſoria cautio de implendo ſeu ſoluendo pænam,et pænitentiam quæ imponeretur.pro illo delicto;et dicit Archi.in.c.ſi.quis deinceps 17.q.4.quod non ſufficit offendētem flectere genua coram offenſore,& miſericordiam petere,ſed debet facere ſatisfactionem iniuriæ iniurianti.c.olim extra de iniur.et deinde habere abſolutionem a Papa niſi ſtante impedimento.c.quamuis de ſē. excom. ¶ An autem clerici ad inuicem ſe percutientes,incidant in ex- 37

Clerici ad inuicem ſe offendentes in excōicationem incidunt.

communicationem in quo dicas. quod ſic,etiam ſi non poteſt apparere quis fuit aggreſſor, et quis aggreſſus ſecundum Abba.in.c.1.de ſenten. excommu.nu:5. ¶ Item poteſt probari minor ætas,quæ excuſat quo ad 38

Minor ætas excuſat quo ad minorē pænam.

minorem pœnam,et ſic licet minor non excuſetur ab excommunicatione tamen excuſatur, quia pro abſolutione non tenetur ire ad Papam ut not. Abba.in.c.1.de ſenten.excomm.infans tamen omnino excuſatur.ut ibi. ¶ Item poteſt probari quod fuit repertus clericus cum uxore, ma- 39
tre, et ſorore.uel filia,nam excuſatur ſi manus iniecit uiolentas.c.ſi uero alicuius extra de ſen.excom.non tamen de iure canonico poteſt occidere clericum, imo infert.Io.de Ana.in.c.inter ſeculi de homi.quod in terris eccleſiæ poſſet decapitari talis occidens quod dicit eſſe mirabile ibi Fely.et vide Angę.de are.in verbo che me hai adulterata la mia donna ¶ Itē eſt notādū quod pro iniuria illata clerico duplex actio oritur,alte- 40

Iniuria illata clerico, duplicē parit actionē.

ra ſibi altera uero eccleſiæ,cui ſubeſt,et ſic remiſsio iniuriæ facta per clericum,non nocet eccleſiæ.et econtra ſecundum Abb.in.c.parrochianos extra de ſentē.exco. ¶ Qualiter enim fieri debet ſatisfactio iniuriæ cleri- 41
co,per iniuriam dicas,quod extimabitur iniuria,ſecundum qualitatem

&

& quantitatẽ perſonæ iniuriatæ, & iniuriæ, & emendabitur ipſi clerico, & ſoluuntur danna, expenſæ, & intereſſe ſecundum Abb. in cap. ea noſci
42 tur de ſenten. excom. ℭItem notandum, quod licet actio iniuriarum expiret poſt annum. l. ſi non conuicij. C. de iniu. tamen ſi iniurians petit abſolutionem poſt annum: poteſt per uiam exceptionis opponi non debere concedi, niſi facta ſatisfatione, ſecundum eundem Abb. in d. ca. ea
43 noſcitur de ſenten. excom. ℭItem poteſt probari quod clericus percuſſus uel etiam occiſus, dimiſſo habitu clericali, enormitatibus ſe immiſcuit; nam talis non eſt cenſendus ſacrilegus. ut eſt tex. & ibi not. dom. Abba. in cap. cum non ab homine, de ſenten. excom. debet tamen occiſoribus imponi pænitentia de neceſsitate, quando iuſte interficiſſent; ſed quando iuſte ad cautelam imponitur. ut in fine dicit idem dom. Abba.
44 ℭIem poteſt probari, quod percuſsio fuit facta in clericum turbantem diuina officia, quia tunc non committitur ſacrilegium ut eſt tex. & ibi nota. dom. Abb. in cap. ueniens extra de ſenten. excom. & uoluit Archi.
45 in cap. in loco benedictionis v. q. iiij. ℭQuæro ergo, ſi clericus percutit clericum: a quo abſoluetur ab excommunicatione? dicit dom. Abb. in cap. cum illorum de ſenten. excom. quod in eo caſu, in quo ſecularis clericus percutiens clericum ſecularem abſolui poteſt ab Epiſcopo: in eo caſu religioſus percutiens clericū ſecularē, pōt etiā ab Epiſcopo abſolui. ut
46 in cap. religioſo eo. tit. de ſenten. excom. lib. vi. ℭItem poteſt probari in ſacrilegio commiſſo, primo modo ad excuſationem, ſeu diminutionē pœnæ: quod perſona quæ ſacrilegium commiſsit, ſit bonæ condictionis & famæ non ſolita ſimilia patrare, & quod non fuit in dolo, ſecundum
47 Boer. in deciſio. 254. in ſecunda parte num. 14. ℭItem poteſt probari ꝙ abſtulit neceſsitate famis: ut ſe & ſuos aleret, non ualens aliter ſe ale-
48 re cap. ij. de his qui fil. occi. ℭItem poteſt probari quod non de nocte, ſed de die, & non cum uiolentia arg. nota. in cap. per fodiens & ibi nota
49 per Abba. & Io. And. de fur. ℭItem poteſt probari antiquitas tēporis: quia diminuitur pęna arg. l. ſi diuitio. ff. de pæn. & per Abb. in cap. fi. de
50 conſue. ℭItem poteſt probari: minor ætas, ſeu decrepitas: nam omni-
51 bus iſtis caſibus mitius punitur ſacrilegius. ℭItem ſi eſt mulier ēt mitius punitur. ut bene congerit Boer. in deciſio. 254. ſecunda parte.
52 ℭ Eſt tamen aduertendum, quod eſt differentia, inter ius commune, ciuile, & canonicum: quia de iure ciuili requiritur utrunque ſcilicet quod auferatur ſacrum de ſacro, ut committatur ſacrilegium, ut habetur in l. ſacrilegij penam & ſacrilegij capite ad l. iul. pecula. ſed de iure canonico alterum ſufficit cap. quiſquis xvij. q. iiij. & glo. & Doc. in ca. conque
53 ſti de ſenten. excom. ℭPœna autem ſacrilegij quod committitur in rem ſacram uariatur, ſecundum quod uarie poteſt committi: nam illud quidem grauius et magis horrendum dicitur quod cōmittitur cōtra ſacramentum euchariſtiæ: quia dicitur cōmitti contra Chriſtum directe, et ideo in tali caſu, talis pæna erit imponenda, ſecundum tex. in cap. de uiro xij. q. ij. ut uno anno extra eccleſiam dei conſiſtere habeat, ſecundo uero anno, autem fores eccleſiæ, ſine communione maneat. tertio uero anno eccleſiamDei ingrediatur, et inter audientes aſtet ſine oblatione,

Iniuriarum actio quāto tempore expiret.

Sacrilegiū an cōmittatur. facta p cuſsione in clericum diuina turbantem?

Sacrilegiū excuſat bona uita & fama quo ad diminutionem pænæ

Pæna diminuitur antiquitate temporis.

Sacrilegiū non eſt uniforme utroque iure.

Pæna ſacrilegij quæ ſit.

non manducans carnem, neque bibens uinum, præter dies natiuitatis, & reſurrectionis. Quarto uero anno, ſi his prioribus tribus annis frutuoſus fuerit pænitentiæ labor, communioni fidelium reſtituatur cum promiſſione totius mentis, nunquam ſe talia facturum; & quod per ſeptem annos, per tres cuiuslibet hebdomadæ dies, abſtineat a potatione uini, & uſu carnium. & hæc non eſt pœna, quæ infligitur in foro iudiciali, ſed potius in foro pænitentiæ. triplex pæna imponitur per tex. in cap. quiſquis, primo ut iudici ſoluat xxxi. libras argenti. Item damnum nouies cōponet, i tem efficitur infamis, & carceri traditur, aut perpetua deportatione condemnetur; ut in d. cap. quiſquis xvij. q. iiij. & cap. attendendū. & Hoſtien. dicit quod ſacrilegus ē deponendus, ut in ſumma de accuſa. §. quis ſit effectus. ſed pæna depoſitionis habet locum in alia ſpecie ſacrilegij. ſ. quando eſt facta offenſio in perſonas ſacratas. ut in cap. ſiquis deinceps xvij. q. iiij. in offenſa uero facta in rebus, loquitur tex. in ca. indigne xij. q. ij. ubi dicit quod eſt pœna excommunicationis minoris: & hac pæna poteſt intelligi ut habeat locum: quādo quis inuadit, & uſurpat res eccleſię non autem habet locum in eo, qui accipit res ſacratas de loco ſacro, ubi extabat euchariſtia; quia tunc maior pæna infligitur ut ſupra; & ſic ſecundum qualitatem, & ſpeciem ſacrilegij imponitur pæna, Tempore enim meo, quidam de ſancto Cipriano, de nocte, frangens hoſtium eccleſiæ, abſtulit quendam calicē, & ubi erat ſacratiſsimum ſacramentum euchariſtię: quo per eum cognito, manducauit euchariſtiam, demum, calicem uēdidit, & captus in terra ſchifati, & redactus in fortijs regiæ audientiæ principatu citra, tortus, confeſſus fuit: & in ſuper dixit quod commiſſo dicto ſacrilegio quidam eum ſemper infeſtabat, ut rediret domū, & non fugiret: & dum ipſe uellet aufugere faciebat ipſum retrocedere uerſus domum, in tantum quod per quatuor dies nunquam potuit prolongari, & abeſſe ab eius domo, uſque quo captus fuit tandē fuit trāſsinatus, & manibus decurtatis in loco eccleſiæ fuit ſuſpenſus: & demū in fruſtra diuiſus. & merito, poſtquam tantum facinus auſus fuit committere.

Caſus de facto.

Vel crimen Simoniæ. Cap. 18.

SVMMARIVM.

1 Simonia graue delictum.
2 Auaritiæ reputatur graue peccatum lege mahomethis.
3 Simoniæ turpitudo.
4 Simoniæ crimen eſt peius idolatria.
5 Simonia dicitur hereſis large.
6 Simonia habet multa mala nomina.
7 Simonia non poteſt ſanari niſi ferro ignito.
8 Chriſtus cur eiecit ementes, & uendentes e templo? & infra num. 9. 10. 11. & 12.
13 Noſtra non quæramus ſed quæ Ieſu Chriſti.
14 Religionis fictæ exempla.
15 Chriſtiani non ſeruant religionem Chriſti: ut Maumethani ſeruant eorum.
16 Simoniacus non edificat ſupra petram.

Simo-

17 Simonia facit ut totus mundus ruat.
18 Accuſare de ſimonia quilibet poteſt. & infra nu. 21
19 Accuſatione ſimoniæ pendente ſuſpenditur ſimoniacus.
20 Coniecturæ ſufficiunt in crimine ſimoniæ.
21 Accuſare de ſimonia omnes poſſunt.
22 Teſtes omnes admittuntur in crimine ſimoniæ. & infra nu. 24.25.27.& 28.
23 Exceptio inimicitię reſeruatur ad merita in crimine ſimonię.
26 Paupertas quando excuſet a ſimonia.
29 Simonia an ſit, ſi datum eſt aliquid ordinatori, non præcedēte pactione?
30 Simonia an committatur, ſi datur certum quid pro expēſis.
31 Conſuetudo de dando aliquid pro ſacramentis, excuſat a ſimonia.
32 Monachus qui non tenetur ſeruire ſi deſunt ei ſumptus, poteſt aliquid accipere pro ſacramentis.
33 Peti an aliquid poſſit pro ſacramentis, & infra nu. 35.
34 Diſpenſare qui poſſit in minoribus ſpeciebus ſimoniæ,
36 Epiſcopus an poſſit accipere munus pro conſecratione?
37 Prædicatoribus an liceat aliquid dare?
38 Pauperibus poteſt dari munus pro oratione.
39 Simonia an ſit, ſi detur aliquid eccleſiæ pro anniuerſario?
40 Monaſteria an poſſint licite recipere pecuniam pro ingreſſu monialium?
41 Simonia non eſt, ſi detur aliquid abbati pro amicitia,
42 Simonia an ſit, ſi detur ad uexationem euitandam?
43 Encennia licite dantur ſine labe ſimoniæ. & infra nu. 44.
44 Tria conſideranda in intentione dantis & recipientis.
45 Simoniam inducit obſequiū tpale præſtitum pro ſpūalibus.
46 Simonia an committatur, ſoluta pecunia pro beneficio, per inimicum beneficiati?
47 Simonia qualiter excuſetur. & infra nu. 48.
48 Simonia committitur, ſi quid datur quouis quæſito colore.
50 Simoniaci qua pęna puniatur,

1 SIMONIAE quidem labes, quam enormisſima, atque grauisſima ſit, nemo eſt qui neſciat. ¶ Quippe eius radice conſiderata. ſ. auaritia, quid fędius, quid grauius, & enormius dici poteſt? Recitat. n. Valer. Max. li. 7. titu. de neceſſitate, quod quidam pręneſtinus neceſſitate famis oppreſſus maluit murem captum ducentis denarij uendere, & fame necari, quā ipſum comedere & ſaluari, & Deorū prouidentia effectū eſt. ut & uenditori & emptori quē uterque merebatur exitū attribuerit. Auaro. n. fame conſumpto, manubiis ſordiū ſuarū frui non licuit. Aequi animi uir ad ſalutarē impenſam faciendā care quidē, uerū neceſſario cōparato cibo uixit: Saluſtius. n. in Catilina inquit auaritia pecuniæ ſtudium habet, quam nemo ſapiens concupiuit. ea quaſi uenenis malis imbuta, corpus animumque uirilem effeminat, ſēper infinita & inſatiabilis ē, neque copia neq; inopia minuitur. & Aul. gel.

Simoniæ turpitudo.

gel.not.acti.lib.3.c.1.dubitans quomodo eſſe poterit, auaritiam effeminare hominem,ſic inquit quos auaritia minuit & corrumpit, quiq; ſeſe quærenda undiq; pecunia dediderunt eos pleroſque tali genere uitæ occupatos uidemus:ut ſicuti alia in his omnia præ pecunia ,ita labor quoque uirilis exercendiq; corporis ſtudium relictum ſit.negocijs ſe plerunque umbraticis, & ſellularijs quæſtibus intentos habent: in quibus omnis eorum uigor animi corporiſq; elangueſcit,& quod Saluſtius ait effeminatur & iterum licet,uideatur quis cupidus pecuniæ, & tamen corpore uegeto ac ualenti tamen quiſquis pecuniæ cupiens, & corpore tamen eſt bene habito,ac ſtrenuo,aliarum quoque rerum uel ſtudio vel exercitio eum teneri neceſſarium eſt, atque in ſeſe colendo non æque eſſe parcum.Nã ſi auaritia ſola ſumma omnes hominis partes affectioneſq; occupet:& ſi ad incuriam uſque corporis graſſetur, per illam unam,neque uirtutis,neque uirium, neque corporis neque animi cura aſsit,tamen denique is uere dici poteſt effæminato eſſe & animo,& corpore: qui neque

Auaritia reputa tur graue peccatũ lege maumethis.

ſe ſe,neque aliud curet:niſi pecuniam. ¶Lege enim mahometis ſummũ 2
nephas,atque peccatum auaritia reputatur omnium enim uitiorum radix dicitur,adeo quod mahomettani referunt quod Moſes in mõte Sinai quadam die interrogauit deum quem hominem magis in mũdo odiſſet? quem reſpondiſſe ferunt,quod accederet in ciuitatem, & iret ad quoddã heremum ibi a remotis poſitum ibi enim inuenire quendam hominẽ prędiſſerat,Caldeum bauſſeza nomine, & de quæſito iam certitudinẽ haberet.qui cum acceſsiſſet inuenit iam hominem illum qui continuo legebat:& nunquam exibat niſi quibuiſlibet decem diebus et Deus pro eius uictu quolibet die duo mala granata dabat:& præ auaritia, dubitãs donum Dei deficere omnia cõſeruabat adeo ut totam domum impleuerat eis, & inceperant iam marceſcere,& dum Moſes eum interrogaſſet quã igitur uitam faceret? Canis ſe facere inquit, ulterius interrogans eum Moſes,cur tota die legeret? reſpondit ſe id facere ut Deus pro uictu augeret prouiſionem, & tandem non auguit, ſicq; inquiunt Moſem clare cognouiſſe auarum eſſe Deo magis odioſum ut refert Ioan.mena.li.pręc.

Simoniæ turpitudo.

legis turcharum c. 18. ¶Quid enim turpius nephandiuſque dici poteſt 3
quam domum ſpritus ſancti quod nobis gratuito datur: poſſe pecunia emere aut uẽdere illud poſſe arbitrari?Iudas enim & ſi Chriſtum uendiderit ut hominem tamen uendidit:Spiritus ſanctus non erat conſubſtãtialis Chriſto,ut homini,ſed Chriſto Deo ſimoniaci tamen cum ſpiritus ſancti donum uendunt ſpiritum ſanctum conſubſtantialẽ Chriſto Deo uendunt:ſicque peiores Iuda proditore,eſſe conſtat ſecundum Archid.in

Simonia eſt peior idolatri.

c.eoſ. 1.q.1.& id probat tex.in.d.c.¶Eſt enim crimen ſimoniæ peius cri 4
mine Idolatriæ: cum pro crimine idolatriæ fuerint peccantes puniti in tertiam & quartam generationem, & pro ſimonia,ſemẽ Giezi ꝓphetica auctoritate,uſque in eternum maledictum ſit ut in.c.cito turpem ead. cau. 1.q. 1. ¶Dicitur etiam lato ſumpto uocabulo ſimonia hereſis.c.prę 5

Simonia dicitur hereſis.

sbiter. 1.q. 1.& habetur per Præpo.in.c.ſiquis pecuniam 79.diſt.& in.d. c.præsbiter. ¶Hinc eſt,quod canones multa mala nomina huic crimi 6

Simonia ha

ni aſcribunt:quandoque enim uocant ſimoniam,hæreſim(ut ſupra)quãdoq;

doque piaculare flagitium: 1.q. 1.c.quiſquis, quãdoq; execrabile uulnus bet multa
cancroſum.c.reperiūtur ead.cau.& q.quandoq; capitale crimen.ca.qui mala nomi
ſtudet ead.cau.&q.quandoque ſacrilegium ut.c. 1,prima q.3.quãdoque na.
rabies:c.4.extra de ſimo.alibi peſtis & labes.c.ſic; t &c.tanta eo.titu.ali
bi prauitas ſimoniaca uocatur.c.cum eſſent eod.titulo & reaſſumit Præ
poſ.in.c.quos conſtiterit ead.1.q.1. ¶Non enim uitium ſimoniæ quod
7 eſt cancroſum, ſanari poteſt niſi ferro ignito putredo carnis exuratur
ut habetur in cap.reperiuntur ead: 1.q. 1,& ibi not.Præpo.¶Chriſtus Chriſtus
8 enim exemplo eiecit ementes, & uedentes quinque enim rationibus id cur emẽtes
ſactum arbitratur Præpoſ.in allegato.c.qui ſtudet ead. 1.q. 1.Prima eſt & uendẽtes
quia negotiatio maxime impedit deuotionem orationis, quia nemo po e templo de
teſt Deo ſeruire et mammonæ Lucæ 16.et hanc rationem tangit.Salua iecit.
tor cum ait; ſcriptũ eſt Yſaiæ.56;Domus mea domus orationis uocabi
tur uos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum. ¶Secunda eſt ratio De eodem.
9 quia ſimoniaci emẽdo,et uendẽdo ſpiritualia directius peccant in Chri
ſtum et eccleſiam per contemptum donorum ſpiritus ſancti. Ideo tan-
10 quam contemptores eccleſiæ, eiecti ab eccleſia condemnatur. ¶ Ter
tia ratio eſt; quia digna culpę pæna eſt,ut ſimoniaci qui pecuniæ gradus
et officia in eccleſia iniuſte uſurpant ab eis iniuſte priuentur,et eiciãtur De eodem
11 ¶Quarta ratio accipitur ex tex.c. qui ſtudet ſupra alleg.nam qui ſunt
in templo debent eſſe templũ ſpiritus ſancti,de quibus dicit Apoſto lus
ad Chor.6. templũ ſpiritus ſancti quod eſtis uos.ſimoniaci autẽ à ſe ex
pellunt ſpiritum ſanctum:eius dona contenendo.unde in eis non manet
ſpiritus ſanctus,ſed ſpiritus mendacij ergo dignum eſt quod qui à ſuo tẽ-
plo eijciunt ſpiritum Chriſti,quod Chriſtus eos expellat a tẽplo ſuæ ec-
12 cleſiæ. ¶Quinta ratio eſt, ad ſignificãdum quod ementes & uendẽtes De eodem
gratiã ſpiritus ſancti.i.ordines & dignitates, quos ordines & dignitates
concomitari debet gratia ſpiritus ſancti ſunt eijciendi de templo quan
tum ad litteram.ſ.ab eccleſia ſeparandi per excommunicationem, &
beneficij priuationem.uel ſpiritualiter de templo quia ab unitate eccle-
ſiæ ſunt ſeparandi,uel iam ſeparati, uel de templo ſunt eijciendi.ſ.de ce-
13 leſti hieruſalem, quia in illam non intrabunt. ¶Hodie caueamus om- Non noſtra
nes noſtra quęrere,& non potius quæ Ieſus Chriſti; labijs autem Deum quæramus
honorantes,humiles enim & curuato capite ne incedamus non deuotio ſed Chriſti.
14 nis cauſa,ſed ut ab hominibus laudemur. ¶Simile enim priſcis tẽpo- Hipocriſis
ribus legitur de Numa Pompilio,qui ut populũ Romanum ſacris obli- Romanorũ
garet, uolebat uideri ſibi cum Dea Aegeria congreſſus eſſe nocturnos.
eiuſq; monitu, quę accepta Dijs immortalibus ſacra forent inſtituere.
de Scipione Africano qui non ante ad negocia publica, uel priuata ibat
quam in cella iouis capitolini moratus fuiſſet,& ideo Ioue genitus cre-
debatur,& de L Sylla,qui quoties prælium committere deſtinabat,par
uum Apollinis ſignum delphis ſublatum, in conſpectu militum cõple-
xus,orabat uti promiſſa maturaret.& de Piſiſtrato, qui in recuperandã
tyrrannidem quam amiſerat, ſimulatione reducentis ſe in arcẽ mineruę
uſus eſt, cum per oſtentationem ignotæ mulieris quę phia uocabatur,
formatæ ad habitum Deæ,athenienſes deciperet ut legitur apud Valer.

Religiõ maumethanorum qualis.

Maxi.lib.1.cap.3.de ſimula.religio.ℭ.Vrinam enim nos Chriſtiani fa- 15
ceremus in eundo ad eccleſiam, & ibi orando, ac ſtando in noſtra lege.
quæ maumethani in dies facere uidentur in ſua inter alia enim præcepta
lege maumhetis conſtituta habent unum quod unuſquiſque quinque ui
cibus in dies accedere debeat ad eccleſiam quam uocant, meſchit. Prima
igitur uice in albis, quam dicũt ſalanamazzi ſecunda uero in meridie, di-
cta ubenamazi, tertia per tres horas ante occaſum ſolis, quam appellant
inchin dinamazzi quarta in occaſum ſolis uulgo dicta ac ſannamazzi.
quinta & ultima in duabus horis noctis, quã dicunt iatſinamazzi, in his
enim horis ex præcepto legis, tenentur ire, & eorum orationes facere, et
antequã turcæ uadant lotis mẽbris genitalibus maſculini, & feminini ſe
xus, lauant tribus uicibus manus, os, & naſũ, & faciem paribus uicibus
demum tibia, & aures & collum & in lotione dicunt eorum lingua, &
more, pſalmum hinc eleache mocte, o hiasfro, demum lauant eorũ pe-
des, & præcingentes ſe alium pſalmum legunt dicentes, li illa phi circi-
ſon & his omnibus peractis, lento paſſu incedũt ad templa dicunt enim
quod conuenit ire ſic lento paſſu non autem uelut homines fugitiui. &
cum in templis fuerint, ſtantes manibus uelut ligatis ad cingulum ca-
pite inclinato, abſque motu aliquo corporis orant, uſque quo ſacer-
dos dixerit alta uoce pſalmum quendam; quo completo in terram om-
nes cadunt dicentes, ſabanalla, ſabanalla, ſabanalla, quod interpreta-
tur Deus miſerere noſtri; & ſic facie in terram uerſa, manent uſque
quo iterum ſacerdos cantet pſalmum prius dictum, demum ſurgunt,
& ſic quinque uicibus faciunt, demum ſacerdote orante quod Deus
uelit Chriſtianos, Iudeos, & Græcos, ad eorum fidem reducere, om-
nes dicunt, Amin, Amin; & manibus ad cælum ereptis recedunt. vt
refert Ioan. Anto. mena. libr. 1. legis Turcharum cap. 6. & 7. uides
enim quanta obſeruantia quanta ve religione, qui Chriſti legem nõ ſer-
uant; orant & in eccleſia manent. Nos autem in acceſſu, ſtatione, & re-
ceſſu ſemper de negocijs (& utinam de negocijs ſolum) ratiocinamur &
cogitamus, quare præcandus eſt Deus, vt duritiem & uelamen cordium
noſtrorum auferat. ℭRedeundo igitur ad rem, unde digreſsi ſumus eſt 16

Simoniacus non edificat ſupra petrã.

notandum ſymoniacum non ædificare ſupra petrã quæ eſt Criſtus; ſed
ſuper arenam terrenæ, auaritię & ideo eorum opus nõ manet, unde aſsi
milatur ſtulto. qui ædificat domum ſuper arenam, & deſcendit pluuia di
uinæ indignationis & ſui ædificij arenoſi fit ruina magna. c. cũ paulus 1. 17

Simonia facit ut totus mũdus ruat

q. 1. & ibi. Præpoſi. no. ℭEx Symonia enim totus mũdus (ubi Chriſtus
colitur) ruit, quia peſtis ſymoniaca non ſolum ordinatori et ordinato eſt
nociua; cum animabus illorum infligat lætale uulnus, uerum etiã ſicut
interceſsionibus adiuuari deberemus apud Deum; non adiuuamur, ſed
magis pergrauamur, tum quia indignis ſacerdotibus mũdus repletur, tũ
quia ubi ſymonia uiget, nullus dignus ordinatur, quia nemo dignus, eſt,
quia vult per pecuniam ordinari, cũ per hoc efficitur indignus, ut habe-
tur in c. fertur ea. 1. q. 1. et ibi Præpoſi. ℭAdmittitur enim ad accuſãdũ 18

Accuſare de ſimonia quilibet poteſt.

de crimine ſymoniæ quilibet chriſtianus etiã infamis. ca. ſi dominus &
ibi no. Abb. extra de ſymo. ℭItem pendente accuſatione ſymonię, ipſe 19

accuſatus debet prohiberi,& ſuſpendi ab adminiſtratione diuinorum,ſu Accuſatus de ſimonia ſuſpenditur accuſatione pendente.
per quo tamen aduertendum eſt.ſecundum do. Abba. in ca. accuſatum
eo.tit.ꝙ duo ſunt inſpicienda,primum,nunquid ſymoniacus ſit ſuſpēſus
accuſatione pendente, ſecundum, nunquid poſſit prohiberi ne miſſam
celebret ad primum dicit ꝙ aut eſt ſimoniacus in ordine,& quantumcū
que ſit occultus eſt ſuſpenſus quo ad ſe,& quo ad alios,quia & alij pec
cant audiendo diuina ab eo 32.diſt.§.verum ſi uero ſit ſymoniacus quo
ad beneficiū,& tunc ſi eſt manifeſtus,& notorius, ſuſpenſus eſt quo ad
ſe,& quo ad alios arg.in præalle.§.uerū & no.Inno.in c.tanta extra eo.
tit.niſi delictum ſimoniæ fuerit cōmiſſum eo ignorante arg 1.q.7.c. præ
ſentium.ſed cum hoc ſciuerit,debet dimitti beneficium.Si uero eſt occul
tus,& tunc eſt ſuſpenſus quoq ad ſe,& non quo ad alios,ſicut quilibet pec
cator.i.ipſe peccat celebrando,ſed alij non peccant eum audiendo,quo
uero ad ſecundum,dicendum eſt,quod aut notorium eſt,eū eſſe ſimonia
cum,& ite dum debet prohiberi,immo deponi,ſecundum ea quæ no.in
c.inquiſitionis extra de accu.aut hoc non eſt notorium, nec eſt infama-
tus,& non debet prohiberi,aut eſt infamatus,& debet prohiberi.Beat.
Thom.ſecunda ſecundæ q.c.art.ulti.dicit quod ille qui ſymoniace rece-
pit ordinem,eſt ipſo iure ſuſpenſus,& quo ad ſe.ut.ſ.de exequutione ſui
ordinis ſe nō intromittat,& quo ad alios, ut.ſ. nullus ei communicet in
ordinis exequutione,ſiue ſit peccatum occultum,ſiue publicum. Si uero
ſit ſimoniacus,quia contulit ordinem ſimoniace uel quia dedit,uel quia
recipit beneficium ſimoniace,uel fuit mediator ſimoniæ,ſi eſt publicū,ē
ipſo iure ſuſpenſus:& quo ad ſe, & quo ad alios: ſed quando eſt occultū
eſt ſuſpenſus ipſo iure quo ad tantum,non autem quo ad alios.glo.in c.
nullus 32.diſtin.tenet quod notorius ſimoniacus eſt ſuſpenſus ipſo iure.
Archi.in c. de his el.2.diſtin.l.dicit quod,etiam ſimoniacus in ordine oc-
cultus,eſt ſuſpenſus ipſo iure: & ita refert tenere Goffre.et idem tenet in
c.ad hoc 32.diſtin.dicens procedere in ordinato ſimoniace,ut ſiue publi-
ce,ſiue occulte,ipſo iure ſit ſuſpenſus & quo ad ſe,& quo ad alios.nō au
tem procedit inordinante.& idem tenet Innoc.in c.tanta eo.tit.de ſimo.
dicens eſſe ſuſpenſum non tantum ab ordine ſimoniace recepto, ſed ab
omnibus. & idē dicit de notorio ſimoniaco in beneficio, ut nedum ſit ſu
20 ſpenſus a beneficio ſimoniace recepto, ſed etiam omnibus. ¶Item eſt Simoniæ crimen non requirit probationes claras.
aduertendum,quod adeo eſt immanitas huius criminis ſimoniæ,quod li
cet in criminalibus requirantur probationes luce meridiana clariores.l.
ſciant cuncti.C.de proba.canonizata 2.q.8.& 5.q.6.c.epiphaniū, tamē
in iſto crimine ſimoniæ,in odium ſui, præſumptiones & coniecturæ ſuffi
ciūt.ſicut in crimine hereſis.vt in c.ſicut ſimoniacus,& ibi Abb.extra de
ſimo.dicunt tamen eſſe uehementes præſumptiones, & inditia ſecundū
Innoc.& Fely.ibi.ſed ſi ſunt leuia indicia,nō poteſt ex illis procedi ad de
poſitionem,ſed bene poteſt indici purgatio.& ſi defecerit in illa condem
21 nabitur.¶Item eſt notādum quod ſeruus,& meretrix,& criminoſi poſ-
ſunt accuſare de hoc crimine ſimoniæ,ut habetur in c.tāta extra de ſimo. Accuſare & teſtificari oēs poſſunt de ſimonia.
&ibi not.Abb.& eſt aduertēdum quod ſi laicus criminoſus accuſat cleri
cum de ſimonia requiritur,quod ille clericus ſit infamatus,alias ſi laicus

accuſat laicum, uel clericus clericum, non requiritur infamia, & ita dicũt
ibi do. Abbas & Felyn. ¶ Item eſt aduertendum, quod teſtes omnes ad 22
mittuntur in crimine ſimoniæ, & non repelluntur ex alia cauſa niſi inimi
citiæ, & conſpirationis, vt in c. licet heli & ibi not. Abb. extra de ſimo.

Inimicitia obiecta teſtibus an ante omnia debeat diſcuti

¶ Item eſt aduertendum, quod licet exceptio inimicitiæ debeat diſcuti 23
ante omnia, quando obijcitur teſtibus. tamẽ in crimine ſimoniæ recipiũ
tur omnes teſtes. & exceptio inimicitiæ reſeruatur in diſputatione poſt
publicationẽ in cauſa. vt eſt tex. in d. c. licet heli extra de ſimo. & ibi no.

Teſtes criminoſos admitti, qualiter intelligatur.

Abb. nu. 17. ¶ Et licet ſuperius dixerim in crimine ſimoniæ admitti te- 24
ſtes criminoſos, nihilominus in hoc eſt aduertendum quia tex. in cap. p
tuas eo. tit. videtur aliqualiter aduerſari, & ideo dicendum eſt quod aut
agitur de ſimonia ciuiliter, & ſecundum æquitatẽ, & perſona cõtra quã
agitur, ſit irregularis inferioris gradus, & ſit malæ famæ, & ſine ſcãdalo
poteſt remoueri, & ſubſint alia adminicula, & tũc teſtes criminoſi debẽt
admitti etiam non emendati uelit nolit iudex, ſed quãta fides ſit eis adhi
benda, iudex conſiderabit ſecundum qualitatem, & quãtitatem criminũ
obiectorum. minor enim fides adhibetur ubi obijciuntur crimina maio
ra quã paria, vel minora, & minor quando paria, quam quãdo minora.
& maior fides, quando ſunt aliquatenus emendati, quam quãdo ex toto
perſeuerant. Si uero deficeret aliquid ex prædictis, teſtes criminoſi non
eſſent admittendi, ut ſi perſona contra quam agitur, eſt ſecularis uel ſi eſ
ſet regularis, & ageretur criminaliter, uel eſſet excellentioris dignitatis,
uel non ſubeſſent alia adminicula. nam cum per diſpoſitionẽ c. per tuas
recedatur a communibus regulis ſecundũ quas teſtes criminoſi perſeue
rantes non debent admitti, debet illud c. reſtringi. Sed quãdo ſimonia eſ
ſet hereſis: vt quia creditur gratiam ſpiritus ſancti poſſe pretio acquiri:

De eodem.

tunc indiſtincte admittuntur, ſicut in crimine hereſis, & ita declarat do.
Abb. in d. c. per tuas in fine. ¶ Vnum tamen aduertas, quod ubicunque 25

Defenſiões quę poſſunt fieri in crimine ſimoniæ.

criminoſi habilitãtur ad teſtificandum: nunquam admittũtur periuri ut
habetur per glo. & Fely. in d. c. per tuas & Fely. in c. ex parte col. 1. uerſi.
nota quinto extra de teſti. ¶ Poteſt tamen ad defenſionẽ probari pau- 26

Teſtes criminoſi admittunt ad probandum immediate crimen.

pertas reſpectu accipiẽtis aliquid ſimoniace: nam licet paupertas nõ ex
cuſaret ſimonia, ſi quis acciperet aliquid præcedente pactione. c. quoniã
& c. tuã extra de ſim. & Arch. i c. . . q. 1. & ibi Præpoſi. tamẽ ſi libera
liter & ſpõte, ſine pactione aliquid accipiatur, bene excuſat. c. ad apoſto
licam extra de ſimo. poteſt enim probari, quod cauſa elemoſinæ datũ ẽ

Teſtes uiles quõ admittantur ĩ hoc crimine.

& ſic etiam ſoluenti prodeſt ita defenſio ut ibi not. Præpoſi. ¶ Itẽ po- 27
teſt opponi, quod licet in hoc crimine admittuntur teſtes inhabiles ad te
ſtificãdum; hoc eſt uerum, ad probãdum crimẽ ſimoniæ immediate uel
coniecturas per quas probatur ipſum crimen, ſed ad probãdum alia pre
ambula, uel connexa, aut dependentia non admittuntur. ſecundum glo.
in c. per tuas extra de ſimo. & habetur per Bal. ĩ Auth. ſi dicatur. C. de te
ſtib. & per Præpoſi. in c. ſi quis epiſcopus 1. q. 1. in fi. ¶ Item licet admit- 28
tantur uiles perſonæ ad teſtificandum, nihilominus non eſt uerum indi-
ſtincte, ſed debet haberi conſideratio ad perſonam accuſati, ut ſi ſit uilis.
uel infamata, aut bonæ uitæ cõductionis ſecundum glo. in c. tãta de ſimo.

& in

& in ca.cum p.mãconella de accu.& Præpoſi.in d.c.ſi quis epiſcopus in
29 fine. ¶ Item põt probari,quod bona intentione,& nõ deprauata poteſt
Simonia an ſit,ſi datum eſt aliquid ſponte.
receptionem ordinis.null· pacto præcedente ſed ex mera liberalitate
fuit aliquid datum modicum uel factum aliquod ſeruitium corporale or
dinatori,quia tunc non eſt ſimonia neque peccatum.ſecundum glo.cõ
muniter approbatam in c tua de ſimo. & in c.emendari.q.1.& per Præ
po.in c.eos.i.q. 1.nam ſi de intentione inhoneſta non conſtat eccleſię, li-
cet in ueritate habuiſſet deprauatam intentionem.quo ad eccleſiam nõ
cenſebitur ſimoniacus ille; ſed quo ad Deum ſic & ideo.ſecundũ Archi.
ibi,poteſt dari id quod alias fuiſſet daturus.ca. & ſi quæſtiones extra de
ſimon.& ſic poteſt probari, quod ante ordinem receptum,& ante be-
neficium habitum, & antequam aliquid de recipiendo ordinem, uel
de habendo benefitium aliquid tractaretur, ipſe coram pluribus decla-
rauit ſe uelle certum q id dare illi conferenti, aut ordinanti, uel po-
teſt probari quod erat ſolitus annis præteritis inſeruire illi conferen-
ti, aut ordinanti, & ei certum quid dare; Item poteſt probari quod
illud quod datum eſt, cauſa honoris eſt datum, & pro munere, &
non pro aliquo prætio, quod quidem licitum eſt cap.de eulogijs.xviij.
30 diſt.&.l.ſi remunerandi.ff.mand. ¶ Item poteſt probari, quod pro ex
Simonia an cõmittatur ſi datur aliquid pro expenſis.
penſis & ſumptibus eſt certum quid datum, non autem pro prætio.ut ſi
aliquis prædicat,& pro eleemoſina accipit certum quid,certe nõ peccat
nec eſt ſimoniacus,capiendo illud in ſubſtentationem ſuæ neceſsitatis,et
in domeſticos ſumptus,& neceſſarios uſus templi,& miniſtrorum.
Nam licet Epiſcopus pro conſecratione eccleſiæ nihil debeat accipere,
nihilominus pro ipſa procuratione Epiſcopi, & ſuorum, & pro caual
cata, licite aliquid exigitur cap.cum ſit extra de ſimo.cũ nemo.cogatur
ſuis ſumptibus militare cap.charitatem xii.q.ij.& uoluit Præpoſ.in cap.
31 iudices prima q.i.¶ Item poteſt probari conſuetudo, quæ uiget in illis
Conſuetudo excuſat a ſimonia.
partibus forte de dando,& recipiendo certas oblationes & certum ſala-
rium pro eleemoſina,nam licet illa ſit praua cõſuetudo,nihilominus ex
cuſat maxime bonos uiros ut dicit idem Præpoſ.in d.cap.iudices prima
q.i.& uoluit dom. Abba.in cap.cum in eccleſiæ hoc tamen intelligit ad
excuſandum a pœna temporali.allegat cap.denique iiij.diſtint.
Adde quod iſta conſuetudo non ualeret, ſi eſt, ut torqueatur ab inuito
32 ſecundum Prępoſi.in cap.ſiquis præbendas prima.q.ij. ¶ Et ideo infert
Monac.qui non tenetur ſeruire eccleſiæ,ſi aliqd accipit pro ſacramentis nõ eſt ſimoniacus.
Prępoſ.ubi ſupra quod ſi monachus nõ tenetur ſeruire eccleſiæ, et deſiit
ei ſumptus, licite poteſt accipere.ut in d.cap.iudices.immo poteſt loca-
re operas ſuas.ut extra ne præla.vi.ſuas in cap.quoniam & ca.ulti.et ibi
per Inno.& alios,dum tamen intendat locare laborem ſuum, non ipſũ
officium, ſcilicet ſacramentum; Ideo pro obſequijs & laboribus ſuis,
poteſt uelle ſacerdos mercedem, & de illa paciſci.ſecundum Ioa.And.
& dom.Ant in cap.ſignificatum extra de pręben.& uoluit gloſ.in d.cap.
iudices & in dubio uidetur paciſci pro ſubſtentatione, & pro obſequijs
ſpiritualibus.et uide quæ dicit Præpoſ.in cap. placuit el. primo & cap.
33 emendari prima.q.i.¶ An autem licite poſsit peti aliquid pro ſacramen-
Simonia an ſit petere ali
tis & ſepultura; Præpoſ.in cap.dictũ eſt uobis prima q.prima poſt rela-

[quid pro ſacramentis.] tas plures opiniones dicit, quod debent libere ſacramenta conferri & ſepeliri, & demum poſſunt compelli ad obſeruantiam conſuetudinis, quæ eſt, ut pro talibus ſoluatur certum quid. & uirtus conſiſtit in modo practicandi, nã ſi clericus petit ſolutionẽ pro ſepultura & pro ſacramentis, ſuccumbet: etiam ſi allegat conſuetudinem: ſed debet dicere conſuetudo eſt, ut pro mortuo aliquid detur eccleſiæ, ſeu clericis: & tũc bene agit debent tamen ſacramenta prius pręſtari, & demum uigore cõſuetudinis

[Diſpenſare quis poſſit in minorib. ſpeciebus ſimoniæ.] poteſt fieri compulſio. ¶ Quis ergo poſsit diſpenſare in minoribus ſpeciebus ſimoniæ: ſcilicet quæ committuntur in exequijs mortuorum; in benedictionibus nubentium, in cimiterij conſecratione, in ſacrorum uaſorum uel ueſtimentorum benedictione in receptione criſmatis, in aquæ benedictione, uel ſalis, aut panis benedicti uenditione: dic quod in his & ſimilibus poteſt Epiſcopus diſpenſare: ſecundum Præpoſ. in ca. ſtatuimus prima q.1. 34

[Simonia an cõmittatur dãdo aliqd ꝑ ſacramentis.] ¶ Et in hoc tam ex ſacris doctoribus theologis, quam canoniſtis, eſt ſumme aduertendum, quod non licet dare aliquid pro ſacramentis, ita ut ſacramenta emantur; ſed bene gratis, ex deuotione concepta, in perceptione ſacramentorum; in ſubſidium eius qui miniſtrat ſacramenta cap. quicquid prima q.1. & ita etiam not. Beat. Thom. ſecunda ſecundæ q.c. artic. ſecundo. Accipere enim pecuniam pro ſpirituali gratia ſacramentorum crimen ſimoniæ eſt; accipere aliqua ob ſuſtentationem eorum qui ſacramenta miniſtrant: ſecundum ordinationem eccleſiæ, & conſuetudines approbatas, non eſt ſimonia; neque peccatum. non enim uidetur accipere tanquam prætium mercedis, ſed tãquam ſtipẽdiũ 35

[De eodem.] neceſsitatis. ¶ Alio modo eſt licitum dare Epiſcopis aliquod munus a manu, pro conſecratione, & uiſitatione eccleſiarum cap. cum apoſtolus extra de cenſi. & cap. cũ ſit Romana extra de ſimo. & ſanct. Thom. ubi ſupra dicit, quod licet prælatis accipere procurationes, quando ſubditos uiſitant: non quaſi prætium correctionis; ſed quaſi ſtipẽdium debitũ. 36

[De eodem.] & idem eſt ſecundum eundem Beat. Thom. ĩ quarto diſtin. 25. de procuratione moderata quam accipere poſſunt Epiſcopi pro conſecratione eccleſiarum, ſecundum eccleſiæ determinationem. ¶ Sic quoque licitum eſt dare prædicatoribus, pro predicatione quia concluſio ſatis aperte colligitur. 1. ad Corinth. 9. neſcitis, quod qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt & qui altari ſeruiunt de altare uiuere debent; c. ſignificatum. c. cum ſecundum apoſtolum de præbend. & eſt concluſio Beat. Thom. in. 4. ubi ſupra dicens, ſtipendia debentur prædicãtibus ad ſubſtẽtationem uictus, ne cogantur relinquere uerbum Dei, non autem debẽtur eis quaſi pretium prædicationis ſic etiam licitum eſt ſacerdoti celebranti miſſam, accipere munus. ſecundum San. Tho. ubi ſupra dicentẽ ſacerdotem non accipere pecuniam, quaſi pretium conſecrationis eucharistiæ, aut miſſæ cantata, hoc enim eſſet ſimoniacum, ſed quaſi ſtipẽdiũ ſubſtentationis & ſic etiam generaliter licitum eſt pro alijs operibus ſpiritualibus dare & accipere aliquod munus a manu, his qui ad illa ex offitio non tenentur ut patet ex c. charitatem. 12. q. 2. & per Panor. in c. ad 37

[De eodem.] noſtram de ſimo. & communiter Docto in. c. ſignificatũ & eſt cõcluſio ſanct. Tho. ¶ Alio modo licitum eſt dare a manu munus pauperibus et 38

bonis

bonis uiris pro oratione. 1.q.1.c.ipſi ſacerdotes & 13 q.2.c. animæ & ha
betur per ſanct. Tho. ſecunda ſecundæ ubi ſupra.ubi dicit, quod illi qui
dant eleemoſinas pauperibus,ut orationum ſuffragia impetrent nõ eo te·
nore quaſi intendentes orationes emere,ſed per gratuitam beneficentiã
pauperum animos prouocare : ad hoc ut pro eis gratis, & ex charitate
39 orent,non peccant. ¶Item licitum eſt dare eccleſiis pro facienda proceſ De eodem.
ſione,uel faciendo anniuerſario,uel ſimili aliquo:ut habetur in ca.ulti.de
ſimo.& habetur per ſanct. Tho.ſecunda ſecundæ ubi ſupra ubi dicit,ꝙ
temporalia quæ dicantur Deum laudãtibus in celebratione diuini officij
ſiue pro uiuis,ſiue pro defunctis,non quaſi pretium ſed quaſi ſuſtentatio
nes dantur: & eo etiam tenore, pro proceſsionibus faciendis in aliquo
funere, aliquæ eleemoſinæ recipiuntur,ſi autem huiuſmodi pacto inter-
ueniente fiant.aut etiam cum intentione emptionis,aut venditionis,ſi-
moniacum eſſet cui concordat Alexan.de Aleſ. in ſecundo & idem dicit De eodem.
40 Sanct.Thom.in 4.diſt.25. ¶Item licitum eſt dare manualiter aliquid
monaſteriis pro aliquarum perſonarum receptione i.ad ſubſtentandum
huiuſmodi perſonas,ut melius poſsint in ſuis ſtatibus Deo militare: &
ita tenet ſanct. Thom.tam in ſecunda ſecundæ quam in quarto ubi ita di
cit quod pro ingreſſu monaſterij non licet aliquid exigere, quaſi pretiũ
religionis.licet tamen ſi monaſterium ſit tenue,quod non ſufficiat ad tot
perſonas nutriendas:ſed ut habeat monaſterium unde poſsit ei prouide-
re,ſi ad hoc non ſufficiant opes monaſterij.& habetur per Panor.in c.nõ
ſatis de ſimo.ubi dat modum quomodo ab intrante religionẽ, monaſte
41 rium aliquid accipere poſsit ſine labe, ſimoniæ. ¶Item licitum eſt, de De eodem
deuotione & amicitia concepta & beneficiis ſpiritualibus,liberaliter ab-
bati aliquod munus a manu gratis recompenſare. ut in c.quicquid 1.q.1.
42 & c.quam pro & c. placuit. 1.q.2. ¶Item licitum eſt,pro redimenda ue- De eodem.
xatione eius,quod iure alicui competit ,dare aliquid ſi hoc conſtat certi-
tudinaliter.c.quicunq; 1.q.1.& c.dilectus filius extra de ſim.& c.prohi
beas extra de magi.& ſanct. Thom.i quarto diſtin.25.dicit,quod is cu
ius eſt ac quietum:ſic poteſt aliquid dare,non in pretium prælationis,ſed De eodem
43 in redemptionem uexationis. ¶Item licitum eſt dare manualiter ali-
qua encennia,quæ non extenduntur ad munerum quantitatem:quæ cũ
fiant ſine pacto,& ſine aliqua intentione corrupta nõ inducunt ſimoniã
gloſ.in c.ſi quæſtiones extra de ſimo.& in c.ſunt non nulli 1.q.1.unde &
quæ prophetis offerebantur magis extimabãtur ſtipes tabernaculi quã
44 munera prophetarum. 1.q.1.c.iudices. ¶Eſt tamen bene uerũ quod quã Tria conſideranda in intentione dantis & recipientis.
do dubitatur an gratis,aut ex pactione, vel corrupta intentione dantis
& recipientis,munus datum ſit,tria ſunt maxime attendenda.ſecundum
Ray.l.qualitas dantis,& reci pientis ut.d.c.ſi quæſtiones extra de ſimo.
videlicet an pauper diuiti det,uel diues diuiti:numerus vel quantitas:ut
ſi magni uel maioris pretij res data exiſteret.c.ſtatutum.§.inſuper de re-
ſcrip.lib.6.& donationis tempus,an ſcilicet tempore neceſsitatis inſtan
tis uel ante conſecutionem rei ſpiritualis uel parum poſt ſeu alio tempo
re offertur.c.placuit & c.dictum.1.q.1.& ſecundum hoc habenda ẽ præ
ſumptio pro uel contra,& hæc intelligenda ſunt in foro iudiciali ubi ac-

cipitur præſumptio de ſimonia ex multis at ſecus in foro cõſcientiæ, ubi attenditur intẽtio ex qua homo ſe ipſum examinet,& iudicet:& hæc nota contra illum archipræsbiterum inquiſitum de ſimonia in curia Reuerendi Vicarij ciuitatis Salerni, ubi articulabat quoddam beneficium iuris patronatus fuiſſe ſibi donatum: & demum articulabat illos donantes fuiſſe & eſſe pauperes:& ſic uides,quomodo poteſt oriri præſumptio,quod donaſſent,an quod vendidiſſent potius maxime cum ipſe eſſet valde di

Simoniã inducit obſequium tẽporale preſtitum pro ſpiritualibus.

ues.¶Item eſt etiam aduertendum:induci ſimoniam etiam per exhibitionem muneris obſequij temporalis exhibiti pro ſpiritualibus.ut habetur in c.ordinationes. 1.q 1. & habetur per Beat. Tho.in ſecunda ſecũdæ & in.4.ubi ſupra & eſt notandum,quod obſequium aut eſt illicitũ, & inhoneſtum,uel etiam ad carnalia ordinatum, ut eſt ſeruitium quo ſeruit prælato(vt inquit San.Tho.)ad vtilitatem ſuorum conſanguineorum, vel patrimonij ſui,vel aliud huiuſmodi: & tunc eſt concludendũ quod pro tali obſequio ac munere,dare ſpirituale eſt illicitum & ſimoniacum vt in d.c.ordinationes & habetur per Sanct.Thom.& omnes iuriſtas & Theologos,ſecundum Præpoſ.in d.c.ordinationes. Si uero obſequium ſit honeſtum :aut tale eſt corporale,aut ſpirituale, ſi corporale,vt puta, aliquis vadit Romam pro negocio alicuius eccleſiæ:vel alio honeſto ſeruitio eccleſiæ:vel epiſcopi, aut alterius prælati: & tunc aut interuenerit pactum,& hæc fuit cauſa principaliter mouens, & tunc dare ſpirituale pro tali obſequio,eſt ſimoniacum.c.cum eſſent de ſimo.aut non interuenit pactum,præſtatur vero obſequium non propter talẽ cauſam principaliter mouentem,ſed ſecundario:quam quidem vocant incitatiuã:quæ excitat affectum dantis aliquod ſpirituale ob amorem obſequẽtis, ut potius ex liberalitate amoris conferat illud ſpirituale, reſpiciens principaliter Deum,& merita perſonæ:quapropter talia obſequia, & bona opera acquiſiuit,& non eſt ſimonia.& ita dicit Sanct. Tho.intelligendo quod perſona ſit digna: & non principaliter habeatur animus ad hoc:licet habeat ſecundario:nam non committitur ſimonia:Concordant Ray.Hoſt. Goffre.Hug.& Archi.& glo.in c.ſunt nonnulli. 1.q. 1.Si uero obſequium eſſet ſpirituale,& tunc ex pacto,uel ex conditione non licet illud pro aliquo ſpirituali impendere.ut habetur in c.cum M.Ferrarienſis communiter approbata extra de condi.& in cap.ſignificaſti de electio.

Simonia nõ cõmittitur ſoluta pecunia per inimicum beneficiati.

¶Item poteſt probari quod pecunia fuit ſoluta per inimicum eius qui 46 habuit beneficium,ad effectum ut incideret ille in ſimoniam abſq; uolũtate beneficiati,quia hoc pobato,ille non erit ſimoniacus.ſecundum Hoſtien.& Præpoſ.in c.ſunt non nulli. 1.q.1. ¶Item poteſt probari, quod 47 ille accuſatus de ſimonia erat obtẽturus beneficium abſq; pecunia,& pecunia non fuit ſoluta ordinatori,ſeu conferenti beneficium: nec fuit ſoluta per ipſum beneficiatum.nam tunc non eſt ſimonia ſi autem ſolueretur per ipſum beneficiatum pecunia:tunc eſſet ſimonia.ſecundum Præpoſ.I d.c.ſunt nonnulli 1.q. 1. ¶Item poteſt probari,quod nõ ipſe beneficia- 48 tus,ſeu ordinatus dedit,ſeu promiſit pecuniam ſed cõſanguineus beneficiati,(Adde Præpoſ.in ca.quicunque 1.q.5.) ſeu ordinati,eo ignorante, & nihil ſciente.nam non eſt cenſendus ſimoniacus, niſi ratum habuerit, aut

Simo. qualiter excuſetur.

De eodem.

aut cum ſciuerit non illico renunciauerit, quia tunc cenſendus erit ſimoniacus.ſecundum Hoſt.in ſumma, & habetur per Præp.in c.ſunt nonnulli. 1.q. 1.& an tali caſu,poſsit diſpenſari quod habeat beneficium: & per quem poteſt fieri diſpenſatio:uide plene per Præpoſ.in ca.qui ſtudet
49 ea.1.q. 1:vbi plene loquitur referendo omnes opiniones. ℭ Aduertendum tamen eſt; quod quouis quæſito colore,dare,uel accipere pro ſpiritualibus:eſt ſimonia. & ideo cauendum eſt, ne quæſito colore quis incidat in labē ſimoniæ.c.ſi quis neque & ibi Præpoſ. 1.q. 1.alia uero quę di
50 cenda eſſent in hac materia requiras per te. ℭ Solum uideamus qua pœna puniantur ſimoniaci.Præpoſ.in c.ſtatuimus. 1.q. 1.dicit,quod aut eſt perſona regularis quæ commiſit ſimoniam, aut ſecularis,aut laica, ſi eſt perſona laica,debet excommunicari.ut in c.ſiquis epiſcopus & in c.reperiuntur ea. 1.q.1.ſi uero eſt clericus, & tunc aut eſt ſimoniacus in ordinē, uel in benefitio. ſi in ordine,uel actiue, uel paſsiue, ſi paſsiue in ordine, quia ſcilicet ſcienter ſimoniace ordinatus eſt Pœna eius prima erit,quia eſt ſuſpenſus quo ad ſe, ut.ſ.de exequutione ſui ordinis ſe non intromittat, & quo ad alios, ut.ſ.nullus ei communicet in ordinis exequutione. ſecundo,punitur talis ſimoniacus pœna depoſitionis,& infamiæ,ſi de crimine ſuo aliquo modo,ſiue per accuſationem, ſiue per denuntiationē,ſiue per inquiſitionem conſtiterit 15.q, 3.c.ſane extra de accuſa.c.inquiſitionis. Item punitur tertio, quia non poteſt repetere pecuniam quam dedit,non quia alius bene accepit.ſed quia ipſe turpiter dedit 14.q. 5.ca. non ſane ſi uero actiue ſimoniacus:ſit in ordine.ſ.quod ſimoniace cōtulerit ordinem,eſt concluſio quod ſi crimen eſt occultum,talis eſt ſuſpenſus ipſo iure,quo ad ſe tantum ſicut & quilibet criminoſus, non tamen quo ad alios arg.extra eo.c.& ſi quæſtiones.Si uero crimen eſt manifeſtum, tunc eſt concluſio,quod ipſo iure ſit ſuſpenſus quo ad alios.c.accuſatum extra de ſimo. Si uero ſit ſimoniacus in beneficio & tunc aut actiue, uel paſsiue,primo caſu, actiue in collatione beneficij cuiuſcunque uel fuit mediator ſimoniæ,& tūc ſi crimen eſt occultum,talis eſt ſuſpenſus quantum ad ſe. Si uero ſit manifeſtum,eſt ſuſpēſus quo ad ſe,& quo ad alios c.accuſatum extra eo.paſsiue uero in beneficio ſimoniacus,& tunc talis eſt diſtinctio,uel talis ſic recipit ſimplex beneficium,& tunc eſt concluſio quod ſimile eſt de eo,ſicut de illo qui actiue eſt ſimoniacus in beneficio,quia eſt ſuſpenſus eodem modo. Item conuictusq; per accuſationem deponitur,per inquiſitionem,& denunciationem amouetur, & tenetur renunciare beneficio,& reſtituere omnes fructus perceptos, & qui percipi potuerunt deductis.expenſiſ. Si autem aliquis recepit dignitatem, ſeu beneficium habens curam annexam:tunc eſt cōcluſio,quod talis eſt ſuſpenſus quo ad ſe,& quo ad alios.Si uero religioſi aliqui ſunt ſimoniace recepti,tunc eſt concluſio,quod ſi recepti ſunt ipſis ſcientibus, & poſt generale concilium,& ſine ſpe reſtitutionis, de ſuo monaſterio repulſi, detrudantur in locum arctioris regulæ ad agendam perpetuā pœnitentiam.uel ſi non inuenitur arctior regula poſt puram & abſolutam abrenunciationem, ſaltim ad tempus mittantur ad aliud monaſteriū eiuſdē regulæ,& poſtea eligantur de nouo mutato loco priori & inferiori aſsignato

Simonia cõmittitur ſi quid datur quouis quęſito colore.

Pœna ſimoniaco imponenda quæ ſit.

gnato. *Si uero ipſis ſcientibus*, ſed ante concilium, tunc debent in aliis locis eiuſdem ordinis collocari quod ſi commode non poteſt fieri: tunc ne damnabiliter euagentur in ſecundo, debent diſpenſatiue recipi in eiſdē monaſterijs, mutatis locis prioribus. *Si vero facta eſt* ſimonia ipſis ignorantibus, ſiue ante cōcilium, ſiue poſt, ſufficit quod renuncietur ſimplicetur, & poſtea in eiſdem monaſterijs poſſunt eligi de nouo mutatis tamen locis prioribus. Idem Præpoſ. in c. præsbiter ca. i. q. i. dicit quod ſimoniacorum multiplex eſt pœna, & diuerſitas, ſed diuerſitas hæc dependet a modo procedendi, nam aut proceditur per accuſationem, aut per inquiſitionem, diuerſimode enim in iſtis proceditur, tantummodo (dicit. do. Abba. in c. inquiſitionis de accuſa.) inter iſtos duos modos eſt ſimilitudo in caſibus uidelicet ſi crimen impedit exequutionem ordinis, fiat depoſitio ab ordine, ſicut in accuſatione, ſed nō imponitur alia pœna, quę imponitur accuſato conuicto de graui crimine, vt perpetua detruſio in monaſterium, ſiue in alio carcere ut in c. tuæ de pę. & in c. ut famæ de ſen ten. excom. Si uero crimen ſolum impedit beneficij retentionem, & tūc tantum imponitur pęna priuationis & in hoc proceditur ſicut in accuſatione ita debet priuari per uiam inquiſitionis, nec poterit iudex moderare iſtam, imponendo aliam pænam, ut dimitteret beneficium ſibi, ſicut poſſet in aliis criminibus per tex. in d. c. inquiſitionis. Sed ſi impedit beneficij retentionem, hoc non poteſt, ſed debet priuari beneficio, ſicut faceret in accuſatione Nicol. Boer. in deciſio. 117. prima parte dicit, quod certa pæna contra infamatum de ſimonia, non reperitur ſed uaria a iure impoſita, quia aliquando imponitur ſilentium, aliquando punitur ut auctor ſceleris, aliquando beneficijs perpetuo priuatur, aliquando ſuſpenditur, aliquando omni officio, & beneficio, aliquando acrius punitur, adeo quod ſecundum eum poteſt dici arbitraria, non tamen dicit de cōuicto, aut confeſſo, ſed infamato tantum, uide tamen extrauagat in hoc facto & in effectu iudex ſecundum qualitatem ſimoniæ, perſonarum, notorietatis, aut occultæ ſimoniæ ſcandali, aut non ſcandali, & an perſona incuſata ſit alias ſolita, uel non in talem labem incidere, quia multum attenditur, an ſit ſolitus, uel non? ſecundum Abb. in c. & ſi quæſtiones extra de ſimo. & an conſuetudo poſſit in aliquo excuſare, ac attentis alijs debitis circunſtantijs pōt imponere & arbitrare pænam? non aūt intelligas per hæc eſſe pœnam arbitrariam, ſed ubi reperitur certa pęna determinata, illa imponitur niſi circunſtantiæ conſideratæ aliud ſuadeāt.

Vel flagitium carnis. Cap. 19.

SVMMARIVM.

1 Delictū carnis an graue dicatur.
2 Delicti carnis grauitatis exēpla.
3 Luxuriæ ſpecies quot.
4 Fornicatio an maius peccatum quam mendacium?
5 Fornicator clericus an committat adulterium?
6 Fornicatio ſimplex an ſit cauſa depoſitionis clerici?
7 Omnes mulieres de parrochia, an

an ſint ſpirituales filiæ pleba-
ni?
8 Delictum carnis an uere atrox?
9 Adulterii fœtidas quanta ſit.
10 Adulterij pœna.
11 Adulterium quid ſit.
12 Adulterij pœna an puniatur cle
ricus cognoſcens ſolutã, uxo-
ratam reputatam?
13 Adulterum ex officio, an iudex
poſsit inquirere?
14 Stuprum qualiter puniatur.
15 Matri an tradenda filia ſtupra-
ta abſq; fideiuſsione?

FLagitium carnis non ab re (diſertiſsime lector) putes inter ea quæ grauia reputantur, me poſuiſſe: Non obiter id feci, ſed conſulto. ¶ Nã ſecundũ Iſido. lib. etimo.
1 luxurioſus dicitur quaſi ſolus in uoluptates, uoluptates *Delictum carnis an graue dicatur.*
ſ. n. uenereæ ſoluũt animũ hominis, ex ea enim (quę uitium capitale eſt, ſecundum Gregor. 31. moral.) oriuntur octo filiæ ſcilicet cecitas mentis, inconſideratio, inconſtantia, præcipitatio: amor ſui, odium Dei, affectio præſentis ſeculi horror, ſiue deſperatio futuri: Quid dicis modo? Non credis uera que dico? ſcias certe quod flagitio iſto uacans, ad omnia mala facile labitur.
2 ¶ Audias ergo exempla Q. Flaminius uir conſularis, puerum impudice deperijt.) adeo ut quocunque proficiſceretur, nunquam ab eius latere diſcederet. quoque magis inſeruiret Amaſio, quendam in conuiuio ſecuri percuſsit, quum puer aliquẽ ſe preſente optaſſet interfici licet hoc in fœminæ gratiam factũ dicant nonnulli. Volaterrano authore. L. Papyrius publium adoleſcentẽ in uinculis tenebat, & efficiebat plagis, quod eius ſtuprum pati nollet. Re ad ſenatum delata, damnatus eſt Papyrius lata lege ne quis in corpora libera ob æs alienum ius haberet. Liuius libro. 8. idem in. T. ueturium adoleſcentem feciſſe dicitur. C. Blotius auctore Valerio. ſemiramis aſsiriorum Regina, quæ maſculam uirtutem, ſemper fere prę ſe tulit. & omnium calculis laudata eſt, ad extremum tantis delicijs, tantoque prurítu libidinis incaluit, ut mortuo marito, non admiſerit ſolum, at etiam prouocauerit plerosque ex ſuis militibus, qui forma eſſent elegantiore, quos poſtea crudeliter necabat. Diodorus lib. 3. & (quod omnium longe turpiſsimum eſt) equum ab ea adamatũ uſque ad coitum. Iuba teſtis eſt, Apud Plinium lib. 8. Victorinus Tyrannus (qui Galeni temporibus gallias rexit.) cauſa libidinum in matronas interfectus eſt apud Agripinam. Trebellius pollio. Ariſto. epheſius genus fœmineum peroſus cum aſina concubuit, ex eoque concubitu genita eſt puella, cui a cruribus aſininis nomen inditũ onoſceli author Plutarchus in paral. Non erubuit imperator Caligula ſororibus ſuis congredi quarum ambas exoletis ſuis proſtrauit, quo facilius eas in cauſa Aemilij cõdemnaret, tanquam adulteras. Liuiam Horeſtillam. C. piſoni nuptam, ſibi iunxit, & intra biennium repudiauit, repudiatam relegauit. Loliam paulinam, C. Memmio ablatam, coniunxit ſibi, breuique miſsã fecit, interdicto cuiuſque in perpetuum coitu. Ceſoniam adamauit, quam amicis plerunque oſtendit nudam. M. lepidum & M. Neſtorem pãtominiũ dilexiſſe fertur comercio mutui ſtupri. Valerius Catullus conſulari fa-

Delicti carnis grauitatis exẽpla.

milia iuuenis,ſtupratum ſe ab eo,& latera ſibi contubernio eius defeſſa uociferatus eſt. Author Suetonius, Commodus Imperator ſorores conſtuprauit ſuaſque concubinas uidens, ac uolens, ab amicis conſtuprari paſſus eſt. Adoleſcens infamauit omne genus hominum, quod erat ſecũ & ab omnibus eſt infamatus. habuit in delictis homines appellatos nominibus uerendorum utriuſque ſexus, quos libentius oculis ſuis applicabat. Author Lampridius, idem Commodus cum 300 cõcubinis, quas ex matronarum meretriciumque delectu, ad formæ ſpeciẽ conſtituerat ac trecentis alijs puberibus exoletis (quos ex plebe, & nobilitate collegerat in palatio:) baccabatur, & laſciuiebat. Idẽ Lampridius, Appius Claudius decemuir uirginiam puellam plebeiam, ſed forma excellentẽ) quã uirginius pater L. Icilio tribunicio uiro, & expertæ uirtutis homini deſponderat:) per uim ſtuprauit, quum nec pretio, nec ſpe poſſet allicere. Quæ fuit cauſa abrogandi magiſtratus decẽ uirorum, quemadmodũ Reges prius ob ſtupratam lucretiam eiecti fuerant. Author Liuius, & Cicer. ſecundo de finibus, omnes libidinum uoluptates experiri uoluit aſſiriorum Rex Sardanapalus, dum uiriles peroſus tunicas, in mulierem ſe transformauit, relictaque regni cura, laſciuiæ ſe deuouit totum, ac perdendum commiſit. de eo Trogus lib. primo & Cice. lib. quinto quæſt. Tuſcula. Quid iam mirum debet uideri, ſi Concinna & elegans puellarũ forma, uiros torreat, & ad uenerẽ titillet? quum ẽt reperiuntur qui inanimatarũ rerum amore & deſiderio intabuerint? Aiunt enim Pygmalionem quendam fuiſſe, qui ſtatam formoſam dilexerit, eamque ceu egregiam aliquam nimphã, & frequentius oſculis ſuiauiatus ſit, & lecto dignatus. unde Quintianus in cleopoli. concedat honori Pigmalion, licuit cui eburnea membra puellæ complecti, & pulchro cõponere corpora lecto. Sed quid plura recenſeo? eſt enim (inquit Ariſt. 3. ethico. 12.) Caſtigandum quod turpium rerum appetens eſt, multumque luxuriat, qualis eſt, maxime cupiditas, & pueri inexplebilis enim uoluptatis appetitio, & undique obrepit amenti, ac cupiditas, agendo cognatam ſibi auget affectionem. libidines. n. ſi magnæ ſint atque uehementes, deturpãte 3
Luxuriæ ſpẽs quot. mente rationem. ¶ Sunt etenim ſpecies luxuriæ ſex. ut habetur 36. q. 1. §. ſed non omnis ſcilicet fornicatio ſimplex, adulterium, inceſtus, ſtuprum, raptus, & uitium contra naturam, dicamus igitur de ſingulis aliqua. 4

Fornicatio a maius peccatum quã mẽdacium. ¶ Et de fornicatione ſimplici prius dicturi, illud præcæteris eſt aduertendum: quod quidam dicunt, quod fornicatio ſit maius peccatum, quã mẽdacium, cum inter cætera ſeptem peccata, ſit grauiſſimum. 22. q. 4. in eo & q. vij. nõ ſolum, hanc quæſtionem tangit Cardi. in cle. ſi. §. ſeptimo nu. ſecundo de here. & arguit pro & cõtra. tandem dicit maius eſſe peccatũ mendacium. uide per gloſ. i. in cap. ſed & continuo de pæn. diſt. i. gloſ. in uerſi. quinque in cap. clerici de exce. præla. Arch. flo. in ſecunda parte ſue 5

Fornicans clericus an cõmittat adulterium. ſummæ tit. v. cap. 4. §. iij ¶ Vtrum clericus fornicans cum ſoluta, ſi fuerit in ſacris conſtitutus, committat adulterium, uel fornicationem tantum; hanc eãdem queſtionem tetigit idem Cardi. ubi ſupra, & refert quoſdã tenere, quod committit adulterium, ex quo clericus eſt in ſacris vij. q. 1. ſicut alterius. ſed ipſe dicit quod committit fornicationem tantum, et de

ſimplici

ſimplici fornicatione debet puniri. Felin.in cap. atſi clerici de iudi.num. 14.ſimiliter tetigit puntum quæſtionis noſtræ; & in effectu dicit quod cõmittit ſimplicem fornicationem;& ita dicit tenuiſſe Federi.de ſen.in cõſ. 167.incip.mulier accuſata,& dicit de hoc eſſe tex.in cap. quia circa extra de biga.cap.præsbiter xxviij.diſt.ſecus tamen dicit eſſe in religioſo;
6 quia ille ſemper committit adulterium. ¶ Vtrum pro ſimplici fornicatione clericus ſit deponendus? Archi.in ca.notum ij. q.i.tenuit quod ſic; & eum ſequutus fuit Aret.in cap.cum non ab homine.de iudi.Feli in d. cap.at ſi clerici de iudi.num. 14.dicit quod communis opinio eſt in contrarium.pro iſta opinione allegatur gloſ.in c. Maximianus lxxxvi.diſti. & illa gloſ.eſt ualde not. Nam primo loco dicit,quod clericus pro ſimplici fornicatione eſt deponendus: & demum firmat contrariam opinionem:dicens quod communiter tenetur contrarium:mouetur,quia pauci reperiũtur abſque illo uitio, ut l.diſtinctio.cap.quia tua. Hanc etiam opinionem ſequitur Moder.pract.Hiſpa.in ſua pract.in uerbo fornicarij. Hanc opinionem limitat non habere locum (Feli.in d.cap.at ſi clerici) in Epiſcopo,quia in eo dicitur crimen graue & dignum depoſitione ſecundum Abb.in c.fin.in iiij.col.de purga.cano.licet dicat ſe dubitare.

Fornicatio ſimplex an ſit cã depoſitionis clerici.

7 ¶ Limitat ſecundo in ſacerdote cognoſcente filiam ſpiritualẽ. ſecundũ. Abba.in d.cap.fin.& ſic illam quæ eſt de diocæſi ſua: licet Feli.uideatur uoluiſſe reſtringere in commatre,in exemplo,per eum poſito.tamẽ Abba.in d.cap.fi.expreſſe dicit de illa quæ eſt de diocœſi ſua. Hiſpa. in uerbo ſpiritualibus filiabus ſe commiſcẽtes, dicit ſe credere quod ſi clericus ſimpliciter fornicaretur cum fæmina ſuæ parrochiæ,nullo alio uinculo ſibi coniuncta,non propterea eſſet deponendus: ſed ſi alio uinculo eſſet ſibi cõiuncta:ut quia eſſet in baptiſmate ſuſcepta,uel confeſsionem ſuorũ peccatorum ab ea auſcultauerit,quia & illa dicitur filia ſpiritualis cap. omnes xxx.q.i.aut tenuerit eam in ſacramento confirmationis, eſſet locus depoſitioni tu uero dicas audacter contrarium; Nam(ut ſupra dixi) Lampridius Appius Claudius, eo quod eſſet decemuir:& cognoſceret carnaliter uirginiam puellam:fuit & ipſe priuatus decemuirali offitio: & abrogata in poſterũ decemuiralis poteſtas.exiſtimãs ſenatus grauiſſimum eſſe nephas:ut ille qui ſubditos manutenere debet in iuſtita recte uiuendi ordine,& pace: contrarium ſeruet. Inquit enim Io.Chriſt. in caput Gen. 1.hom.6.uincite oro,prauam,& pernicioſam conſuetudinem: & cogitate quod non hoc ſolum graue eſt,quod qui illo confluũt:ſibi dãnum adſciſcunt.ſed & quod multis alijs ſcandalo ſint: quippe gẽtiles & iudei uidentes eos qui quotidie in templo uerſantur,& doctrinas audiũt, ſimul ibi comparere,& ſibi commiſcere: quomodo res noſtras pro deceptionibus non habebunt. & non idem de omnibus ſuſpicantur? An nõ audis Paulum admonentem, & conſulentem clara uoce Rom. 14.abſque offendiculo eſtote; Deinde ne putes,de noſtris tantum admonere: ſubdit, & gentibus & iudeis; & tandem adijcit: & eccleſiæ uel. Nihil enim ita offendit,& nocet religioni noſtræ:ut ſcandali anſam præbere infidelibus.Nam quando uident aliquos e noſtris uirtute cõſpicuos, huius uitæ negocia &,curas e ſublimi cõtemnere;multos ex ipſis male habet

Omnes mulieres de parochia, an ſint ſpirituales filiæ plebani.

Opi.do.Auctoris.

plerique

plerique admirantur,& obſtupeſcunt: quod cum eiuſdem naturæ nobiſcum ſiue non concedantur eis eadem,denique quando uidēt paruum ali quid delictū noſtrorum ſtatim linguam exacuūt,ſimul cōtra nos omnes & ex unius delicto, totam Chriſtianorum gentē iudicant.neque hoc cō tenti ſunt;ſed ſtatim aduerſus capud ſuum loquentes ob ſeruorū delicta, etiam communem dominum blaſphemare audent:& putant uelamēta errorum ſuorum,eſſe aſiorum deſidiam. Regeſque obſtupratam Lucre parrochia,filias eſſe ſpirituales ſacerdotes illius parrochiæ. ut & ipſe dicit.Ergo dicendum eſt ueram,& in practica ſeruandam opinionē Abb.

Delictum carnis an ſit atrox.

8 ¶Aduerte ad unum,quod dicit do.Abb.in d.ca.fi.quod ſumme inſeruit nobis ad ea quæ ſupra diximus. Nam delictū carnis deputauimus inter delicta grauia, & atrocia:ipſe enim ibi:dicit (opponens contra hoc) ꝙ tex.in cap.at ſi clerici.§.de adulterijs de iu.& ibi not.ne dum fornicationem ſimplicem, ſed ipſum adulterium computat inter minora crimina alia ve adducit, ad eundem effectum.ſed poſteà reſoluendo difficultatē; dicit, quod cum maxime huiuſmodi delictum fræquenter:inter grauiora crimina,libuit collocari.ſicque rubrica noſtra bene ſituata eſt.

Adulterii fœditas quanta ſit.

9 ¶Adulterij fæditatem, atque grauitatem hic recenſere omitto.de his.n. alias in practica mea cenſuali (ſi male non recolo) dixi. Habes etiam per Moder.Hiſpa. in uerbo adulterij.

Adulterii pœna.

10 ¶De pœna adulterij non oportet inquirere: quia notiſsimi iuris eſſe uidetur, eſſe locum depoſitioni. ut plene habes per eundem Hiſpa.in uerbo adulterij. Ad vnum dictum,ꝑ eundem eſt aduertendum;quia ſatis neceſſarium eſt,ut dicit enim(ex mēte Grillan.in tract.de pæn. omni.fa.cot.incip.ſexto declaranda) ꝙ licet deiure ciuili adulterium committens cum nupta.impudica, & meretrice,non puniatur,tamen de iure canonico punitur. Mouetur Grillan.ratione,quia de iure canonico nullus,coitus præter uxorium eſt permiſſus. ut xxxij.q.iiij cap.meretrices.& dixi in practica mea cenſua. Hoc enim dictum eſt ſatis rationi conſonum. Et illud indiſtincte tenēdum arbitror circumſcripta modificatione eiuſdem d.Hiſpan.de mitiori pæna eo caſu imponenda.

Adulterium quid ſit.

11 ¶Non enim negari poterit, quod etiam eo caſu non ſit cōmiſſum adulterium:quod quidem,nihil aliud eſt, niſi alieni thori uiolatio.32.q.5.non mechaberis.uel etiam ſui thori deturpatio. & Aſteſa.in tit.de adulterio ſecūda q.in proprijs terminis ex mente Goffre.ante Grillan.firmauit hanc opinionem Ioan. de Ana.in cap.ſi ſe duxerit extra de adulter.ponit quæſtionem,& non diſtinguit inter ius canonicum,& ciuile.ſed concludit, quod ſciens eſſe nuptam meretricem committit adulterium.

Adulterii pæna an puniatur clericus cognoſcens ſolutā uxoratā reputatam.

12 ¶Ad unum aliud dictum eiuſdem aduertendū puto:in quantū uoluit, quod clericus cognoſcens mulierem ſolutam,quæ ab ipſo, & cōmuniter reputabatur uxorata : deberet puniri pæna ueri adulterij . ut refert placuiſſe Io.de Ana.in cap.non nullis fi.col.de iude.quia licet ipſe dicat,quod ita placuit fratri uberto : nihilominus ego non auderem in foro iudiciali punire eum pro adulterio. Sed bene in foro pænitentiali.

Adulterum

13 ¶Habes rurſus ab eodem practico Hiſpano: quod licet de iure ciuili marito non accuſante adulterum,nullus alius poſsit accuſare;nec iudex poſ

ſi inquirere tamen in foro canonico,poteſt iudex adulterum punire, da to quod maritus, aut alius non accuſet. Et quod ita in practica & contin gentia facti obtinuit. Huiuſmodi enim dictum ego admitto cum modi- ficatione tamen,de qua per eum.ſ. ut procedat quãdo delictum eſt publi cum,ut publice procedat, quando delictum eſt occultũ,occulte, & ca- merario proceſſu procedat.ſed ultra eum modifica.ut non procedat iu- dex ex officio: etiam camerario proceſſu,ſi adulterium eſt occultum. Ad duo enim debet aduertere iudex.primũ ut clerici ſecuriores non per ſiſtant in adulterio(ut ipſe conſiderat)ſecundum, ut clericorum miniſte- rium non uituperetur.Hæc enim duo copulatiue cõſiderat tex.in cap.ſi gnificaſti extra de adult.& ſtu.imo nunc dico(& forte uerius eſt)etiam in foro eccleſiaſtico:non deberet,neque debet ex officio procedi, ſeu ad quærelam alterius quam uiri.quia tex.in l.quãuis la ſecunda.C.de adul- ter.& l. ſi conſtante ff.eo.tit.quatenus uolunt quod uiro non accuſãte, non licet alteri matrimonij cõnubia fœdare.fundantur in maxima ęqui tate,quam iudex eccleſiaſticus ardentius præ oculis habere debet,et ma xime cum de iure diuino id factum uidetur.ut apud Io. xiii.legitur.ubi depræhenſam in adulterio dimiſit Chriſtus, quia non habuit accuſatorẽ. tu autem defendẽdo opinionem Hiſpani, dicas quod pro eo eſt tex.in c. i.extra de offi.ordi.ubi ad litteram probat tex.quod iudex põt de adul-
14 terio inquirere. ¶Stuprum uero de iure canonico punitur depoſitione. ſecundum Abba.in cap.peruenit extra de adulter.& in cap.at ſi clerici, de iudi.col.xij.& ultra dictam pœnam condennabitur ad dotãdum mu- lierem defloratam.eſt etiam diſtinguendum.inter ſtuprum uoluntariũ, & coactum; & de multis alijs per Hiſpan.in uerbo ſtupri. Et ſimiliter. de alijs ſpeciebus luxuriæ,uideas ibi per eum, & per docto.in locis ordi- narijs.Quid de cognoſcentibus animalia bruta, aut cadauera mulierum mortuarũ:uide Boer.deciſio.316.in.2.parte.De ſtupro aũt,uide notabi- lia dicta,per Excellen.Gab.ſara.in addi.ad ſingularia Mathe.Ma.ſing.
15 99.Volo dicere tibi unũ uerbũ, quod ẽ ſatis notabile; tu ſcis quod ſi mu lier eſt ſtuprata, nõ eſt tradenda poſtea conſanguineis abſque fideiuſsio ne.ne forte eam occidant, tamen ſi mater petat eam ſibi conſignari,de- bet ſibi conſignari abſq: fideiuſsione, quia lex cõfidit de matre quod nõ offendat neque offendi faciet.ita notabiliter dixit Afflict.in conſti.mu- lier quæ Dotarium in 6.not.eiuſque dictum poteſt cõfirmari quia dicit Pet.Ancha.conſi.336.pro maiori col.4.uerſi.tertio quod mater propter ſexus ſimilitudinem plus affectiones cenſetur habere ad prolem femi- neam quam ad maſculam.Sed in contrarium arguo ſic, mulieres enim ſunt uindictæ maſculis appetentiores.Vt dicit iuuenalis Saty.13.

Vindicta(inquit)
Nemo magis gaudet.quam fœmina.

Quem citat Luc.de Pen.in.l.1.C.de mul.& in quo lo.lib.10.Idcirco mulier illa Apuleiana lib.5.de aſino.aureo dicit ſe non eſſe mulierẽ, niſi ultionem a ſorore,cui erat infenſa caperet. Nam & diuus Chriſoſtomus in ea Homilia quam in decollationẽ diui Ioannis habuit,mulier(inquit) ſi iniuriã patitur inſanit, & multa ſcribit ad propoſitũ Tiraquel.in tra.

de

ex officio an iudex poſsit inquirere.

Stuprũ qualiter puniatur.

Gab.Sara. Matri an tradenda ſi ſit ſtuprata abſque fideiuſsione.

Do.Auctor contra Affl.

de legi.connubia,in 8.l.nu.17.& Ariſto.lib.9.animalium, inquit fęminas uiris eſſe inſidioſiores.& crudeles eſſe fœminas ſcribit Albe.in l.filia in orbitate.C.de inoffi.teſta.Et id clare probat Gręcus ille Menandri uerſiculus.id eſt

Aequalis leænæ,& mulieris crudelitas.

& idem.

Ferarum omnium immitior fœmina
Ah crudele genus,nec fidum fœmina nomen.

Mulieribus non eſſe fidendum ſcribit Heſiodus in eo opere,cui eſt titulus opera & dies.

Qui mulieri(inquit)confidit,confidit & is deceptoribus.
Ideo & Euripides in ſupplicibus
Credere autem debet
Mulieri nunquam,quiſquis bene ſapit mortalium:

Alibi enim ipſe Heſiodus ſcribit,frondibus hærere,qui confidit mulieri. Soletque ſtuprum filiæ,grauius ægre ferre mater quam pater. Sicque uidetur ex his,non fidendum etiam de matre,tanto magis,quia non poteſt commode mater eam liberare a manibus patris, & aliorum agnatorum,& cognatorum,& ſic licet præſumatur ipſam adeo amare filiã quod non occideret,nihilominus non præſumitur quod poſſit illam liberare a ui& potentia maſculorum.

Vel uſuram committere. Cap. 20.

SVMMARIVM.

1 Vſura quam deteſtabilis ſit.
2 Iudex eccleſiaſticus in uſurarũ crimine,an ex officio inquirere poſſit?
3 Contra ſimplicem uſurariũ non æque proceditur ac cõtra manifeſtum.
4 Vſurarius reſtituere uſuras non ualens, quando excuſetur.
5 Quis de dolo quando ſit puniẽdus.
6 Periurium non leuius crimen uitio uſurarum.
7 Vſurarij manifeſti an ſepeliendi?Et eorum teſtamenta quãdo nulla efficiuntur?
8 Vſurarius manifeſtus qui dicatur.
9 Clerici carcerari quando per iudices ſeculares poſſint.
10 Clerici carcerati in quibus caſibus ſub fideiuſſoria cautione liberentur.
11 Captura clericorum cũ ſacrorum diſtinctione eſt permittenda.
12 Carceratio in quibus enormibus delictis locum habet:non obſtãte fidei uſſoria cautione.
14 Familię ſecularis iudicis an clericum unquam capere liceat?
15 Captura contra Prælatos non faciliter concedenda.Et quãdo concedi debeat.
16 Tortura an locũ habeat in crimine uſurario.
17 Conſtitutio Epiſcopi cõtra manifeſtos uſurarios conuincendos per unum, duos uel quatuor

tuor teſtes ſingulares,an ualeat?
18 Vſurarium quem eſſe,an per te ſtes ſingulares deponẽtes de uſuris in eos cõmiſsis ꝓbet?

1 VSura enim ℭQuam deteſtabilis ſit, & quam reprobata alias dixi in praxi mea cenſua, ad ibi dicta me remitto. Hic autem tantũ modo aliqua dicamus. quæ conferant ad praxim, vt noſtræ intentionis ordinem *Vſura quã deteſtabilis ſit.*
2 ſequamur. ℭIn primis enim illud ſciendum eſt, poſſe per iudicem eccleſiaſticum ex officio inquiri in hoc crimine. eſtq; ſpeciale in hoc crimine, ut iudex procedere poſsit per inquiſitionẽ ad priuatã utilitatem uidelicet. quo ad reſtitutionem; quod ſecus eſt in iudice ſeculari qui ad perſecutionem ciuilem criminaliter procedere non poteſt. ut no. Bal. in. c. 1. §. ſimiliter col. 2. uerſi. extra not. quod inquiſitio de contro. inue. & idem Bal. in. l. ea quæ col. 12. uerſi. item quęritur. C. de accuſa. & ſcribit Barto. Socc. in conſ. 219. circa primam difficultatem. & habetur in c. cum in dioceſi tua de uſur. ita tamen ſi fama præcedat c. qualiter & qñ el. i. tradit Bar. in extrau. ad reprimendũ in uerbo per inquiſitionẽ. & uoluit Cor. conſi. 19. in 3. lib. &
3 Dec. conſ. 170. i. lib. nec in hoc aliter eſt dubitandum. ℭEſt tamen aduertendũ ꝙ aut ſumus in ſimplici uſurario, aut in manifeſto, primo caſu, tantũmodo põt agi & inquiri, ut ille uſurarius cogatur (pro ſalute animæ) reſtituere uſuras receptas, & de cętero ſe abſtinere. non tamen põt procedi ut alia pęna imponatur, quia in tali crimine uidetur ſolũ conſiderari ſalus animæ, ut tollatur peccatum, quod per reſtitutionẽ purgatur. & ita concludit Bal. in l improbũ. C. ex qui. cau. infa. irro. quem late defendit Dec. conſi. 170. & ſequitur Craueit. in conſi. 6. num. 102. cũ ſequen põ *Contra ſimplicem uſurarium non ęque proceditur ac cõtra manifeſtum.*
4 derat ad hoc Dec. c. cum tu. §. illi qui de uſu. ℭVbi etiam excuſatur ille qui reſtituere uſuras nõ põt, & ibi dicitur non debẽt alia pæna mulctari, cum eos nota paupertas excuſet, & aliter puniri non poteſt. Si ergo ille qui non ſoluit propter paupertatem excuſatur, & aliter puniri nõ põt: a fortiori ille qui reſtituit uſuras alia pœna uel mulcta effici non debet. Item quia ius canonicum ulterius procedit imponendo pænas uſurarijs manifeſtis. in. c. quia in omnibus de vſu. & in c. quãquã de uſu. in. 6. ergo in uſurarijs ſimpliciter alia pœna non uidetur habere locũ, & dicit ꝙ id uidetur uelle Calde. conſi. 3. de for. comp. & licet Cor. con. 119. 3. lib. voluerit contrarium, ſuſtinendo opinionem Iaco. But. in d. l. improbum cõtrarium uolentis, nihilominus idem Craue. in d. conſi. 6. defendit opinionem Dec. & Bald. dicens quod opinio Dec. defenditur optimo & inconuincibili fundamento. Nam dicit ipſe Cor. vult quod uſurarius poſsit puniri crimine ſtellionatus ultra reſtitutionem uſurarum. Sed hoc non uidetur uerum, quia uſura committitur & exercetur contra ſcientem, quia ſcienter quia ſe obligat & contrahit, ſed ſcienti dolus non committitur. l.
5 demum. §. ſimili quoque modo. ff. de contrahẽ. empt. ℭEt quando dolus committitur in ſcientem, non poteſt quis de dolo puniri etiam crimine ſtellionatus. ſecundum Bal. in conſi. 240. præſuppoſito ſtatuto lib. 2. ſecũdo, contra opinio. Corn. fecit aliud fundamentum, nam quoties dolus cõ *Quis de dolo quando puniatur.*

miſſus contra aliquem purgari poteſt actione ex cõtractu in quo dolus interuenit:ceſſat actio de dolo, nec punitur dolus criminaliter.l.elegánter in princ.ff. de dol.Bal.conſi. 15.ad euidentiam li.1.ſed uſuræ poſſunt repeti conditione indebiti.vt habetur in c.Michael.de uſur.in c.debitores de iur.iuran.uel poteſt agi ex contractu,ut declaretur nullus & uſurarius;& ſic competit aliud remedium iure canonico introductum,ob id actio de dolo uidetur ceſſare. Et ſi diceretur quod eſſet incõueniens quod crimen uſuræ remaneat impunitum. ¶Reſpondet quod periurum non uidetur crimen leuius uitio uſurarum,et tamen lex dicit iuriſiurandi contempta religio ſolum Deum habet vltorem.l.2. C.de reb.cre. & multa alia ſimilia ad propoſitũ iſtud adducit de quibus per eum.Hanc eandem opinionem uidetur tenuiſſe Geminian.in conſil.59.vide tamen Rober. mar.in ſua prac.in uerbo & peruenitur aliquis,per uiã,ĩquit ſecundũ ordi.meum num.110.cum plur.ſequen.qui late tangit.Secundo uero caſu, quando ſumus in uſurario manifeſto poteſt agi ut primo clericus reputetur infamis,c.inter dilectos de exce.prælat.& ibi do.Abb.& ob id repellatur clericus ab officio obtinendo.glo in c.præterea de uſur. Item procedi poteſt,ut primo ſi abſque proterua cõtumacia fuerit & ſit vſuarius, ſuſpẽſione puniatur.ſicuti Hoſt.in ſumma tit.de uſur.§.vlti.verſi.alia a iudice;demum in eundem lapſus errorem,fænerare perſeuerans deponẽdus erit ab officio & beneficio.& ita procedunt tex.in c.1.de uſur & tex. in c.præterea.Punitur etiam pęna.c.quanquam de uſur.in 6. ¶Quę erit, quod etiam ſi vſurarij manifeſti iuſſerint uſuras reſtitui, & criminis cõmiſsi pęnituerint, non ſunt tradendi eccleſiaſticæ ſepulturæ:imo & eorũ teſtamẽta ſunt nulla ipſo iuræ,niſi de uſuris ipſis fuerit iuxta eorũ facultates,uel poſt obitum plenarie ſatisfactum,aut illis quibus faciẽda eſt reſtitutio:vel alijs eorum nomine idonee de reſtitutione facienda,ſit cautum. ¶Qui ergo dicantur manifeſti uſurarij?uarij uaria ſcripſerunt. Et certe manifeſtus uſurarius is dicendus eſt; qui palã & publice fœnerati tiam artem ita exercet, ut ipſa operis & patrati ſceleris euidentia nullã excuſationem habeat.ca.euidentia de accuſa Item manifeſtus uſurarius dicitur ille qui crimen ipſum confeſſus eſt in iudicio c.vltim.c.ueſtra de coh.cler.& mulier. c.cum olim de uerbo. ſigni.gl.in c.1.in uerb.manifeſtos de uſu.in 6.& Francus in d.capit. 1. Item dicitur uſurarius manifeſtus ſiquis coram ſacerdote & teſtibus publice ita quidem ut id in pluriũ notitiam deuenerit.glo.in d.c.quamquam quam ita intelligunt, & ſequũtur Arch.Domi.& Fran.& Abb.in conſi.2.col.1.lib.2.& Abb.& Ana.ĩ c.quia in omnibus de uſur. Item dicetur uſuarius manifeſtus, qui ob hoc crimen a iudice per ſententiam fuerit damnatus.c.vlti.de choa.cleri.& mulie. glo.in ca.1.de uſur.in 6.Nec dicetur manifeſtus uſurarius etiã ſi ſit conuictus probationibus.ſi non fuerit damnatus per iudicem.ſecũdũ Hoſtien.Abb.& alios in c.cum in diocæſi de uſur.Federi.de ſen.con.64. Domi.conſi.59.& ſequitur late Dida. Cou.in lib.uar,reſolutit.ti.3.ca.3. vbi tandem dicit,quod aut tractatur de non ſepeliendo in loco ſacro uſurario manifeſto qui in eo peccato & crimine deceſſerit, & de non recipiendis eorum oblationibus,deque non admittẽdis uſurarijs ad communionem

Periurium non leuius crimẽ uitio uſurarum. 6

7

8

Vſurarius manifeſtus quis dicatur.

nionem Euchariſtiæ, iſtis enim in caſibus ſat erit eſſe quẽm uſurariũ ma
nifeſtum operis euidentia, confeſsione iudiciali, extraiudiciali, uel iudi-
cis condemnatione. & ita accipiendum dixit tex. in c. cum in diocæſi. At
ſi tractetur de pęnis ſtatutis in d. c. quanquam etiam ſi hi criminis & pec
cati pœnituerint, ac iuſſerint uſuras debitoribus reſtitui, illum dicit eſſe
manifeſtum uſurariũ in hoc caſu qui ita palã & publice uſuras exercuit,
ut ipſa criminis euidentia ulla tergiuerſatione celari poſsit. Non enim di
cit ipſe uero ſimile eſt, voluiſſe ſummum Pontificem ſtatuiſſe tam grauẽ
pęnam aduerſus eum qui ſemel mutuum dederit ſub uſuris, licet id con-
feſſus fuerit publice in iudicio, uel extra iudicium uel a iudice ex ea cau-
ſa fuerit damnatus. Nec in eum qui ſecretius & occulte uſurarios contra
ctus pactus fuerit, quamuis demum de eo crimine accuſatus, uel confeſ-
ſione, uel probationibus alĳs fuerit condemnatus: nam in his caſibus nõ
poſſet iuſte iudex hunc reum pronunciare eſſe manifeſtum uſurarium. et
Bal. in l. 1. C. de ſacro ſanc. eccle. col. 4. uoluit non ſufficere quod probe-
tur quem eſſe uſurarium, vt dicatur manifeſtus uſurarius: ſed requiritur
probatio actuũ publice & palam geſtorum ſuper eiuſdem criminis exer
9 citio. hæc ille. ¶ Nunquid autem in hoc crimine habeat locum carcera-
tio? Dicas quod non eſt dubium clericos poſſe capi tam per iudices eccle
ſiaſticos, quam per ſeculares ad mãdatum eccleſiaſticarum ut de hoc eſt
tex. in ca. ſi clericos de ſenten. exco. in 6. & ibi Domi. Archi. & Fran. cæte
rique docto. & licet Io. And. in d. c. voluiſſet, id intelligi debere quando
exceſſus eſſent graues & nõ leues. per c. 1. 35. diſtinct. & c. vltimo & c. a
crapula de uit. & honeſta. cleri. & per l. leuia. ff. de accuſa. tamen rei ueri-
tate etiam pro leuibus criminibus poſſe capi & retineri certum eſt. — Clerici carcerari per iudices ſeculares quando poſſint.

10 ¶ Eſt tamen in hoc differẽtia inter primum caſum & ſecundum: quia in
primo caſu etiam ſi offeratur fideiuſſoria cautio: non debent relapſari ut
in d. c. & in 2. data fideiuſſoria cautione debent liberari. ut ibidem & no
ta. per Specul. in titulo, de accuſa. §. verſic. ſed pone. Et procedunt prædi-
cta ſiue clerici ſint conſtituti in ſacris, ſiue non, pro quo facit c. cum epi-
11 ſcopus de offi. ordi. in 6. & 27. q. 1. ſi cuſtos. ¶ Eſt tamen bene uerum, ſe
cundum Fran. in d. c ſi clericos, quod in modo detinendi eſt differentia
inter eos, ut not. 45. diſtin. c. cum beatus & ibi Io. Andr. nam facilius pro
ceditur ad capturam & detemptionem non cõſtitutorum in ſacris & du
rius, quam conſtitutorum in ſacris, & pro prædictis etiam uideas Lap. in
d. c. ſi clericos, & uide plene per Bart. in l. 2. ff. de cuſto. reo. & quod not.
in c. quamuis de pęn in 6. & in c. inquiſitionis de heret. eo. lib. & per Cy.
in l. ad commentarieñſem. C. de cuſto. reo. uideas omnino pulchrum con-
ſilium in materia carcerationis clericorum Cor. in cõſilio. 325. 4. lib. di-
cendum tamen puto quod etiam de iure canonico materia carcerat o-
nis eſt ualde arbitraria, & iudicis arbitrio relinquitur. — Captura clericorum cũ ſacrorum diſtinctione ẽ permittẽda.

¶ Quæ autem ſint delicta enormia pro quibus habeat locũ detẽptio &
carceratio: non obſtante fideiuſſoria cautione oblata Dom. a San. Gemi.
& Franc. & ante eos Ioan. And. in d. c. ſi clericos dicunt quod eſt falſitas
commiſſa in literis Papæ, & præſentatio talium literarum ſcienter facta
c. ad falſarium de cri. fal. homicidium commiſſum in epiſcopum ſuum

2.q.5.ſuper;uel ſimile delictum.ſecundum Ioan.Andr.ibi,habes enim ꝙ
pro iſtis & ſimilibus enormibus delictis habet locum detentio,& carce-
ratio etiam ſpreta oblata fideiuſsione.Item poteſt ſperni oblatio fideiuſ-
ſorum & procedi ad retentionem ut manifeſtet captus ſocios criminis.
ſecundum gloſſ.in d.cap.ſi clericos in glo.fin. Itē ſi eſſet ſuſpicio de fuga,
cautio non eſt admittenda,quando fragilis eſt.ut not.in c.litteras & c.ex
traſmiſſa de reſti.ſpolia.& per Ioan.Calder.in conſi.21.de regul.& ha-
betur per Domi.& Fran.in d.c.ſi clericos.¶Sed utrum permittatur ca- 13

Captura an permittēda, antequā de delicto conſtet.

ptura antequam conſtet de delicto?habetur per Archi.in d.c.ſi clericos
& 18.q.2.c.abbatis &45.diſtinctio.ſuper gloſ.ſummæ & Ioan.And.&
Domi.&Franc.in d.c.ſi clericos concluditur tamen, quod aut clericus
capiendus eſt incorrigibilis, & de hoc conſtat, & poteſt capi etiam per
laicum de mandato iudicis eccleſiaſtici qui crimen punire poteſt.Si uero
eſt corrigibilis, & de hoc apparet,ut quia uolebat ſuperiori obedire &
capi non debet cum uiolentia eidem etiam notorio crimino ſo inferen-
da.ut nota.in c.cum non ab homine de iudi.Si uero eſt dubium an ſit cor
rigibilis,uel non tunc ſi iudici conſtat plene de delicto,poteſt capi per
laicum de mādato ipſius iudicis eccleſiaſtici.c.ſuper his & c.tua de pœn.
10.q.2.c.1.imo plus etiam laicus poteſt capere abſq; alio mandato iudi-
cis ſi clericus eſt fugiens cum re aliena. ¶Item poterit familia ſecularis 14

Familia ſecularis iudicis.an clericum unquā capere liceat?

iudicis capere clericum in rixa, uel in adulterio deprehenſum,ut Epi
ſcopo præſentet.ſecundum Bar.in l.ſi quis in ſeruitute.ff.de fur.& Bal.
in l.ſi qua per calumniam.C.de epiſco.& cleri.Si uero iudici non con-
ſtat de delicto clerici per præſumptiones,uel probationes, & tunc capi
non poteſt,ſecundum Archi per d.tex.in c.ſi clericos in uer. commiſſas
a contrario ſenſu. quod eſt intelligendum niſi conſtet de delicto, quia
tunc licet ignoretur perſona,tamen pro ueritate habenda, & delicto pu-
niendo poterit clericus capi. ¶Non tamen prælati debent eſſe faciles ad 15

Captura cōtra Prælatos non faciliter concedenda.

capturam.ſecundum Ioan. Andr.ubi ſupra.Si uero de ipſo delicto con
ſtet ſaltem præſumptiue, & tunc poterit capi & incarcerari ſine pœna
excommunicationis,quæ omnia notes. Habes ergo ex prædictis quod
cum non ſit crimen uſuræ de enormibus,maxime quādo non apparet de
incorrigibilitate,quod licet poſsit ad capturā procedi,oblata fideiuſſoria
cautione,debet procedi ad liberationem.¶Sed an in iſto crimine uſura- 16

Tortura an locum hēat in crimine uſurario.

rio habeat locum tortura? Barto.Socc.in conſil.209.1.libr. in fine dicit
quod ſic,mouetur quia habet annexum crimen licet Angel.in ſua diſpu
ta.princip.Aſtenſis miles tenuerit contrarium ſecundū opinionē Ang. ꝙ
in tali crimine uſurario non habeat locum tortura:ſequutus fuit ſimplici
ter Ana.in c.quia in omnibus col.15.circa medium. Ego autem in hac
materia puto diſtinguendum, nam aut tractatur de ſimplici uſurario,&
tunc cum tantummodo tractetur de reſtitutione,& non de alia pæna,nō
poteſt,neq; debet tractari de tortura:aut tractatur de uſurario manife-
ſto,& tunc aut quo ad pænam.c.quanquam de uſur.in 6.& minime, cū
in mortuos non licet ſæuire, & tortura infertur ad habendam ueritatem
quæ a mortuis haberi nequit.ſi uero tractatur de pœna lateranenſis con-
cilij,de aqua,in c.quia in omnibus,de non admittendis ad communionē

altaris

altaris & ad oblationes, & de pæna. c. preterea quæ imponitur ſi poſt im poſitam pænam lateranenſis concilij adhuc uſuras quis exercere pręſumit, & iſto caſu puto torturam poſſe habere locum. tum quia crimen uſuræ habet annexum crimen, tum etiam quia pænæ non admiſsionis ad cõmunionem altaris, & non admiſsionis oblationum, & excommunicationis, ſeu depoſitionis, uel ſuſpenſionis ſunt magnæ penæ.
17 ¶ Nunquid ualeat conſtitutio epiſcopi quod manifeſti uſurarij cõuincantur per unum, duos, uel quatuor teſtes ſingulares. Feder. de ſen. conſi. 17. tenuit quod non, quem communiter Doctores ſequuntur. ut dicit d. Abba. Anto. de Butr. & Ana. in c. cum in diocœſi de uſur.
18 ¶ An quem eſſe uſurarium, probetur per teſtes ſingulares & deponentes de uſuris in eos cõmiſsis Breuiter dicas, quod aut agitur ut ex illis probationibus puniatur; aut ut ex illis conuincatur eſſe ſolitum fœnęrari, primo caſu, nõ ſufficiunt, ſecundo caſu ſic, ut poſt multos relatos per Crauet. in conſi. 73. tenuit ipſe quẽ uideas. & hoc de uſuris dixiſſe ſat erit.

Conſtitutio Epiſcopi cõtra manifeſtos uſurarios conuincendos.

Vſurarium quẽ ẽt an p teſtes ſingulares ꝓbet.

Vel furtum. Cap. 21.

SVMMARIVM.

1 Crimen furti graue.
2 Pœna quæ furibus imponenda & in num. 4. 5. & 8.
3 De gradatio an locum habeat in ſimplici furto?
4 Furem nocturnum occidere an liceat & æque diurnum?
5 Furibus & latronibus eccleſiaſtica ſacramenta an & quãdo deneganda?
6 Fur an neceſsitatis cauſa a pænã excuſabitur?
7 Epiſcopi non reuelantes fures an recte eos excommunicẽtr?
8 Fur ad ſacros ordines non prouendus.
9 Domeſticus pro furto grauius punitur, quã non domeſticus.
10 Furens an poſsint incarcerari, & torqueri?

1 HViuſmodi enim crimen non immerito. ¶ Inter grauiora an numerandum duxi, Nam illud idem facit. tex. in. c. cum non ab homine de iudi. & not. in. c. cum contingat de for. competen. per Do. Abb. & Hiſpa. in
2 ſua practica refert & ſequitur in uerbo fures. ¶ Pęna autem furibus imponenda, eſt depoſitio. ut. in. c. præſ-
8 biter 81. diſtinct. & refert Hiſpa. ubi ſupra. ¶ Tu aũt aduerte addicta Hiſpani in. d. loco quod reiecta opinione Hoſtien. Abb. & aliorũ in. c. tuæ de pæn. tenentium durius puniri Latrocinium, quam ſimplex furtum, & ſic pœnam de qua in. c. tuæ, quæ eſt degradatio, et detruſio in arctum monaſterium non habere locum in furto ſimplici, conſiderat diſpoſitionem. d. tex. in. c. tuæ pariformiter militare in latrocinio & furto ſimplici. nullamq; debere fieri differentiã, nõ ẽ ei adhærẽdũ. Manifeſta enim & a iure & ab omnibus fit differentia inter unum & aliud. vt per Do. Abb. in. d. c. tuæ & in nomine, & modo imponendi pœnam. l.

Crimen furti graue.

Pæna furibus imponẽda.

Furem nocturnum an occidere liceat

capitalium.§.famoſos.ff.de pęn. ℂHinc furem nocturnum licet occide 4
re, non autem diurnum.cap.ſi perfodiens extra de hom.ſed latro diur-
nus in diſtincte poteſt occidi.l. 1.& 2.C.quando li.unic.iudi.ſe.uin.& uo
luit gloſſ.in.c.cum homo.23.q.5.Nec uerum eſt,id quod ipſe dicit,quod
Papa in d.c.tuæ nihil noui ſtatuit,ergo nõ debet extendi ad latrocinium
tantum,quia errat uehementer(ſalua pace nam quid noui ſtatuit,quia in
c.præsbiter,expræſse deciditur poſt pęnam depoſitionis,non eſſe alia af
fligendum pęna,& tamen tex.in c.tuæ expreſſe decidit aliam imponi pę
nam.ſ.detruſſionis in monaſterium nimirum ergo,ſi tantummodo ad la
trocinium, & non ad ſimplex furtum dirigatur.Item puerilis ratio eſt
illa, quod Papa Innocentius cũeſſet ſenex non florebat eloquio latinæ
linguæ,& ſic non uidetur habuiſſe conſiderationem ad rectam ſignifica
tionem uocabulorum.Quis enim non ineptiam hanc appellabit? cum
& ſi in pontificibus,& legum latoribus uera ſignificatio vocabulorum
ſemper ſit præſumenda, precipue id dici debet in Papa Innocentio in
quo floruit recta & accurata latinitas quare quicquid ille dixerit, adhe-
reas doctrinis Abb.et Hoſtien.Nam quãdo lex ſeu canon uoluit de utriſ
que loqui,ambos nominauit.c.2.de fur.ℂAlia inſuper imponitur pęna 5

Furibus eccleſiaſtica ſacramẽta an denegẽtur.

furibus & latronibus,quæ eſt, ut eis denegentur eccleſiaſtica ſacramen-
ta.d.ca.2.de fur.niſi demonſtrauerint ſigna contritionis,quia tunc eis nõ
eſt deneganda eccleſiaſtica ſepultura. nec oratio eccleſiæ.c.a nobis el.2.
de ſenten.excommu.Nec dicit Ana.in d.c.2.ualet conſuetudo quod ma-
lefactoribus damnatis ad mortem, penitentibus penitentia denegetur
cle.1.de pen.& remiſſ.nec etiam euchariſtia nec eccleſiaſtica ſepultura

Fur neceſſitatis cã. an a pæna excuſetur.

eis denegabitur.ut ibi.ℂVtrũ fur excuſetur a pena furti ſi furatur pro- 6
pter neceſsitatem?glo.in.c.ſiquis de fur.dicit quod ſic, quia dicit quod
ſicut licitum eſt occidere, ſi aliter tueri ſe nequit, ita licet furari exigen-
te neceſsitate, & ita dicunt ibi eſſe tenendum do.Abba.& Ana.ℂAn li- 7
cite procedant epiſcopi qui ſemper excommunicant non reuelantes fu-
res, & furta?dicas quod ſic, quia peccatum,eſt non reuelare,ideo licite
excommunicari poterit c.qui cum fure & ibi Dom.Abba.de fur.ibi ta-
men Ana.late diſcutit,& dixi alias in uerbo teſtibuſq; dilig.exam.ℂItẽ 8

Fur ad ſacros ordies non promouendus.

alia pæna punitur fur.quia nõ poteſt ad ordines ſacros promoueri.c.ex
litteris de fur. ℂAduertendum etiam eſt, ad id quod dixit Hiſpan.vbi 9
ſupra quod grauius puniatur domeſticus pro furto quã non domeſticus
ex doctri.Ioan.Fabr.in.§.alia deinde, nã Ioan.Fabr.abſq; lege loquitur
& Ana.in.d.c.ex litteris de fur.5.col.dicit non puniri,niſi furtum ſit ma-

Fures an incarcerari & torqri poſſint.

gnum. ℂAn fures poſsint incarcerari & torqueri?dicas quod ſic ſecun 10
dum Lucam de penna in l.iudices.C.de dignita.libr.12.per c.14.q.1
& c.1.de depoſito & uoluit Caſſa.in tit.ſe alcun commet ſemple larre.
§.5.fol.42.numero.6.

Vel homicidium. Cap. 22.

SVMMARIVM.

1 Homicidium qua pæna puniatur.

2 Degradatio an locum habeat in homicidio qualificato remiſsiue

misſiue.

3 Quæ aggrauant homicidij delictum.

4 Clericus ſi cum animo eius inimicum occidendi acceſſerit, reperiens eum mortuum, caput amputauerit, an irregularis fiat? Et qua pœna teneatur 1. num. 6.

5 Homo non uiuificatus non dicitur homo.

7 Conſulens, & opem præſtans, an pari pœna qua delinquẽs, puniatur?

8 Inſtigans, & commouens aliquem ad homicidium, an tanquam homicida ſit puniendus?

9 Prohibens delinquentem aufugientem a familia curiæ capi, qua pœna puniendus.

10 Illato unico uulnere alicui in rixa a pluribus, ignoratur tamẽ a quo, an omnes irregulares ſint. & puniãtur, & ĩ nu. 11

12 Vno, ex pluribus in domo, interfecto, cęteri quando poſſunt teſtificari.

13 Differentia inter leges & canones, quãdo unus lætaliter uulnerauerit, alius extinxerit.

14 Qui potens, non obuiauit maleficio, an tanquam irregularis puniendus.

15 Clericus incipiens rixam, ſi ſuper uenientes conſanguinei aduerſarium occiderint, an irregularis fiat?

16 Clericus ſciens famulos uel cõſãguineos uelle occidere eius inimicum, ſi tacet, an ſit irregularis. & in nu. 17.

1 HOmicidium. ℭ Punitur pœna depoſitionis, & detruſionis in monaſterium. c. cum non ab homine iuncto c.
2 tuæ de pęn. ℭ Sed utrum degradatio actualis habeat locum in crimine homicidij qualificati? dicam infra ubi de pęnis dicetur. & habetur late per Gul. a bened.
3 in rep. c. rainuntius, in quæſtione de homici. ℭ Et aduerte (ut ſcias formare inquiſitionẽ) quod ibi do. Gul. plura ponit quæ aggrauant delictũ homicidij, & pœnam: primo aggrauatur ex qualitate interfecti, nã ſi eſt religioſus, ex eius perſona grauius delictum debet cenſeri per l. atrocem. C. de iniur. & eſt tex. in c. qui occiderit. 17. q. 4. Item ſimiliter & tanto magis aggrauatur ſi eſt conſtitutus in officio & adminiſtratione. & probatur in l. Grachus. C. de adulte. Itẽ tertio aggrauatur ex perſona interfecti, ſi probetur quod longo tẽpore fecit nonnulla accepta ſeruitia interficienti. ex quibus debebat remunerari, non occidi. c. relatum de teſta. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. de pet. hær. Aggrauatur inſuper ex perſona interficientis etiam ex tribus cauſis, prima, ſi eſſet ſacerdos, cuius officium quia multis prodeſſe, & nulli nocere debet. c. i. de poſtulan. & ſic non debet eſſe crudelis, ſed humanus. ut dicit Panor. in c. i. de cler. percuſſ. Item ſi interficiens eſſet familiaris interfecti, procul dubio aggrauatur glo. in l. prima. ff. ad Silla. Item ſi interficiens fuiſſet pater ſpiritualis: & ſic pater confeſſionis interfecti. ſecundum Panor. in cap. at ſi clerici de iu. Item aggrauatur homicidium ratiõe loci ex triplici cauſa: prima ſi fuit commiſſum in domo religioſa. Item ſecunda ſi fuit commiſſum in domo propria interfecti, ubi debuit

Homicidiũ qua pœna puniatur.

Quæ aggrauant homicidii delictum.

habere tutiſsimum refugium.l.plerique:ff.de in ius uoca.tertia,eſt ratio-ne loci vulnerum:ut quia in capite,& locis mortalibus. Item aggrauatur ratione temporis l.aut facta de pœn.Item aggrauatur ratione euẽtus,faltem ex eo quod euenire potuit. Item ratione cauſæ grauatur: vt ſi nulla iuſta cauſa præcedente,ſit homicidiũ cõmiſſum. Item grauatur,ſi proditorie ſit commiſſum.Item propter damnoſam exempli perniciẽ, ideſt ut euitetur malum exemplũ,grauatur delictum. Scias ergo formare inquiſitionem:ut delictum grauetur. ℭ Quid enim ſi clericus acceſsit cum 4
intentione ut occideret eius inimicum:& reperiens eum mortuum, & uolens eius appetitui ſatisfacere amputauit caput mortui: an dicatur ex hoc irregularis? & uidetur quod non. ℭ Quia homo non uiuificatus 5
non dicitur homo:nec cadauer dicitur homo cap.in quadam de celeb.niſi licet aliĳ dixerint quod ſic ſaltem propter intentionem,cum opere ſubſequuto. cap.nuper de biga. & cap.fin.ſed Archi.in cap.ſi.xv.q.i.tenet primam opinionem.& ſequitur Ana.in cap.ſicut de homicid.in fin.

Homo non uiuificatus non dicitur homo.

ℭ Eſt tamen bene uerum quod iſte clericus tenetur actione iniuriarum. 6
hæredi illius cadaueris l.i.§.quoties.ff.de iniur.quod nota contra clericos ſepelientes eorum inimicos, & iniuriantes cadaueri. ℭ Aduerte tamen 7
quod in quantum ſimpliciter Hiſpan.in ſua pra.in uerbo homicidæ tenuit conſulentem,& opem præſtantem puniri eadem pœna qua ſciens: quod eius dicto ſimpliciter non eſt adherendum.Nam Ana.in cap.ſicut dignum.§.illi etiam ex mente Angeli diſtinguit,quod aut quis fauet negligendo, & tunc ſi reperitur determinata pœna:illa puniatur. Sui autem nulla erit determinata pœna:& erit arbitraria, aut quis fauet conſulendo,ſeu conſentiendo:& iſti plus peccant quam negligentes;tamen mitius puniuntur quam facientes ca.nullus de reg.iur.in vi.& dicit eſſe caſum in cap.cantantes & pſallentes lxxxĳ.diſtin.quidam fauẽt comparẽdo,& iſti pari pœna puniuntur.cap.i de offi.dele.quidam fauent authorizantes & defendentes.& iſti de iure canonico plus peccant quam facientes quia peccant in duobus;primo, quia ſunt participes criminis: ſecundo,quia impediunt iuſtitiam miniſtrari: ideo offendunt rempublicã, & priuatam xxiiĳ.q.iĳ.qui aliorum,& uideatur Inno.in d.§.illi qui. Adde quo hanc quæſtionem late tetigit d.Dida.Coua.in repe.clem.ſi furioſus de homi.§.2.in ſecunda parte relectio:num.primo ubi diſtinguit, an cõſilium ſit datum alia facturo,ita uel ne:dicit tamen quod licet conſilium ſit datum alias facturo;tamen contrahitur irregularitas.

Inſtigãs aliquem ad homicidiũ an ut homicida puniatur

ℭ Quid enim de eo concitauit aliquem ad odium & irã contra proxi- 8
mum taliter quod ex illa inſtigatione ſequutum eſt homicidium,uel diſcordia:an puniatur ut homicida? dicas quod ſeueriter eſt puniendus: non tamen ut homicida, niſi inſtigatio tenderet ad certum homicidiũ d. cap.ſicut dignum.§.qui uero & ibi not. Ana.& ad ſupradictã.q.ſupra ꝓxime tactam.uide Gandi.in trac.ſuo crim.in tit.de homic.& eo.pœn.nu. 7.& Gandi.in tit.de pœn.reo.num.36. ℭ Qua pœna puniantur illi qui 9
commiſſo homicidio per ſeyum,fecerunt taliter ne caperetur a curia eũ in ſequente? dicas quod tenentur media pœna homicidĳ arbitrio iudicis. ut late Gandin.in ſuo lib.malef.in tit.de homic.& eorum pœn.num.8.

Ad

¶ Ad illud enim quod Hiſpanus in eadem ſua praxi.in uerbo homicidę, dicit ſub uerbo credulitatis quod clerici excuſantur a pœna ordinaria in illis caſibus in quibus laici excuſantur a pœna mortis, dicas tu non ſub
10 uerbo credulitatis, ſed affirmatiuo. ¶ Quid enim ſi unicū uulnus fuit Illatum uni a pluribus, & neſcitur a quo an omnes ſint irregulares, & oẽs puniantur?Innoc.in cap.ſignificaſti de homi.mouet dubium,et non decidit?Ioan.And.miratur de Innoc.qui hoc non decidit.miratur de Gregorio.qui illa uerba imo decidit,abſtulit,miratur de Bonifacio viij. qui ſcienter non poſuit in vi.unam extrauagantem quæ decideret. et gl. & Docto.arguunt pro & cõtra,ut patet ex his quæ habentur xlij.diſtin. quieſcamus xi.q.iij.nolite.Hoſtien.in ſumma tit.de homi.in uer.& qua pœna uerum.ſed nunquid omnes dicit quod relinquitur conſcientijs eorum,& ideo nullus cenſendus ſit irregularis,niſi graue ſcãdalum oriatur. Barto.Brixie.concludit omnes eſſe irregulares, & omnes eſſe remouendos.Io.And.dicit quod ubi apparet de culpa omnium,licet unus ſolus ꝑcuſſerit, omnes repelluntur. ſi uero nec de aliqua culpa conſtat omnes admittuntur.Angel.in.l.ſi in rixa.ff.de ſicar.ſimpliciter ſequitur opinionem Hoſtien.& quo ad pœnam omnes abſoluentur.Hanc eandem opinionem ſequitur Io.de Ana.in d.c.ſignificaſti.Dom.Abb.in d.cap.ſignificaſti num.4.dicit quod aut agitur ad pęnam imponendam,& tunc in dubio nemo cenſendus eſt irregularis.ſed ubi agitur, ut tantum quis ceſſet a diuinis,in dubio omnes cenſendi ſunt irregulares.Ego autem adhereo opinioni Io.And quod ſi apparet de culpa omnium: omnes cenſendi ſunt irregulares: ubi autem de culpa non apparet,nemo irregularis cenſendus eſt.pro qua opinione facit quod met.glo.in c.cupientes. §.cæterum in uerſi.ſciant culpabiles de electio.in vi. Tu autem uide quia ad longū congerit Dida.Couar.in rep.cle.ſi furioſus de homici. in ſecūda parte relectio.§.ſecundo nume.3.4.& ſequ. & eandem poſt multa cõcludit plures caſus uidelicet.Primus caſus erit (ſecundum eum) quoties plures conſulto eundem hominem fuerint aggreſſi, & ille ex unico tãtum uulnere mortus fuerit, iſto caſu (dicit ipſe) tenentur oẽs etiam qui non percuſſerint,de homicidio,& eius pœna erunt puniendi. ſecundū Bar.in.l.ſi in rixa col.i.ff.de ſica.& ibi Ange.Cy.& Sali.in.l.quoniã C. de ui.publi.ulti.q.& idem erit; ſi unus tantum percuſſerit & alij auxilium dederint & iſto caſu omnes erunt irregulares.Secundus caſus, erit cum unus fuerit a pluribus in rixa ſubito contingenti non præmiſſo conſilio uulneratus,et cõſtet quod ex tot uulneribus ſit læthaliter percuſſus, & quis id intulerit, in hoc caſu tenebitur(ſecundum eum)qui uulnus læthale intulit, de homicidio.Cæteri de percuſsione.per tex.in.l.item mela.§.ſed ſi ſeruum.ff.ad.l.aquil.Et idem tenent canoniſtæ in d.cap.ſignificaſti.Tertius caſus erit, quando quis ab uno fuerit lethaliter vulneratus,& demū ab alio exinanitus,de quo dic ut intra. Quartus caſus erit, quando unus eſt a pluribus percuſſus & tãdem ex uulneribus illis mortem obierit, nec conſtat eum potius ex uno quam alio uulnere deceſsiſſe tunc.omnes hi percuſſores de occiſo.tenentur.ſecundum Cardi.Ana. & Felin.in d.cap.ſignificaſti num.10.ſed pœna,extraordinaria,ſecundū

Illato unico uulnere a pluribus an omnes irregulares ſiant.

Alex

Alexan.conſi.15.lib.1.Quintus caſus eſt: quoties quis uno tantum uulnere lętali fuerit percuſſus.nec apparet a quo;cum tamen plures in conflictu rixæ cum eodem contenderint:vel fuit a pluribus multis vulneribus,(quorum unum tantum eſt mortiferum) vulneratus, nec conſtat quis illud vulnus intulerit, & in hoc caſu omnes extraordinaria pœna plectendi ſunt.ſecundum Ana.& Feli.in d.cap. ſignificaſti. quo uero ad irregularitatem,dicit quod ſi conſtat omnes percuſsiſſe:omnes erunt irregulares.uide eum.

Opi.d.Auctoris.

¶Simile etiam dicendum eſt.in illa quæ de lapi- 11
de proiecto de domo ab uno ex quatuor,ſed,neſcitur a quo.ut ibi dicit
Io.Ana.ex mente Io.And.

Ex plurib. in domo,uno interfecto,quando cæteri teſtificantur.

¶Quid enim ſi plures erãt in domo:& unus 12
eſt interfectus.an alij poſsint eſſe teſtes?Specula.in tit.de teſte num.38. dicit quod nõ in §.i.Io.Andr.ibi in addi.dicit quod ſi unus accuſatur poterũt alij teſtificari;ſed ſi omnes accuſantur,non, uerum ubi unus accuſatur,& alij teſtificantur, poterit contra illos excipi. & ita tranſit Ana. in d.cap.ſignificaſti.

¶Item aduerte quod eſt differentia inter canones 13
& ll.in hoc quia ſi unus vulnerauit lætaliter,& alter extinxerit ſecundum ll.primus de vulnerato tantum,& ſecundus de occiſo tenetur.at ſecundum canones quo ad irregularitatem ambo de occiſo tenentur.ſecundũ Inno.& Ana.in d.cap.ſignificaſti de homi.Contrariam opinionẽ tenuerunt Io.Ana.& Abb.in d.ca.ſignificaſti quos ſequitur Caſali a uilla Die: in trac.de irre.cap.de percuſſori col.4.& ſequitur Io.Ign.in l.1.§.ſiquis in uilla.ff.ad ſillania.ſed uide Dida. Couar.in rele.cle.ſi furioſus.de homi.nu.4.

Qui potens maleficio non obuiat irregularis fit.

¶Nunquid qui cõmode potuit obuiare maleficio,& obuiauit: 14
puniatur,& irregularitatem incurrat? dicas quod ſic capit.ſicut dignum §.illi etiam de homic.& not.Hoſtien.in d.cap.ſignificaſti & uideas late dicta p Dida.Couar.in repe.Clem.ſi furioſus de homi.in ſecunda parte rele.§.ſecundo num.7.

¶Quid enim ſi clericus dederit cauſam rixæ,& 15
ſuperuenerunt conſanguinei ipſius,& occiderint aduerſarium,an ex hoc ille irregularitatem incurrat? dicas quod ſic ſecundum Docto.in ca.Petrus de homi.Maria.Socci.in cap.ad audientiam de homic.num.50.late Couarru.ubi.ſupra num.8.Et quid quando potuit prohibere, & prohibuit.uide ubi ſupra.Et quid quando ſuperuenerunt aliqui & ex propria inimicitia occiderunt pugnantem cum clerico?uide Couarru.in d.loco.

¶Sed quid de eo clerico cuius famuli, uel conſanguinei in eius præſen- 16
tia tractant interficere eius inimicum ob eius iniuriam, an ſi tacuit,dicatur irregularis?dicas quod ſic ſecundum Abba.Feli.& alios in d.cap.Petrus.& uoluit Couarru.ubi ſupra.

¶Imo irregularis efficitur clericus 17
qui ſcierit tractari de committendo homicidium eius gratia ſi non impediuit illud,uel ſaltem non reuelauit.ſecundum Couarru.ubi ſupra.

Vel crimen beneficij. Cap. 23.

SVMMARIVM.

1 Venenationionis crimẽ enormiſſimum,& graue.

2 Iudex. in crimine ueneficij ad torturam promptior eſſe debet.

Venenum

3 Venum qui emit: & ut daret, pa-
rauit. non dedit, ſed per ſe non
ſtetit: utrum eadem pœna qua
ſi dediſſet. puniretur?
4 Vibrans baculum ut percutiat
clericum, non tamen percu-
tiens, an ſit excõmunicatus?
5 Conſuetudo ciuitatis locum ha-
bet etiam inter clericos.

1 NOn eſt dubitandum, ꝙ crimen uenenationis ſit enor-
miſsimũ & grauate crimẽ. ut dicũt Ange. & Iac. But.
in l. 1. C. de male. & matema. ℂEſt enim iſtud cri-
2 men. occultum, ſicut crimen falſitatis; & ideo prom-
ptior debet eſſe iudex ad torturam. ſecũdum Bal in l.
quicunque. C. de ſer. fugi. pen. col. Alexan. in cõſi. lx.
3 in iij. vol. Bal. in l. iij. C. de epiſ. audiẽ. ℂAd illud autẽ
quod dicit Hiſpa. in practi. ſua in uerbo uenefici (qui ſẽper dicit credo in
deũ) ꝙ qui emit uenenũ ut daret alicui; ſi tamẽ parauit, & p eũ nõ ſtetit,
quin daret puniatᷓ eadẽ pœna ac ſi dediſſet, omnino ab eo diſcedas. Nã ꝙ
attentatum etiam iure canonum, non puniatur niſi exequutioni deman
datum ſit, probat tex. & ibi not. Gemi. in cap. perpetuo de electio. in vi.
Item pœnales conſtitutiones ſunt reſtringendæ de electio. cap. ſtatutum
lib. vi. item opinionem meam ꝓbat text. in ca. ſicut dignum. §. illi autẽ
de homic. ibi ſi ex illa captione mors ſequatur; ergo ſi non ſequatᷓ mors,
non pari pœna plectitur qui attentauit. & ita illum tex. ponderat ibi Ioa.
de Ana. ubi unum alium maximum dicit, quod etiam quo ad Deũ uolũ
tas mala nõ habetur ꝓ facto, ſed minori peccato, et minori pœna aſtrin
git ex quod delictum non eſt ſequutum. licet uolũtas deliberata præceſ
ſerit, pro quo dicit uidendam gloſ. in cap. ſi cui de pœn. diſtinctio. prima
ubi Doct. iura ergo (ſecundum eum) quæ uidentur innuere contrarium
debent intelligi quo ad interitum ſalutis æternæ. ſed quo ad qualitatem
ſupplicij differunt. Nam conſumatio operis aliquid addit. Ad idem fa
cit tex. in cap. primo de cler. pug. in adult. Ad idem facit uera opinio.
Lau. quæ contra Io. recitatur de pœn. diſtin. prima periculoſe.
4 ℂFacit etiam pro prædictis id quod de eo dicitur qui uibrauit baculum.
ut percuteret clericum, & non percuſsit, non eſſe excommunicatum.
ut no. Hugo. xvij. q. iiij. ſiquis ſuadente, & Io. de pœn. diſtin. prima ſiquis
pulſatus. & per multa alia; hanc opinionem tenet Io. And. in regula in
pœn. de regu. iur. in vi. Nec obſtat doctrina Bar. allegata quãdo de gene
rali conſuetudine mundi hodie non ſeruatur, ut dicit Spe. in tit. de accuſ.
§. i. uerſi. ſed quid ſi primo. cuius dictum ſequitur Auguſti. de Arim. in ad
di. ad Ange. de malef. in uerbo & ex interuallo, & Alexa. cõſi. xv. primo
lib. Ang. in l. i. §. hæc uerba. ff. quod qui. iur. Bal. in l. iij. C. de ſer. fugi. et in
propriis terminis de ueneno tenuit Afflict. in conſti. mala noxia, & Gra
mat. deciſio. ſecunda punitur tamen pena extraordinaria ut ibi per d.
5 docto. ℂEt conſuetudo ciuitatis habet locum etiam inter clericos. de
quo in cap. cum ueniſſent de eo. qui. mi. in po. de quo per Bart. in l. cun-
ctos populos. C. de ſum. tri. & fi. ca. & habetur in c. eccleſia. ſanctæ Ma-
riæ de cõſt. & per Ana. in c. ij. de cler. pug. in duell.

Venenationis crimen enormiſſimum & graue.

Emens uenenum, ſed non dans, qua pœna, puniendus

Vibrans baculũ ut percuteret clericum, non tamen percutiens, an excõicabitur.

Cõſuetudo ciuitatis locum habet etiam inter clericos.

Aut

Aut iuditium in cauſa ſanguinis exercere. Cap. 24

SVMMARIVM.

1 Clericus proferens ſententiam ſanguinis: ſi non fuerit exequuta, an puniatur pęna. c. in clericis. ne cle. uel mon.
2 Sententia iudicis ſola an reddat damnatum inteſtabilem, teſtamentumque factũ tollat.
3 Clericus aſſiſtens lecturæ capitalis ſententiæ alicuius rei, uel ipſius exequutioni regularis nõ efficitur.

Clericus ꝓferens ſentẽtiã, nõ exequutam, an puniatur.

VT uideri licet: Hiſpan. noſter ſemper cantat Credo in Deum. dicit ipſe in ſua prac. in verbo truncationes membrorũ &c. ¶ Quod creditur clericum proferentẽ ſniam ſanguinis, ſi non eſt deuentũ ad exequutionem, non puniri pęna de qua in c. clericis. ne cleri. uel mo. & tamen tex. ille expreſſe decidit contrariũ in illis uerbis aut iudicent inferendas. Itẽ cõtrariũ expreſſe decidit Spec. in tit. de diſpenſa. §. iuxta propoſitiones. pro quo facit quia eo ipſo ꝙ quis damnatus eſt ad mortẽ dicitur mori. ¶ Hinc eſt quod ſola ſententia iudicis reddit damnatum inteſtabilẽ: & teſtamentum prius factum tollit. l. ſiquis filio exhæredato. §. irritum. ff. de iniuſt. rup. & irr. teſta. & uoluit Guliel. de bene. in repet. c. rainutius. §. mortuo itaque teſtatore el primo nu. 125. ¶ Si autem aliquis clericus ex curioſitate præſens fuerit lecturæ ſententiæ, uel truncationi membrorum aut morti illatæ malefactori, non punitur nec irregularis efficitur, ſi nec auxilium conſilium, aut authoritatem præſtiterit. Ita Spe. in d. loco. & Nic. Plo. in trac. de irregula. nu. 5

1 (beside "membrorũ &c. ¶ Quod creditur…")
2 (beside "eo ipſo ꝙ quis damnatus…")
3 (beside "tore el primo nu. 125…")

Sola iudicis ſnia an damnatum reddat inteſtabilem.

Aut incendium. Cap. 25.

SVMMARIVM.

1 Pœna contra incendiarios, an reperiatur de iure canonico ſtatuta?
2 Incendiarij quando a Papa, quã do uero ab Epiſcopo abſolui poſſint.
3 Hæredes incendiariorum, an dãnum paſſis reficere teneãtur.
4 Incendiarij quando ipſo iure, uel facto excommunicandi ueniunt.
5 Apponens in agro proprio ignẽ & damnificans proximũ, dãnum reficere tenetur.

Pœna contra incẽdiarios.

NOſter. ¶ Hiſpanus in ſua practica in verbo incendiarij ſub verbo affirmatiuo dicit, de iure canonico, non reperiri ſtatutam pęnam contra clericos incendiarios, ſed tantummodo cõtra laicos. Certe male dicit, quando utitur uerbo credo, & peſſime cum reuerentia

uerentia,quando utitur uerbo affirmatiuo.Nam quis enim ſibi reuela·
uit quod rex.in c.peſſima in 23.q.8.loquatur in laicis,& non in clericis
generaliter enim loquutur ille tex.Item nonne habemus alium tex..in c.
ſi egreſſus de iniu.& dan.dat.qui etiã generaliter loquitur.Itẽ habemus
2 alium tex.uidelicet,in c.tua nos de ſen.excom.¶ Quare omiſſa eius opi
none, dicendum eſt,quod aut aliqui incendunt eccleſiam uel locum re-
ligioſum,aut cimiterium,& tunc ipſo iure ſunt excommunicati,& poſt-
quam denunciati fuerint in eccleſia nõ poſſunt abſolui niſi per Papam.
ſed ante denunciationem in eccleſia poſſunt abſolui ab epiſcopo loci,c.
tua nos & ibi declarat Abb.& non abſoluuntur niſi damno reſarcito,&
iuramento præſtito quod ignem ulterius non apponant.vt in d.c.peſſi-
3 mam.¶ Et hæredes coguntur ſatisfacere damnũ paſſis.ſcd'm ea quæ no.
4 per Hoſt.in tit.de incen.§.& qua pœna.¶ Sed ibi Hoſt.dicit quod de cõ
ſuetudine ſunt excõicati ipſo iure,ſiue ſint denunciati in eccleſia ſiue nõ.
Verum non apparente de conſuetudine,ſeruanda ſunt prædicta. Si uero
fuerint incendiarij aliorũ locorũ, & tunc non ſunt excõicati ipſo facto,
ſed ſunt excommunicandi.& poſt publicationem excõicationis,abſolu
tio reſeruatur Papæ.ſecundum glo.in c.deuotiſſimam 12.q.2. in verſic.
incendiarios.& glo.in c.omnes. 17.q.4.& Abb.in d.c.tua nos. & Hoſt.
5 ubi ſupra.¶ Si uero quis appoſuit ignem in agro ſuo & damnum dede
rit in ſegetes uicini ſui,damnum debent reſtituere etiam ſi fuerit in le
uiſſima culpa ſecundum Abb.in c.ſi egreſſus de iniur.& dam.dat.

Incendiarii quando, & a quo abſoluendi.

Hæredes incendiariorũ an teneãtur.

Aut duellum alijs ſponte offerens. Cap. 27

SVMMARIVM.

1 Duellum offerentes, uel oblatũ ſuſcipientes qua pœna plectãtur. Et quando & quomodo liceat,uel non.

2 Morientibus in duello ſepultura denegabitur.

3 Exceptiones ad euitandum pœnam duelli.

4 Clericus,ſi alius pro eo duellum innuit, ſuccedentibus morte, uel uulnere, utrum irregularis fiat?

5 Diſpenſare Epiſcopus in duello ſucceſſo, utrum gratioſe, uel coacte debeat?

1 OFferentes.¶ Alteri duellum,uel oblatum ſuſcipientes pœna depoſitionis plectuntur.Sed ſi membri mutilatio aut mors non ſequatur,poterit cum eis diſpenſari.c.i.de cler.pugna.in duel.Hiſpa.in ſua prac.in uerbo Duellum alijs ſponte offeren.ex mente do. Abb. in d.c.i.dicit ꝙ ſi aliquo caſu neceſſitatis quis iniuit duellũ punitur mitiori pœna. Tu autẽ aduerte quod loquendo de duello quod fit more hodierno inter nobiles, non uidetur poſſe cadere talis neceſſitas quæ habeat offerentẽ,uel ſuſcipientẽ excuſare,cũ ſemper ſponte offeratur,& ſpõte ſuſcipiatur,licet ſi non offeratur

Duellũ offerens, uel ſuſcipiens qua pœna plectã tur.

ab

ab eo qui prætenditur iniuriatus,& non ſuſcipiatur ab iniuriante,cõcurrat periculũ honoris.quod.n.periculũ honoris non cauſat hanc neceſſitatẽ.ut in particulari annotatũ reliquit Io.de Ana.in rub. de cleri. pugnã. in duel.Quare Præpo.in c.monomachiam.2.q.5. dicit quod aut duellũ fit propter ineuitabilẽ neceſſitatem defenſionis perſonæ,& fit oppreſſio a priuato & iuriſdictionem nõ habẽte,& licitum eſt duellum.& hoc poteſt contingere quoties unus in aliquẽ irruit,dicens euagines enſem quia uolo tecum certare:qui ſi non euaginaret,& ſe defenderet, utique occideretur ab eo.Nam iſto caſu bene(vt dixi)procedunt quæ dicta ſunt.& in iſto caſu habet locum arg. quod ſumitur a cõtrario ſenſu in c. 1.de cle. pug.in duell.& eſt tex.de hoc in cle.ſi furioſus de homi.Aut fit propter coactionem factam à iudice & in caſu permiſſo,& talis non peccat,nec punitur:ſicut patet in miniſtro interficiente alium de mandato iudicis 23.q.6.miles.Aut fit propter coactionem partis,& tunc peccat,ſi fit propter defenſionem rerum,uel honoris,de cleri. pugna.in duel.c.fin. ſed ſi fieret duellum pro defenſione rerum per poſſidẽtem rem,non eſſet prohibitum:ſi fieret cum moderamine inculpatæ tutelæ de reſti. ſpolia.c.olim.c.ſignificaſti.de homi.Habes ergo quomodo practicabis predicta.

Morientib. in duello denegatur ſepultura.

Exceptiões pro duelli pęna euitanda.

¶ Illud etiam ſciendum eſt;quod morientibus in duello ſepulturæ denegãda erit.c.primo in fi.de torneamen. 2
¶ Vt ergo euitetur pœna prædicta depoſitionis,ſcias articulare;videlicet quod ſit factum ꝓ defenſione ſalutis propriæ,uel pro defenſione patriæ.arg.l.i.§.beſtias.ff.de poſtulan.uel pro defenſione eorum quorũ iniuriam tenetur propulſare, ut dicit Io.de Ana.in d.c.1.ſed ego puto quod non eſſet excuſatus clericus, niſi pro defenſione propriæ ſalutis. 3
¶ Quid enim ſi non ipſe clericus,ſed alius pro eo duellum iniuit,& ſucceſſerunt uulnera,uel cædes,an ſit ille irregularis? dicas quod ſic.c.2.de cler.pug.in duell.poteſt tamen cum eo diſpenſari ut retineat aliquod beneficium,ne cogatur mendicare, ut ibi. 4
¶ Sed utrum cogatur Epiſcopus diſpenſare,uel ſit gratioſum? Do.Abb. ibidem dicit quod omnino eſt gratioſa & ita tenet Ana.ibidem. 5

Vel naues ad pugnam gubernare & cætera. Cap. 27

SVMMARIVM.

1 Clerici exercentes gubernationem nauis, ſeu exercitus ad pugnam: an deponendi ueniant?

Clerici propter quã gubernationẽ dęponãtur.

CLerici.¶ Enim exercentes gubernationẽ nauis ad pugnã ſeu exercitus,ſiue corporaliter pugnẽt, ſiue alios incitent ad pugnã,deponendi ſunt c quod in dubiis de pęn.Hiſp.in ſua prac.in uerbo naues ad pugnã &c.qđ Inno.excuſabat clericos a pęna depoſitionis,ſi id fieret cauſa neceſſitatis,& pro defenſione.Sed do. Abb. reſtringebat dictum Inno.quando neceſſitas eſſet ineuitabilis.Ipſe aũt(credendo)dicit,quod dictũ Inno.intelligi debeat quo ad terminos c.quod in dubiis uidelicet ad euadendã pęnã depoſitionis 1

& di-

& dictum Abb.quo ad irregularitatem,& ſic ſaluatur cōtrarietas inter dictos docto.quia iudicio ſuo Innoc.non loquitur de irregularitate.Sed pro certo ſe ſomniauit.nam(ut uideri licet)Inno.loquitur de irregularitate ſicut & Abb.& ſiue loquatur, vel non loquatur, de irregularitate ipſe Innoc.deberet omnino eius dictum intelligi ſecundū dictum do. Abb.per ea quæ dicta ſuut, in uerbo proxime præcedenti.Cum nulla poſſet dari diuerſitas.

Aut leuitate delictorum. Cap. 28.

SVMMARIVM.

1 Delicta leuia debent puniri.
2 Actio furti etiam pro uno ouo competit.
3 Delicta leuia clericorum ſunt diſsimulanda.
4 Iniuria uerbalis an modicum delictum?
5 Clericus poteſt ꝑ iniuria agere.
6 Actio criminalis competit pro iniuria.
7 Pæna iniuriæ extimatæ applicatur parti.
8 Damni ſatisfactio debetur, ex ſola negligentia.
9 Delicta leuia quæ ſint.
10 Delicta atrocia quæ ſint. & infra.nu. 11. 12. 13.
14 Fornicatio an enorme delictū?

1 DElicta. ℂEnim licet leuia, puniri tamen debent.l.reſpiciendum.ff.pen.& cap.non afferamus 24.q.hinc dicit gloſ.nota.in c.duo ſunt 96 diſt.quod omnis contumacia eſt excommunicatione digna.& tanto eſt maior,quanto ex minori reſurgit.quia uidetur magis iudicem contemnere. & uoluit do.Abb.in c.cum te extra de re iudi.num.7.Bal.in l.1.§.de exercitoribus.ff.nau. caupon.& ſta.dicit ꝙ pæna quæ imponitur cōburēti domū, habet etiā locū in cōburēte domūculā.& multa per Dec.in c.de appellationibus in

Delicta leuia debent puniri.

2 2.not. ℂVbi dicit in pænalibus etiā de minimis cōpetere actionē, hinc eſt quod actio furti cōpetit etiam pro uno ouo.§.galinarum inſti.de re. diuiſio.& 14.q.vlt.c.fina.& multa alia allegat Dec.ibi ad comprobationem prædictorum & habetur per Iaſ.in l.turpia in pæn.col.ff.de lega.1. in Authen.qui rem.C.de ſacr.ſanct.eccle.& habetur ꝑ Bal.in.c.cū adeo extra de reſcrip.

Actio furti et pro uno ouo cōpetit

3 ℂEſt tamen bene uerum,quod pro leuibus et modicis delictis nō debet ex officio procedi,ſed ſunt diſsimulāda.maxime in clericis & religioſis, ne contingat pro modicis infamari.ſecundum Specu. in tit.de inquiſitio.in princ.

4 ℂIniuria uerbalis licet ſic modicum delictū tamen pōt agi ciuiliter,& criminaliter quādo agitur ciuiliter,extimatur iniuria in libello,ſi & pro ut exiſtimatur, & fit in regno in foro laicorū ſecundum gloſ.in.c.ſi canonici de offi.ordi.in.6.& plene per do.Abba. in.c.cum te de re.iudi.num.23.

Iniuria uerbalis an modicum delictum.

5 ℂNec dubium eſt, clericum agere poſſe ad extimationem iniuriæ.ut eſt tex.in c.olim extra de iniur.& ibi not. do.Abb.

6 ℂPoteſt etiam (ut dixi)de iniuria agi criminaliter,& tunc ue-

nit

Pœna iniuriæ extimatæ applicatur parti.

nit imponenda pœna arbitraria, ut not. do. Abbas in d.c. cum te de ſent. & re iudica. & pœna tunc applicatur fiſco. ℭ Eſt tamen aduertendū q̄ 7
quando agitur de iniuria ciuiliter, pœna applicatur ipſi iniuriato, nec fiunt partes, prout in foro laicorum. c. olim de iniur. ℭ Item notandum 8
eſt, quod de iure canonico tenetur quis ad ſatisfactionem damni, ex ſola negligentia, quātumcunque non habuerit uoluntatem damnificādi. c. ſi culpa & ibi Abb. de iniur. ℭ Delicta leuia. ſecundum Abba. in c. tuę di 9
ſcretioni s numer. 3. de pen. dicūtur ubi dolus non requiritur, unde quā do aliquid contigit per imperitiam uel culpam ſine dolo, uel quando do lus interuenit circa rem. modicam, ut forte modicæ rei inter domeſticos. l. reſpiciendū. ff. de pœn. & l. læuia. ff. de accuſa. & c. cum dilecti extra de accuſa. ℭ Sunt tamen aliqui qui dicunt quod delicta atrocia in clericis 10
ſunt adulterium, homicidium, ſacrilegiū, falſum teſtimonium et ſimilia ut in c. ſi epiſcopis. l. diſtin. & cap. apoſtolus. 81. diſt. & per Cardi. in cle. 1. de offi. ordi. in 5. not. ℭ Item dicitur graue delictum, uiolentia cum 11
armis, ſecundū gloſ. in l. 3. ff. de vi & vi. arma. & Alexan. in l. leuia. ff. de accu. ℭ Item dicitur graue delictum omnis cauſa ſufficiens ad exhæredā 12
dū ſecundum Bart. in l. ſolo C. de libe. cau. ℭ Leuia etiam delicta dicūtur 13
ex conſuetudine & ideo percuſsio, manu uacua dicitur leuis Florentiæ. ſecundum Alexa. poſt. Angel. in d. l. leuia. ff. de accu. licet Bart. in. l. nō ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur. percuſsionem in perſonam grauem iniuriā dicat quod intellige regulariter in aliquibus tamē partibus ſolet reputari leuis. An ſimplex fornicatio in clericis ſit enorme uel leue delictum? 14
& uidetur quod ſit enorme d. c. apoſtolus & c. meretrices 32. q. 4. & 27. q. 1. c. ut lex Barto. brixien. 81. diſtin. in c. maximianus dicit contrarium, quia pauci ſine illo crimine inueniuntur. c. quia tua. l. diſtin. idem gloſ. & Laud. in c. lator. 2. q. 7. & Goff. in ca. ut clericorum extra de uit. & hon. cleri. & c. fraternitatis 34. diſtin. & c. presbiter 72. diſtin. & c. ſi quis omnem 1. q. 7. Card. in cle. 1. de offi. ordina. in 2. quæſtio. dicit quod paul. dicebat hoc poſſe eſſe uerum quando committitur ſimplex fornicatio, ſed non poteſt eſſe ſimplex fornicatio in conſtituto in ſacris. & ideo dicit ipſe, quod de rigore iuris eſt enorme delictum, & ideo pro eo deberet deponi clericus. ſed de miſericordia non deponitur, ſi pœnitet per d. c. fraternitatis, tamen a beneficio remouentur clerici concubinarij, per conſtitutiones ſynodales in pluribus locis, & uide gloſ. in. d. c. maximianus, et glo. in. c. lator. 2. q. 7. & Io. de Imol. in ca. ut clericorum mores de uit. & hon. cleri. & uide aliam glo. in. c. præsbiter diſtin. 82. & per do. Anto. de Butr. & Abba. in. c. at ſi clerici de iudi. Abbā. in d. c. ut clericorum Abb. in c. ſicut & in. c. ſin autem de coha. cleri. & per Anto. Corſe. in nota. in uerbo fornicatio, & quæ dicta ſunt ſupra, in uerbo, uel flagitium carnis.

Delicta leuia quę sūt

Delicta atrocia quæ ſint.

De eodem.

Delicta leuia.

Fornicatio ab enorme delictum ſi

Auditiſq; aduocatis. Cap. 29.

SVMMARIVM.

1 Aduocati audiendi ſunt in diſcuſſione cauſarum.

2 Aduocati quid debeant ſeruare in diſcuſsionibus.

3. Aduo

3 Aduocati non debent cauſam iniuſtam ſuſcipere. Et ſuſcipiẽtes qua pœna puniendi, & in nu. 5. & 6.
4 Defenſio doloſa non permittitur reis.
7 Aduocatus ad offenſam an bene faciat?
8 Aduocatus in cauſa ſanguinis, ad ſacros ordines non promouetur.
9 Aduocatorum officium in quo uerſetur in cauſis criminalibus & in nu. 10. 11. 12.
13 Orationis ſunt quatuor partes.
14 Auditores quot modis beneuoli fiant & in nu. 15. 16. 17. 18.
19 Crudelitatis exempla uaria.
20 Beneuolentia auditorum quomodo captatur. & in nu. 21
22 Procœmia quando omittenda. & in nu. 23.
24 Proœmia uitioſa eſſe non debẽt.
25 Narratio cauſæ qualiter fiet. & in nu. 26. 27. 28.
29 Vtilitas magna reſultat ex cauſa bene relata.
30 Diuiſionis partes ſunt duę, et q̃.
31 Diſtributionis partes duæ; & quæ.
32 Narrata qualiter confirmanda.
33 Coniectura quotuplex ſit. & in nu. 34 35. 36.
37 Dolus non datur ubi cauſa delinquendi non fundatur. & in nu. 38. & 39.
40 Solitus delinquere habet coniecturam contra ſe. & in nume. 41. & 42
43 De qualitate perſonæ dupliciter conſiderandum.
44 Coniecturatio quæ dicatur. & in nu. 45. & 46.
47 Inditiũ ſumitur per argumẽtũ a communiter accidentibus.
48 Coniectura qualiter extenuatur.
49 Coniecturalia ſigna.
50 Locus præſtat coniecturam delicti.
51 Locus aggrauat delictum.
52 Coniecturæ loci extenuatio.
53 Loci coniecturæ.
54 Tempus præſtat coniecturam, & aggrauat.
55 Coniectura ex uicinitate, uel lõginquitate ſumitur.
56 Coniecturæ ſignum quod dicitur occaſio.
57 Clandeſtinitas inducit ſuſpitionem.
58 Argumentum quod dicatur.
59 Argumentum unde ſumatur. et in nu. 60.
61 Tranſitus inſolitus inducit penſamentum.
62 Argumentum ſumptum ex inſtanti.
63 Argumẽtũ ex tpe conſequenti.
64 Pallor, titubatio, & rubor ſunt ſigna homicidij.
65 Reus qualiter defendi poſſit.
66 Orationis finis qualis ſit.

1 DIxi. ¶ Iam ſuperiori loco, aduocatos partium in diſcuſſione cauſæ, & proceſſus audiri debere, atteſtante etiam Platone in dialogo ix. de leg. (inquit enim) ſuffragiorũ aũt ſententiæque modũ, noſtri officij eſt lege præſcribere. Manifeſte igitur iſta ferantur, ſed ante hæc corã accuſante defendenteque quam proxime ſeruata ipſorum dignitate iudices ſedeant ubi ciues qui otio abundant oẽs ad ſint, taliaq; iudicia diligẽter audiãt, in quibus cũ prima oratio, ab Aduocati audiẽdi sũt in diſcuſſione cãſarum.

accuſatore fuerit habita,defenſor alterā dicat.deinde ſenior de iudicibus quæ dicta ſunt,omnia adhibita diligentia ſufficienter examinet, poſt eū cæteri omnes conſiderent, quodcunque ab aduerſarijs dictum,uel non dictum perquirendum ſinguli putant,qui autem nihil diſcuſsione ſua dignum cenſet,alteri examinationem ipſam relinquat. at tandem in veſtæ ſacrario ſcripta quę tunc concluſa fuerunt,in ſertis omnium iudicium ſignis,deponantur.Poſtridie rurſus eodem in loco congregati eodē modo examinent,iudicentq; & ſignis appoſitis omnibus quæ dicta fuerint, deponant:cumq; hoc ſimiliter tertio fecerint,ſignis teſtibuſq; ſuficienter aſſumptis,ſacrum ſinguli ferentes ſuffragium iure iurando ꝑ ueſtam uere,iuſteq;pro uiribus ſe iudicaturos affirment atq; ita huic iudicio finem imponant. Vtinam enim hæc omnia hodie ſeruarentur forſitan ſententiæ non ita præcipitarentur.hanc etiam obſeruationem circa aduocatos in diſcuſsione cau arum audiendos ſeruari voluit Modeſtinus iurecon.in l.cuſtodias.ff.de pub.iud.

Aduocati quid debeāt ſeruare in diſenſionib.

2 ¶ Aduocati enim ita ſe in cauſis criminalibus habere debent,vt cum modeſtia,& Dei timore cauſas defendant, ne eorum animas damnent:ut clientes a pena temporali liberent:debēt enim diligenter aduertere,(ſecundum Alexan.de ales in.3.ſuæ, ſummæ.q.44. art.3.)ut non producant teſtes falſos,uel ſubornatos, nec allegent leges, aut doctrinas falſas correptas,aut abolitas,conſuetudine,abuſu, aut alia lege.

Aduocati non debēt cauſam iniuſtā ſuſcipere.Et ſuſcipientes qua pęna puniē di.

3 ¶ Item non ad defenſionem criminibus ſuſcipere iniuſtam cauſam:nam ſecundum ſanct.Tho.ſecunda ſecundæ q.72. art.3.dicit illicitum eſt alicui cooperari ad malum faciendum,ſiue cōſulendo, ſiue adiuuando,ſiue qualitercunque conſentiendo, quia conſilians, & conuiuans quodammodo eſt faciens.inquit enim Apoſto.ad Ro.1.quod digni ſūt morte,non ſolum qui faciunt peccatum ſed etiam qui conſentium facientibus,Manifeſtum eſt autem,quod aduocatus & auxilium & conſilium præſtat ei cuius cauſæ patrocinatur. unde ſi ſcienter iniuſtam cauſam defendit:abſq; dubio grauiter peccat.& ad reſtitutionem tenetur eius dāni quod contra iuſtitiam per eius auxilium,altera pars incurrit. Si autem ignoranter cauſam iniuſtam defendit excuſatur:ſecundum modum quo ignorantia excuſari poteſt.

Deffēſio doloſa nō permittiē reis.

4 ¶ Nam reis inquiſitis non licet ſe defendere per dolum & deceptionem,ſecundum eundem Beat.Thom.ibi q.69.art. 2.dicendū,quod aliud eſt ueritatē tacere,aliud eſt falſitatem proponere, quorum primum in aliquo caſu licet,non enim tenetur quis omnem ueritatem confiteri ſed illam.ſolum,quam ab eo poteſt & debet requirere iudex ſecundum ordinem iuris puta cū præceſsit infamia, ſuper aliquo crimine.uel aliqua expreſſa indicia apparuerint,uel etiam cū præceſsit ſemiplena probatio falſitatem tamē proponere,in nullo caſu licet alicui ad id quod autem licitum eſt,poteſt aliquis procedere uel per uias licitas & fini intēto accomodas,quod pertinet ad prudentiam,uel per aliquas uias illicitas,& propoſito fini incongruas ꝙ pertinet ad aſtutiam quæ exercetur per fraudem & dolum,quorum primum eſt laudabile.ſecundum uero uitioſum. Sic ergo reo, qui accuſatur,licet ſe defendere occultando ueritatem,quam confiteri non tenetur per aliquos conuenientes. modos,puta quod nō reſpōdeat ad quæ reſpondere non tenetur hoc au

tem

tem non eſt calumnioſe ſe defendere,ſed magis prudenter euadere. non autem licet ei,vel falſitatem dicere uel ueritatem tacere,quam conſiteri tenetur neque etiam aliquem dolum uel fraudē adhibere quia fraus & dolus uim mendacij habent & hoc eſſet calumnioſe ſe defendere. Si igi tur hæc non licēt inquiſito de cuius uita,fama, ſeu beneficijs,aut alijs bo nis agitur quanto minus non licent aduocato & procuratori ipſius. in quiri.

5 Plato in gorgias,uel de Rhetorica. ❡ Inter mala, magnitudine ſe cundum obtinet locum,inferre iniuriam, efficere autem ne iniuriarum ſubeatur pœna omnium natura maximum eſt primumq; malorū. Illi enim qui iudicium fugiunt ad dolorem quidem eius aſpicere, ad utilita tem uero cæci eſſe atque ignorare quanto miſerius ſit,animo eſſe nō ſa no,ſed fracto iniuſto, impio quam ægrum corpus circunferre. Itaq; dāt operam,ne iudicium ſubeāt,neve maximo ſoluātur malo. ſimiles enim illis uidentur,qui morbo corrupti grauiſsimo dant operam,ne uitiorum quæ in corpore ſunt,ſub medico pænas reportent, neque curētur puero rum more uſtionem atque ſectionem,tanquam rem moleſtam fomidan tes. & paulo inferius,præterea(inquit)ad compellēdū ſe ipſum & alios ne torpeant,neve expaueſcant,ſed forti animo & quaſi coniuentibus oculis iudici tanquam medico ſecandos urendoſque ſe tradant,bonū ip ſum honeſtumq; ſequentes dolore contempto. Itaque ſi uerberibus di gna commiſerint uerberandos ſe ſe tradant,ſi uinculis,uinciendos,ſi mul

6 cta,mulctandos. ſi exilio expellendos,ſi nece, necandos. ❡ Sed aduer tendum eſt,ſecundum Theologos maxime Beat. Tho. ſecunda ſecundæ q. lxviij. art. primo,quod pænę præſentis uitæ nō per ſe expetuntur,quia hoc eſt vltimum retributionis tempus,ſed in quātum ſunt medicinales, conferentes,uel ad emendationem perſonæ peccantis,uel ad bonum rei publicæ,cuius quies procuratur perpunitionem peccantium pænæ opti mæ ſunt,& imponendæ. inquit enim Hiero. ad Macedonium. Non eſt iniquitatis,ſed potius humanitatis,ſocietate deuictus qui propterea cri minis eſt perſequutor,ut ſit hominis liberator. & Aug. ſuper epiſtolam Iohannis. Non putes(inquit te tunc amare ſeruum tuum quando eum non cædis. aut tunc amare filium tuū,quando ei non das diſciplinā,aut tūc amare uicinum tuum,quando eum non corrigis,non eſt iſta charitas ad emendandum,& corrigendum,ſi ſunt boni mores delettent:ſi autem mali emendentur. & in libro de ciuitate Dei, non eſt(inquit) innocentiæ parcendo,ſinere ut in malum grauius incidatur : pertinet ergo ad inno centiæ officium,non ſolum nemini malum inferre, uerum etiam cohibe re a peccato:uel punire peccatum:ut aut ipſe qui prius odio habetur cor rigatur experimento, aut alij terrantur exemplo. Et idem ad Lothariū qui uitijs nutriendis parcit,& fauet:ne contriſtet peccantium uoluntatē nō tam eſt miſericos,quam qui non vult cultum rapere puero:ne audiat plorantem: & non timet ne vulneratum doleat uel extinctum. patet igi tur,quod errant illi aduocati(qui credentes rem gratam Deo facere) per fas & nefas defendunt accuſatos; & nihilominus laborāt ad gehēnam.

De eodem ſecundum Theologos

7 ❡ Et licet apud nos ſit ſatis contra honeſtatem, ad offenſam, patrociniū præſtare:ut etiam Cicero in uerrem inquit,& ſecūdum honeſtatem ſit ad Aduocatus ad offēſam

an bene faciat.

defenſam poſtulare; id tamen procedit, ſi debito modo fiat; & ſecundū prædictas conſiderationes, & non aliter. quare uolui hæc pauca dicere, ne ambitione, cupiditate honoris, uel pecuniæ, incidamini in tam maximum præcipitium, ut pro ſaluanda uita alterius, propriam animā ad tenebras exteriores condemnemini, Ibi enim erit fletus & ſtridor dentiū. 8

Aduocatus in cauſa sāguinis non promouetur ad ſacros ordines.

Aduocatorū officium in quo uerſetur in cauſis criminalibus.

¶ Et eſt notādū quod per ſacros canones aduocatus accuſatoris in cauſa ſanguinis, non poteſt promoueri ad ſacros ordines, et aduocatus rei ad defenſam ſic. ſecundum Gloſſ. in cap. aliquantos. li. diſtin. & ſic uidetur, magis approbari poſtulatio ad defenſam, quā offenſam; quia cuilibet licitum eſt ad defenſam poſtulare, xxiij. q. v. cap. reos & C. de epiſ. audien. l. addictos. intellige tamen ſi licite poſtuletur, ut ſupra.

¶ Et quia omne aduocatorum officiū in duo uerſatur in cauſis criminalibus, uel in defendendo reos, uel, in accuſando; Idcirco pro iunioribus, quomodo ſe debeant habere in alterutro, aliqua dicamus, ſequēdo ordinem Cicer. lib. i. & ſecundo ad Heren. & accomodando & dicta ad praxim caſuum occurrentium in foro canonico. In his enim uerſatur uniuerſa criminum praxis in accuſationum ſcilicet genere in defenſione, & 9

De aduocato accuſatoris.

iudicatione. ¶ Altero quidem ſcilicet accuſationum genere, rerum ordinem accuſator proſequitur, & ſingula argumenta quaſi haſta in manu collocata, uehementer proponit, concludit acriter, confirmat talibus decretis, teſtimonijs, accuratiusque in ſingulis commoratur. perorationisq; præceptis, quæ ad incitandos animos ualent, & in reliqua oratione paululum digrediens decurſu dicendi utitur, & uehementius in perorando; eſt. n. propoſitum ut iratum efficiat iudicē; ſm Cic. in partitionibus. 10

De aduocato rei.

¶ Altero quidē longe ſecus agēdū erit, ſummēda principia ad beneuolētiam conciliādā, narrationes aut amputādæ, quæ lædūt, aut relinquēdę, ſi totæ ſunt moleſtæ, firmamenta ad fidem poſita, aut per ſe diluenda, aut obſcuranda, aut digreſsionibus obruenda, perorationes autem ad miſericordiam conferendæ. quibus propoſitis, mox iudicatio ſuboritur. 11

De eōdem.

¶ Vt ergo ad praxim prædicta ducantur, eſt ſciendum quod cum tota intentio aduocati accuſatoris ſit efficere, ut reos pro delicto luat pænas. neceſse eſt, ut talia dicat, ut iratum efficiat iudicem. & quia oportet habere iudicem & alios auditores dociles, beneuolos, attentos. Dociles auditores habere poterimus; ſi ſummam cauſæ breuiter exponemus, & ſi attentos eos faciemus. nam docilis eſt is qui actuate uult audire. Attentos habebimus, ſi pollicebimur nos de rebus magnis, nouis, inuſitatis uerba facturos, aut de ijs rebus, quæ ad rempub. pertinent. aut ad eos ipſos, qui audient, aut deorum immortalium religionem, & ſi rogabimus, ut attēte audiant, & ſi numero exponemus res, quibus de rebus dicturi ſumus. 12

Orationis sūt quatuor partes.

¶ Nam orationis quatuor ſunt partes, earum duæ ualent ad rem docendam narratio, & confirmatio. Ad impellendos animos, duæ principium & peroratio. Principium enim orationis, & finis qui peroratio dicitur, ad motum animi ualet. Is enim initijs eſt, & perorationibus cōcitādus. Demum narratio ſequitur, & confirmatio fidem facit orationi, & amplificatio quamquam habeat proprium locum, ſæpe etiam primum, poſtremum quidem fere ſemper. tamen reliquo in curſu orationis, adhibenda 13

eſt

eſt:maximeque cum aliquid aut confirmatum eſt.aut reprehenſum;ita que ad fidē quoque uel plurimum ualet.eſt enim amplificatio uehemēs quædam argumentatio:ut illa docendi cauſa ſit:hæc commouendi ; ſecundum eundem Cicero in partitionibus. Principium ergo orationis ad captandam beneuolentiam ; & ad habendos iudices & auditores atten- Auditores quot modi beneuoli fiant.

14 tos,& dociles fieri debet. ❡Beneuolos enim auditores principio quatuor modis facere poſſumus,a noſtra , ab aduerſariorum perſona,& ab auditorum,& a rebus ipſis.a noſtra perſona,uerbigratia,ſiquis eſt accuſatoris aduocatus:debet ſine arrogantia laudare eius officium:dicēdo ea quæ dicit Plato in gorgias uel de rhetorica (ut ſupra retuli .) uidelicet quod accuſatoris officium magis laudabile,& Deo acceptum eſt quā defenſoris:Cum altero ſanatur anima,& a peccatis liberatur tradēdo corpus ut luat pœnas , Altero uero anima in peccatis alligata retinetur , & uitia atque peccata fouentur, & quanto maior eſt anima corpore , tanto

15 magis officium accuſatoris eſt dignius defenſore. ❡ Dicendo etiā cum Hiero.ſuper Ezec.li.iij.quod qui malos percutit in eo quod mali ſunt: & habet uaſa interfectionis ut occidat peſsimos,miniſter eſt Dei . De eodem.

16 ❡Et cum eo Hieron.ad macedonium.Non eſt iniquitatis, ſeu potius humanitatis ſocietate deuictus,qui propterea criminis eſt perſequutor.ut ſit De eodem.

17 hominis liberator.❡Captabitur etiam beneuolentia, ab aduerſariorum perſona,ſi in odium eos,in inuidiam , in contemptionem adducemus,in odium rapiemus,ſiquid eorum ſpurce,ſuperbe,perfidioſe,crudeliter. cōfidenter,malitioſe,flagitioſe factum proferemus.uerbigratia, ſi pollicemur nos eſſe dicturos de nephandiſsimis criminibus,de neglecta religione,de inuſitatis blaſphemijs,degeſtis per eum nimia crudelitate. Pone.n. quem accuſari quod ſine cauſa,crudeliter, & inſidioſe quem occidit di- De eodem.

18 catur ſic. ❡Rogo autem uos reuerende uicariæ cæterique præſtantiſsimi auditores, ut attente audiatis quæ huiuſmodi accuſatione in.N.præſbiterum proponā;tam enim crudele facinus tam in mane,tam excogitatum,& in auditum delictum audietis,quod merito omnibus non dicā Chriſtianis tantum,uerum etiam in fidelibus,cæteriſque qui crudelitatē ſectantur, apparebit ingens ſpectaculum,dignum miſeratione, dignum ve in audito genere tormenti & mortis in ipſum.N.præsbiterum. De eodem.

19 ❡Maior enim crudelitas fuit in eo,quā in Ocho cognomine Artaxerxe qui Ocham ſororem,atque eandem ſocrum uiuā capite defodit, & Patruum cum centū filijs,ac nepotibus uaca area deſtitutum iaculis confixit,nulla iniuria laceſsitus; ſed quod in his maximā apud pſas ꝓbitatis & fortitudinis laudem conſiſtere uidebat.maior enim crudelitate. L. Sillæ Cai marij,Damaſippi Numatij flacci regis mitridatis , cæterorumq; qui crudelitate uſi ſunt,quos enarrat. Valer.Maxi.lib.ix.cap.ij. hic enim a teneris annis,ab in eūte ætate,omni ſpe auxilio,& ope deſtitutus; educatus fuit ab illo miſerabili & in fortunato Epiſcopo T. qui dum ſe totum & omnia,cuſtodię,amicitiæ,& beneuolen tiæ dicti .N. præsbiteri ſe committeret, preberet , & traderet , ingratiſsimus ipſe & ipſum noctæ flebili uoce miſericordiam petentem,& paruulum quendam(ne eius facinus detegeretur;) ſecuti iugulauit : non laceſsitus iniuria, ſed Crudelitatis exēpla uaria.

ut eius bona (quorum uiuens erat dominus) poſſideret: quis enim hunc ſceleratiſſimum, & anima & corpore perditiſſimum, ingenti odio non proſequeretur? quis non iudicibus traderet, vt pœnas ſui tam enormiſſimi delicti lueret? quis non crudeliter ſeuiret in eum? Inuidiam trahemus ſi uim, ſi potentiam, factionem, diuitias, in continentiam, nobilitatem clientelas, hoſpitum, ſodalitatem, affinitates aduerſariorum proferemus & his adiumentis magis quam ueritati eos confidere aperiemus: uerbi gratia ſi narrabitur quod accuſandus dignitate officij, multa mala patrauit, quod non pauperes, non potentes, non debiles, nec alios cuius uis generis exiſtimabat, in tantam autem audatiam uenerat, ut ſe omnibus præſtantiorem, meliorem, & clariorem putaret, undique ad eum homines decurrebant, acquiſiuerat diuitias multas, acquiſiuerat potentiã magnam: acquiſiuerat clientelam uehementem, & his tantum confidebat, Deum derelinquendo, ipſumque nõ uerẽs offendere, re uerbis, & facto. mala plurima patrauit: Vel ut dicatur quod licet cognoſceret ſepiſſime & maleſeciſſe, paruifaciendo Deum, iuſtitiam, & uos Reuerendæ uicarie confidit tantũ potentiæ, & auxilio. T. In contemptionẽ adducemus, ſi inertiam, ignauiam, deſidiam, luxuriam, aduerſariorum proferemus.

¶ Ab auditorum perſona, beneuolentia colligetur, ſi res eorum fortiter, i ſapiẽter, manſuete, magnifice iudicatas proferemus: & ſi quæ de his exiſtimatio, quæ iuditij expectatio ſit, aperiemus. uerbi gratia, dicẽdo, quod niſi conſideraſſem, perſpexiſſem, atque manifeſte cognouiſſem in uos Reuerende domine cæterique magnifici auditores, tam miram ſapientiam, tam exquiſitam ſcientiam, tam expeditam reſolutionem in magis arduis factis, quam in iis de quibus uerba facturus ſim, non ſuſcepiſſem tanti oneris molem. ſed cum cunctis, hæc & his maiora patuerunt, & patent, libenter huiuſmodi onus ſuſcepi. 20

Auditoriũ beneuolentia alio modo capiatur

¶ A rebus ipſis beneuolum efficiemus auditorem, ſi noſtram cauſam laudando, extollemus aduerſariorũ, per contemptionem deprimemus, uerbigratia, ſi eſt defenſoris aduocatus, laudetur, & extollatur officium defenſoris. & econtrario deprimatur officium accuſatoris, maxime allegando ea quæ dixi in uerbo accuſatione porrecta, & alia ſecundum ſubiectam materiam, uel ſi laudetur cauſa defenſionis, uerbi gratia, quod cum maxima cauſa, & prouocatione, & non doloſe, quid mali factum fuit. uel pro utilitate reipublicæ, aut pro cultu religionis, & alijs ſimilibus modis, nec minus beneuolus auditor reddi poteſt per alios modos ſupra enarratos in cauſa defenſionis, quam in cauſa accuſationis. contrarijs tamen modis loquendi. 21

De eodem.

¶ Eſt tamen bene aduertendum, quod ſecundum Cicer. lib. primo ad Heren. cap. 3, tria ſunt tempora, quibus principio uti non poſſumur, quę diligenter ſunt conſideranda, aut cum turpem cauſam habemus, hoc eſt cum ipſa res, animum auditoris, a nobis alienat, aut cum animus auditoris, perſuaſus eſſe uidetur ab ijs qui ante contra dixerunt uel pro accuſatore, uel pro defenſore, aut cum defeſſus eſt eos audiendo, qui ante dixerunt. ſi cauſæ turpitudinem habebimus. quia rei ueritate defendit quem qui magnum, & turpe ſcelus commiſſit. Tunc poteſt dici & exordiri, hominem, non rem ſpectari oportere, non cauſam, non ſcelus, nõ facinus 22

Prœmia quãdo omittenda.

facinus attendi debere, ſed hominem cuius facto reſpublica ſæpe in erumnis,& periculis poſita,incolumis eualit,libertati reſtituta, & ſummis honoribus decorata fuit,vel aliquid aliud ſimile. Vel ſi forte defendatur homo vilis,infamis,omnibus odioſus,& deſpectus: poteſt exordiri miſericordiam non hominem ſpectari oportere,non hominis inquiſiti gratia ſed pietatis,& miſericordiæ miſerendum eſſe,& poteſt allegari exemplum de Sergio Galba,qui cum a Libone tribuno plebis accuſaretur pro noſtris,quod luſitanorum magnam manum interpoſita fide,prætor in Hiſpania interemiſſet,non habens Sergius ipſe quid allegaret,paruulos liberos ſuos,& Galli ſanguine coniunctum filium,flens commendare cępit,& cum omnium conſenſu periturus erat,pene nullum triſte ſuffragium habuit,& ſic miſericordia illam quæſtionem,non æquitas texit. Et de A.Gabinio qui dum in maximo infamiæ ſuæ ardore,ſuffragijs populi Memmio accuſatore ſubiectus eſſet, filius namque Gabinij Siſenna,conſternationis impulſu ad pedes ſe Memmij ſupplex proſtrauit,inde aliquod fomentum procellæ petens,unde totus impetus tempeſtatis eruperat.ſicque Gabinius ipſe liberari meruit.ut apud Vale.Max.lib.8.c.ij.legitur. Vel perſonam,non rem ſpectari oportere, vt factum legitur de M.Aemilio Scauro qui cum repetundarum reus adeo perditam,& comploratam defenſionem in iudicio attuliſſet, ut cum accuſator diceret,lege ſibi centū atque uiginti hominibus denunciare teſtimonium licere,ſeque non recuſare,quominus abſolueretur,ſi totidem nominaſſet,quibus in prouincia nihil abſtuliſſet, tam bona conditione uti non potuiſſet,tamen propter uetuſtiſſimā nobilitatē,& recentē memoriam patris abſolutus eſt. ¶ Si aūt auditor perſuaſus fuerit,ideſt ſi ora-

23 tio aduerſariorum auditoribus fidē fecerit.(neque enim non facile ſcire poterimus,quoniā non ſumus neſcij,quibus rebus fides fieri ſoleat.)ergo ſi fidem factam putabimus,his rebus nos inſinuabimus ad cauſam, ſi de eo quod aduerſarij firmiſſimum ſibi adiumentum putauerint,primū nos dicturos pollicebimur,aut ab aduerſarij dicto exordiemur,& ab eo maxime quod ille,nuperrime dixerit,aut dubitatione utemur,quid potiſſimum dicamus,aut cui loco primum reſpōdeamus,cum admiratione,uerbi gratia,ſi aduocatus accuſatoris,prius informaſſet iudicem, & defatigaſſet,uti principio & prooemio eſſet incongruum & non liceret ſed tunc poteſt loco principij dici,quod cum accuſatoris aduocatum ſatis ſerioſe creditur informaſſe de his quæ ad eius accuſationē firmandam ſpectare poterint,totūque firmamentū ipſius accuſatoris conſiſtere uidetur in eo quod prætenditur delictū eſſe flagrans,& procedi debere, uelut proceditur in flagranti crimine,cuius quidē firmamentū, & angularē lapidem aduerſariorū breuibus(quo ad fieri poteſt,)uerbis,doctrinis authoritatibus,& exēplis tollemus, uel poteſt dici, illud præſertim, & præcipue inſpiciendum,atque diſcutiendū eſt, nunquid delictū de quo agitur ſit flagrans,ita uel ne,adeo quod procedi poſſit, ut proceditur in De eodem.

24 flagranti crimine,uel alijs ſimilibus modis. ¶ Eſt etiam aduertendum,ut non ſit exordium uitioſum,nam in exordienda cauſa,lenis debet eſſe ſermo,& uſitata uerborum conſuetudo,ut nō apparata oratio uideatur eſ- Proęmia non debent eſſe uitioſa.

ſe.Vitioſum exordium eſt,quod in plureis cauſas poteſt accomodari, quod uulgare dicitur.Item uitioſum eſt,quo nihilominus aduerſarius poteſt uti,quod commune appellatur.Item illud quo aduerſarius poterit uti ex cōtrario.Item uitioſum eſt,quod nimium apparatis uerbis compoſitum eſt,aut nimis longum eſt,& quod non ex ipſa cauſa natū uideatur,ut proprie cohereat cum narratione. Item uitioſum eſt; illud, quod neque beneuolum,neque docilem,neque attentum facit auditorē ſecundum eundem Cicero.lib. 1.ad Herenn.c.5.in fin. Hodie uero raro aduocati utuntur exordio aut proęmio,ſed tantummodo inſinuant cauſas(ut proximo loco dixi)aliquando tamen non modicæ utilitatis erit exordiū breuibus uerbis compoſitū.& hæc quo ad principium orationis.

Narratio cauſæ qualiter fiet.

¶Subſequenti ordine ſequi debet narratio cauſæ, & omittendo ea, 25
quæ ad alias cauſæ narrationes ſpectare poſſunt,dicam ea tantummodo quæ ad accuſationis defenſioniſque cauſam attingunt, quare aduertēdum eſt,quod res breuiter narretur.dilucide,& uerisimilis ſit narratio rē breuiter narrare poterimus,ſi inde incipiemus narrare, unde neceſſe erit,& ſi non ab ultimo initio repetere uolemus,& ſi ſummatim,nō particulatim narrabimus,& ſi non ad extremum ſed uſque eo , quo opus erit,proſequemur,& ſi tranſitionibus nullis utemur,& ſi non deerrabimus ab eo quod cœperimus exponere,& ſi exitus rerū ita exponemus ut ante quoque quæ facta ſunt,ſciri poſſint.Cauendum eſt ēt inſuper ne id quod ſemel ſupra diximus,deinceps dicamus uerbi gratia, ſi diceremus.n.presbiter per ſimoniā acquiſiuit eius beneficium,& poſt eaquam per ſimoniā acquiſiuit beneficiū,ſic per ſimoniā retinuit beneficiū.

De eodem.

¶Rē 26
dilucide narrabimus,ſi ut quidque primum geſtū erit,ita primum exponemus,& rerum ac temporum ordinem conſeruabimus.ut geſtæ res erunt,aut ut potuiſſe geri uidebuntur.Item erit cōſiderandū,ne quid perturbate,ne quid contorte,ne quid ambigue,ne quid noue dicamus, neque in aliam rem tranſeamus,ne ab ultimo repetamus,ne longe proſequamur,nequid,quod ad rem pertineat prætereamus, & ſi perſequamur ea quæ de breuitate pręcepta ſunt.nā quo breuior eo dilucidior,& cognitu facilior narratio fiet.

De eodem.

¶Veriſimilis narratio erit,ſi ut mos ut opi 27
nio,ut natura poſtulat dicemus.ſi ſpatia tpum perſonarum dignitates, conſiliorum rōnes,locorum opportunitates cōſtabunt,ne refelli poſſit. aut temporis parum fuiſſe,aut cauſam nullam, aut locum idoneū non fuiſſe,aut homines ipſos facere,aut pati non potuiſſe, ſecundum eundē Cicer.lib.1.ad Herenn.c.4.

De eodem.

¶Exempli gratia dicatur.cum eſſet omni ſpe 28
bonorum parentum,ac cæterorum in terris auxilio deſtitutus enim preſbiter a teneris annis, quibus adhuc nec fari, nec loqui poterat, infelix Epiſcopus.T.miſericordia motus,eundem in eius domū excepit, aluit, creuit,literas eum docuit,& ad ſacerdotalem dignitatem euexit. Totū & in totum ſibiipſi ſe commiſerat,uniuerſa domus negotia in eum repoſita,tandem diabolico ſpiritu inſtigatus ingratiſsimus ille presbiter pecuniarū luxuria,atque cupiditate quarū ipſe in pace dominus eſſe poterat,nocte menſis Septembris de anno 1556.aliis perfidiſsimis & ſceleratiſsimis uiris aſſociatus,gladio illum infelicē Epiſcopū in lecto,ſecure iacentem.

çentem.nec iſto tantum flagitio contentus,puerum quendam,flebili uo-
ce plorantem,una cum quadam pediſſequa uita priuauit,demũ mobilia
magni ualoris,& pecuniarum quantitate expilauit, & cæt.Nec ab euen
tu exemplum poſui in huiuſmodi ſpetie caſus,ſed non ſunt duo menſes,
quibus hæc omnia euenerunt in perſonam Epiſcopi Caſtellutij in parti-
bus aprutinis de dominio & iuriſdictione Illuſtriſsimi Ducis termulatij.
29 ¶Nec credas(diſertiſsime lector)hanc obſeruationem fieri in perorãdis
& orandis cauſis eſſe parũ utilitatis,ſed potius magnæ.nam inquit Cice
ro in primo ad Herenn.9.quod ſi uera res quæ proponitur erit, hæc om-
nia narrando, conſeruanda ſunt.nam ſæpe ueritas, niſi hæc ſeruata ſint,
fidem non poteſt facere. Sin erunt ficta, eo magis erunt conſeruan-
da.vidi enim temporibus meis ſæpius nonnullos aduocatos maximam
iuſtitiam in eorum cauſis fouentes adeo inepte obſcure ambigue,cõtor
te,ac ſine ordine eorum cauſas coram iudicibus proponentes, & ex hoc
in contrarium ſententiam reportaſſe, vidi etiam alios nihil iuris in cau-
ſis habentes adeo dilucide,adeo explicite,feſtiue, eloquenter,& ſub bre
uitate cauſas oraſſe,& uictoriam obtinuiſſe. Magnã enim(inquit Vale-
rius Max.lib.6.c.4.)& bonam partem in claris uiris etiam illa uendicãt,
quæ aut ab his grauiter dicta, aut facta pertinax memoriã uiribus æter-
nis comprehẽdit.quorũ ex abundanti copia,nec parca nimis,nec rurſus
auida manu,quo magis deſiderio ſatisfaciat quã ſatietate abundet hau
riamus.econtrario uero dicta impertinenter, & non ſeruatis prædictis
qualitatibus maxime nocent,exemplum legitur de.C.Detiano ſpectatæ
integritatis uiro cui uox ſua exitium attulit. nam cum.P.Furium inqui-
natiſsimæ uitæ pro roſtris accuſaret,quia quadã in parte actionis de mor
te Lucij Saturnini quæri auſus fuerat,nec reum damnauit, & inſuper ei
30 pœnam adiectas pependit. ¶Poſt igitur narrationem cauſarũ diuiſio ſe
quitur,quæ in duas partes eſt diſtributa.nam primũ,perorata narratio-
ne debemus aperire quod nobis conueniat cum aduerſarijs,ſi ea quæ uo
bis utilia erunt conuenient.quid in controuerſia relinquatur,exemplum
ſi accuſatoris aduocatus erit,dicat interfectus eſt iam Epiſcopus, interfe
cti,ſunt puer & mulier,expilata ſunt bona, hoc tamen non negatur.ne-
31 gatur tamen.N.presbiterum hæc feciſſe.& ſic de ſingulis. ¶Deinde cũ
hoc fecerimus, diſtributione debemus uti.quæ in duas partes diuiditur
in enumerationem & expoſitionem.enumeratione utemur,cũ dicemus
numero quot de rebus dicturi ſumus.eam pluſquam trium partiũ nume
ro eſſe non oportet,ſecundum Cice.in primo ad Herenn.c.5.exemplum
enumerationis erit ſi dicatur,duo igitur ſunt uidenda. An enim presbiter
hæc flagitia commiſerit,& qua pœna ſit afficiendus. Expoſitio eſt,cũ res
de quibus dicturi ſumus, exponimus breuiter & abſolute.uerbi gratia,
ſi dicatur probabo intẽtionem meã per teſtes de uiſu,per inditia.per cõ-
32 iecturas,& per propriam confeſsionem,& ſic de ſingulis.¶Demũ ſub-
ſequenti ordine ſubſequi debet confirmatio,nam tota ſpes uincendi,ra-
tioque perſuadendi poſita eſt in confirmatione,& confutatione.Cõfir-
matio enim fieri poteſt per tres conſtitutiones quæ una eſt coniecturalis,
alia legitima,& ultima iuridicialis,ſecundum Cicer. in eo.lib.1.ca.6.ad
Heren.

Vtilitas magna reſultat ex cã bene relata.

Diuiſionis partes ſunt duæ,& quæ.

Diſtributionis partes duæ,& quæ.

Narrata qualiter cõfirmanda.

Coniectura quotuplex ſit?
Heren. ¶Quo ad conſtitutionem coniecturalem (quia ea difficillima 33
eſt, ſecundum eundem Cice. 2.ad Herenn. 1.)diuiditur in ſex partes quæ
De eodem.
ſunt probabile,collatio,ſignum, argumentum,conſecutio, approbatio.
¶Conſtitutio coniecturalis quæ probabilis dicitur; eſt quãdo probatur 34
De eodem.
expediſſe reo peccare,&a ſimili turpitudine hominem nunquam ab fuiſ
ſe,diuiditur enim in cauſam & uitam. ¶Cauſa(ſecundum Cicero.ibi.) 35
eſt ea quæ induxit ad maleficium,exemplũ aduocatus accuſatoris quan
do accuſat eum contra quem non extant probationes claræ,et aperte de
commiſſo & patrato delicto, debet conari delictum probare per cõſtitu
tionem coniecturalem,quæ in primis conſiſtit in probabile,uerbi gratia
ut uideatur quod delictum ſit,de quo agitur.quæ cauſa potuit mouere de
linquentem ,ut illud cõmitteret,num honoris num pecuniæ num domi-
nationis,num cupiditatis amoris aut libidinis explẽde aut num quod in
commodum uitarit,inimicitias,infamiam,dolorem ſupplicium.
De eodem.
¶Iſtis ſic conſideratis acuſator intentionem ſuæ accuſationis fundare 36
poterit in ſpe commodi, oſtendendo cupiditatem aduerſarij delin-
quentis, uerbi gratia, ſi commiſit homicidium, quod id fecit propter
eius bona, & pecuniam, uel cauſa explende libidinis cum eius uxore,
quæ erat ſatis pulchra, eamque ualde adamabat, ut dicit idem Cicer.
ubi ſupra aut intentionem ſuam fundare poterit inuitationem incomodi
uerbi gratia,probando,& oſtendendo, quod inter delinquentem, & eũ
in quem commiſſum fuit delictum,maxima erat inimicitia, uel quod de
linquens fuerat infamatus ab eo,& ſic de ſingulis.Reſultat enim ex iſtis
(ſecundum eundem Cice.ubi ſupra) conſtitutio quæ coniecturalis dici-
Dolus non datur ubi cã delinquẽdi non fundatur.
tur, eo quia per coniecturas fit. ¶Et uerum eſt in iure, quod ubi nulla 37
cauſa delinquendi probetur nõ datur dolus et ubi cauſa datur,dolus quo
que datur.ſecundum Pau.de Caſt.in.l.fluminum.§.fi.de dam.infect.&
in.l.altius.ff.de ſer.de quo plene dixi in pract. cenſua. in uerbo Nico-
De eodem.
laus epiſcopus nu.46. ¶Si autẽ quis tuebitur partes defenſoris,negabit 38
fuiſſe cauſam, ſi poterit, aut eam uehementer extenuabit.Deinde dicat
iniquum eſſe,omnes ad quos aliquid emolumenti ex aliqua re peruene-
rit.in ſuſpitionem maleficij deuocari, ut dicit bene Cicer.ubi ſupra, &
in hoc poſſunt allegari aliqua exempla factorũ, in quibus forte ratione
& cauſa emolumenti preſumebatur aliquem commiſiſſe delictum et ta
De eodem.
men poſtea repertum fuit alium commiſiſſe. ¶ Vt dicit Par. de put. in 39
trac.ſindi.in uerbo tortura,ubi ponit exemplum de quadã meretrice ri-
xante cum quodam iuuene,& quod iuuenis ille minabatur eius faciem
uulnere uelle deformare,quod audiens altera meretrix inimica illius, eã
in faciem uulnerari fecit,propter quod iuuenis ille captus fuit tandem iu
ditio Dei detecta fuit innocentia illius.¶Hæc eadem coniectura quæ 40
Solitus delinquere,habet cõiecturã cõtra ſe.
probabilis dicitur,ſumitur etiam ex uita hominis,ex ante factis, in quo
primum conſiderabit accuſator non quando ſimile quid fecerit ſi id non
reperiet,quęret, num quando uenerit in ſimilem ſuſpitionẽ? & in eo de
bebit eſſe occupatus,ut ad eam cauſam peccati, quam paulo ante expo
ſuerit. uita hominis poſsit accommodari hoc modo (ſecundum Cicer.
ubi ſupra)ſi dicet pecuniæ cã feciſſe, oſtendet eum ſemper auarum fuiſ-
ſe.

ſe. Si honoris ambitioſum, ita poterit animi uitium, cum cauſa peccati conglutinare. ſi non poterit par uitium cum cauſa reperire, reperiat diſpar ut ſi non poterit demonſtrare auarum demonſtret coruptorē, uel perfidioſum, ſi quomode poterit denique aliquo, aut quam plurimis uitijs contaminabit perſonam. Et ſi uehementer, caſtus & integer exiſti- De eodem.
41 mabitur, accuſator dicet, facta non famam ſpectari oportere. ¶ Et id ēt ut ex ante factis, ſumatur inditium) receptum eſt in iure noſtro ut eſt tex. in. l. ſi cui. §. primo. ff. de accuſ. & l. de minore. §. 1. ff. de quæſt. & l. non omnis. §. a barbaris. ff. de re. mil: & ex preterito præſumitur in pręſens. l.
42 iubemus & ibi not. C. de pro. ¶ Defenſor autem demonſtrabit uitā integram, ſi poterit, id ſi non poterit, confugiet ad imprudentiam, ſtultitiā adoleſcentiam, uim, perſuaſionem, quibus de rebus, uituperatio eorum quę extra id crimen erunt, non debeat aſsignari, exemplum, ſi contra inquiſitum allegantur non nulla delicta, ad probandum quod cū ipſe ſolitus fuerit delinquere potuit etiam nunc delinquere defenſor poteſt oſtēdere, & probare illa delicta fuiſſe commiſſa, & patrata per imprudētiā per ſtultitiā, per adoleſcentiā, per uim per perſuaſionem quibus oſtenſis arguitur ex illis delictis non eſſe arguendum ad illud de quo nunc tractatur. Si autem reus fuerit ualde infamatus, defenſor dabit operam, ut falſos rumores diſsipatos eſſe dicat de innocente, & utetur loco cōmuni rumoribus credi non oportere, ſecundum Cicero. ubi ſupra. ¶ Et eſt aduertendum, quod ſecundum Cicer. ſi non poteſt reperiri par cauſa, reperiatur diſpar. & ſic uoluit, quod generalis obiectio circa mores accuſatis facit inditium contra imputatum, & de utroque eſt cautum in iure. De eodem. De eodem.
43 ¶ Nam de qualitate perſonę dupliciter eſt cōſiderādū, primo quod quis dicatur bonus, uel malus in genere, uel quod dicatur bonus, uel malus in ſpecie, de bonitate & malitia in genere eſt tex. in. l. non omnis. §. a barbaris. ff. de re. mili. de qualitate perſonæ in ſpecie, & de conſuetudine rei, uel imputati eſt tex. in. l. ſi cui. §. 1. ff. de accu. & in utroq; caſu, facta probatione, quod ille ſit malus vel ſpecie uel in genere, orietur indicium contra reum, & maius erit indicium contra eum, qui habet præſūptionē malitiæ in ſpecie, & ſic in eodem genere mali, ut bene concludit Blan. in. De qualitate perſonæ dupliciter conſiderandum.
44 l. fi. de quæſt. nu. 349. non tamen erit inditiū ſufficiens ad torturā. ¶ Alia pars coniecturalis conſtitutionis eſt, quæ uocatur collatio; que eſt cum accuſat, id quod aduerſariū feciſſe criminatur alij, nemini, niſi reo, bono fuiſſe demōſtrat aut aliū neminē potuiſſe perficere. niſi aduerſariū aut eum ipſum alijs rationibus, aut nō potuiſſe, aut non æque commode potuiſſe aut eum effugiſſe a ias ratione commodiores propter cupiditatē. Coniecturalia quæ dicantur.
45 ¶ Exemplum, ſi eſt aliquis mortuus, & occiſus in domo, certe interfectus præſumitur ab his qui erant in domo, quia nullus ita cōmode interficere potuiſſet ſecundū Dy. per illū tex. in. l. 1. §. ſiquis in uilla. ff. ad ſylla. & ibi Roma. & moder. dicentes poſſe ex hoc procedi ad torturā, nō De eodem.
46 autem ad condemnationem. ¶ Vel ſiquis inuentus eſt, prope locū delicti gladio. nam habet inditium contra ſe quod ipſe fecerit, adeo quod De eodem.
47 poteſt ex hoc torqueri. ut per Bar. in. l. fi. ff. de quæſt. ¶ Vel ſi poteſt probari & allegari a communiter accidentibus, nam & illud inditiū eſt, ſe- Inditium ſumitur p ac

cundum

gumentũ a cõiter acci dentibus. cundũ Bal.in.l.fi.in fi.ff.de hęr.inſt.exemplificans poſt Iac.But.in.l.neq; natales.C.de proba.in muliere,ex cuius domo uiſus ẽ exire iuuenis uel quod paſſim eos admittebat,ex quo exiſtimatur meretrix,uel ſi probeẽ 48

Coniectura qualiter extenuatur. nulli alijs attuliſſe utilitatẽ niſi aduerſario. ℭ Defenſor añt ut demonſtret, oportet,aut alijs quoque bono fuiſſe,aut alios quoque id quod de ipſo in ſimuletur,facere potuiſſe, exemplum euenit,in duobus fratribus Cælijs, quorum pater titus Cælius, in cubiculo quieſcens,filijs altero cubãtibus lecto erat interemptus, neq; aut ſeruus quiſquam aut liber inueniretur, ad quem ſuſpicio cædis pertineret hoc uno nomine abſoluti ſunt,quia iudicibus planum factum eſt illos aperto oſtio inuentos eſſe dormientes, ſomnus innoxiæ ſecuritatis,certiſsimus iudex miſeris opẽ tulit.iudicatũ eſt.n.rerum naturã non recipere,ut occiſo patre ſupra uulnera,& cruorẽ

Coniectura lia ſigna. eius,quietẽ capere potuerint.ſecundum Valer.Max.li.8.c.1.& ſimilibus exemplis. ℭ Altera.n.pars ſimiliter conſtitutionis coniecturalis ẽ ſignũ 49 nam ſignum eſt id ꝑ quod oſtenditur idonea perficiendi facultas.eſſe quæſita ſecundum Cicer.2.ad Heren.17.diuiditur enim in ſex partes, locum,tempus,ſpacium,occaſionem,ſpem perficiendi ſpem cælandi.

ℭ Locus quæritur celebris.an deſertus ſemper, an tantum cum id factũ 50

Locus præſtat cõiecturam delicti. ſit,fieri in eo loco ſolitudo,ſacer an profanus , publicus an priuatus fuerit cuius modi loci attingant num qui eſt paſſus, perſpectus,aut exauditus eſſe poſsit. ℭ Locus enim aggrauat delictum, & precogitationem 51

Locus aggrauat delictum. oſtendit arg.tex.in.l.aut facta.§.locus.ff.de pœ.ſi quis enim interfecerit hominem in prætorio,aut in eccleſia aut alio loco ſimili præſumptio,eſt quod eo acceſſerit ad homicidium committẽdum ex magna cauſa & deliberate.ſecundum Albe.in quæſt.ſtatu.q.lxiiij.in ij.parte & Blanch.in l.fi ff.de quæſt.nu.200.Item ſiquis fuit repertus in nemore , ubi latrocinia infinita committebantur. ℭ Defenſor autem, poterit oſtendere.nõ 52

Coniecturę loci extenuatio. Loci coniecturę. eſſe ueriſimile in tam loco publico,& peſẽti, uoluiſſe deliberare occidere,ſed ſi uoluiſſet,utique feciſſet occulte,prout habebat commoditatem faciendi , & ſic de ſingulis. ℭ Item ſumitur indicium ex loco ,ſi inde po- 53 tuit exaudiri clamor,ita uel ne, ſecundum Par.de put.(ultra Cicero.)in tracta ſindi.in uerbo mandauit in fin.ubi dicit,quod ſi reperiatur occiſus puer in una domo,& uicinus dicat quod per diem ante audiuit puerum clamantem,nam hæc probatio ualet;per uiam ſigni.per ea quæ no.Bar.

Tp̃s p̃ſtat coniecturã. Et aggrauat. in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori de no.ope.nuncia. ℭ Tempus etiam 54 eſt ſignum quo quæritur qua parte anni,qua hora , noctu , an interdiu, & qua diei,& qua noctis factum eſſe dicatur,nam tempus aggrauat delictum,& inducit præcogitationem ad delictum,nam ſi aliquis vulneraſſet tempore noctis,pręſumptio,eſt occidentem,& vulnerantem delictũ præcogitaſſe,ut colligit Blã.in.l.fi.ff.de quæſt.num.198.& alijs quoque modis,tempus indicium facit.de quibus exẽpla per te reperias. ℭ Aliud 55 quoque ſignum erit,quod ſpatium appellatur,conſideratur enim ſatiſne

Coniectura ex uicinitate uel lõginquitate ſumitur. longum fuerit ad eam rem tranſigendam & potuit neſcire,ſatis ad id ꝑficiendum ſpatij futurum nam parui refert,ſi ſatis ſpatij fuiſſe ad id perficiendũ,ſi id anteſciuit,& ratione prouideri non potuerit; exemplum de iſto ſigno ſpatij poteſt poni.ſi facta eſt rixa inter aliquos,demũ,infra paruũ ſpatium

ſpatium temporis ſequutum eſt homicidium, præſumitur enim factū & præcedenti rixa. Item ſpatiū maxime conſideratur in materia homicidii facti ad defenſam, nam quæritur tunc, num ſtatim fuit facta repercuſ-
56 ſio, an ex interuallo. & ſic de ſingulis. ¶ Eſt etiam aliud ſignum, quod dicitur occaſio, occaſio autem quæritur idonea ne ſatis fuerit, ad rem aggrediendam, ſeu adoriendam, an alia melior? quæ aut præterita ſit, aut non expectata & ſic accuſator fundabit occaſionem maximā, aduerſarium impuliſſe ad delinquendum, defenſor dicat nullam, aut eam extenuet. Eſt etiam ſignum aliud uidelicet ſpes perficiendi, quę fuerit quę demonſtrabitur, ſi cōcurrerent prędicta ſigna, & ex altera parte concurrerent uires, pecunia, conſilium, ſcientia, apparatio, ex altera parte imbecillitas, inopia, ſtultitia, imprudentia, inapparatio demoſtrabitur, quę omnia in multis exemplificari poſſet, ut ex ſupradictis ſatis patet. Coniecturę ſignū quod dicitur occaſio.
57 ¶ Eſt etiam aliud ſignum, quod ſpes celādi dicitur; quæritur enim ſpes cælandi quæ fuerit ex conſcijs arbitris, adiutoribus, liberis, aut ſeruis, aut utriuſque nam clandeſtinitas et ocultatio inducit ſuſpitionem. ut nota. per glo. in. l. i. C. de inter. ma. & extra de clāde. de. per totū quęritur enim hic ſpes cœlandi, quæ fuit, nunquid quis aliqua ſpe ductus cœlabat. et ſic Clandeſtinitas inducit ſuſpitiōem.
58 de ſingulis. ¶ Argumentum eſt, per quos res coarguitur certioribus argumentis, & magis firma ſuſpitione. diuiditur autē in tempora tria, præteritum, inſtans, conſequens. Argumq̄ quod dicatur. Argumētū unde ſumatur.
59 ¶ In Præterito tempore oportet conſiderare, vbi fuerit, vbi uiſus ſit, quo cum uiſus ſit, num quem habuerit de conſcijs, de adiutoribus, de adiumentis, num, quo in loco pręter conſuetudinem fuerit, aut alieno tempore, Secundum Cicero. in. ij. ad Heren. De eodem.
60 c. i. vij? ¶ Exemplum ſumitur ſignum, & argumentum ex pręterito tēpore; ex cōuerſatione quam habuit argu. tex. in. l. iij. §. nullus putat de ex cu. tuto. & l. ędiles §. pedius de edil. ędic. Item ſi inquiritur quod aſſociatus cum alijs commiſit homicidium; quęratur ſi tempore pręterito conuerſabatur cum eis. Tranſitus inſolitus inducit penſamentum.
61 ¶ Item tranſitus non ſolitus, indicat penſamentum. ſecundum Batt. in. l. fi. col. ij. ff. de queſt. Sal. in. l. fin. col. ij. C. de quæſt.
62 ¶ Ex tempore inſtāti quęritur, num viſus ſit cum faciebat? nūquid ſtrepitus, clamor, crepitus exauditus ſit, aut denique num quid aliquo ſenſu perceptum ſit, auditu, tactu, odore, guſtatu? nam quiuis horum ſenſus
63 poteſt conflare ſuſpitionem. exempla ſunt clara. ¶ Ex tempore cōſequēti ſpectabitur res, nunquid re tranſacta relictum ſit, quod indicet aut factum eſſe maleficium, aut a quo factum ſit. exemplum, ſi dicatur morte naturali & ab improuiſo quem mortuum, pōt probari quod ſigna ſuffocationis apparent in gutture. ſm ea que late dixi in prac. mea Cri. in uerbo ſuffocauit vxorē. uel ſi dicatur uenenatū fuiſſe hominū et reperiet corpus mortuū liuore decoloratum, nam arguitur, & ſignificat ueneno necatum ſcd̄m Cice. ij. ad Heren. c. i. 7. a quo factum ſit, ſi telū, ſi ueſtimētum, ſi quid eiuſmodi relictum ſit. aut ſi ueſtigium rei fuerit; aut ſi cruor veſtimentū, aut ſi in eo loco comprehenſus, aut uiſus ſit tranſacto negotio, quo in loco res geſta dicatur. ſecundum Cicero. ubi ſupra de quibus Argumētū ex tēpore cōſequenti.
64 exempla ſatis clara reperire poteris. ¶ Conſequutio eſt, cū queritur quę ſigna nocentis, & innocentis conſequi ſoleant, nam accuſator poteſt eius intentio Pallor, titubatio & re

ber ſunt ſigna homicidii. intentionem in hoc fundare in rubore, in pallore, in titubatione; in loquutione inconſtanter,hæc enim omnia ſunt ſigna cõmiſsi & patrati delicti.ſecundum Cicero.vbi ſupra & eſt tex.in.l.de minore §.plurimũ.ff. de quæſt.& ibi Barto.& Bald.in.l.præsbiteri in princi.C.de epiſcopis et cleri.ad quæ defenſor dicet; quod ſi pertimuerit, magnitudine periculi,

Defẽdi qualiter reus poſſit. non conſcientia peccati commotum.ſecundum Cicero.ibi ¶Item de- 65
fenſor aduerſus omnia prædicta,adducat teſtes,contra teſtes,argumẽta, contra argumenta; rumores,& famam,contra famam,& rumores; contra teſtes;uitæ turpitudinem,teſtimoniorum inconſtantiam. Si aut nõ fieri potuiſſe dicemus, aut non factum eſſe,quod dicant,aut ſcire illos non potuiſſe aut cupide dicere, & argumentari. Prętermitto item alia, hæc tantum uolui ponere,ut exempla ſint.Cæterum de conſtitutione iuridiciali,quę eſt, cum factum conuenit,ſed iure an iniuria factum ſit,quæritur,& de conſtitutione legitima quæ eſt,cum in ſcripto,aut ex ſcriptis aliquid cõtrouerſiæ naſcitur.ſimiliter omittam, ne uidear totã rhetoricam

Finis orationis qualis ſit. Ciceronis tranſcribere. ¶Ad ultimam partem orationis,quæ eſt pero- 66
ratio,deueniendo dicendum eſt; quod ſi erit accuſatoris aduocatus,poſt narrationem,inſinuationem,principium,& confirmationem,oportet,ut uerbis & rationibus crudelibus, & ac ſeueritatem accomodatis utetur hoc modo? audiſtis Reuerende domine, ceterique benigiſsimis auditores,audiſtis inquam in auditum facinus, ſcelus crudeliſsimum,peſsimũ ingratitudinis uitiũ,exemplum intolerabile. audiſtis inſuper inauditum pietatis infeliciſsimi Epiſcopi opus, benignitatis, & miſericordiæ normam,uirtuoſas gratiarum actiones, exemplum in poſteros sẽper prædicandum,quis igitur ueſtrum & aliorũ cuius uis nationis & Chriſtianæ, & Barbaræ,hunc ſceleratiſsimum N.præsbiterum non condemnandũ audebit dicere? quis non ferociſsimo & canino animo contra eum non ſurget? vt nedum ſemel pœnas luat: ſed reiteratis vicibus ſi fieri poſſet? quis tanta crudelitate deuictus,eum defendet? inſurgite igitur Reuerende domine ceterique uos magnifici auditores,properate uexillũ, uibrate glaudium, excogitate nouum pænarum genus,tabellis & chartis conſcribite condemnationem, expectantes conſolate; ſcriptum eſt enim quod lætabitur iuſtus, cum uiderit iuſtitiam & cætera. Defenſoris autẽ aduocatus perorabit uerba ad miſericordia accomodata ad pietatem, indulgentiam, ut melius accomodare poterit, diſertiſsime lector, quæ ſpectãt ad iudicationem,habuiſti ſupra in uerbo,demum inuocato Dei auxilio,& habebis infra.

Si conuicti non reperiantur. Cap. 30.

SVMMARIVM.

1 Conuictus quando, & quomodo dicatur.

2 Certitudo ueritatis an duorum teſtium dicto poſsit haberi?

3 Epiſcopus & Cardinalis inquiſiti,quot teſtibus damnantur.

4 Omne & totum in tribus ponimus.

5 Cardi-

5 Cardinales inquiſitus a Papa quando conuictus dicatur.
6 Cardinalium priuilegia an extendatur ad delicta commiſſa ante Cardinalatū? remiſsiue.
7 Conuinci an poſsit clericus duobus teſtibus laicis? & 8.
9 Laici contra clericum ad teſtificandū, qñ admittātur, & 10.
11 Adulterium plene probatum qualiter. Et quando de eo conuinci dicatur.
12 Conuictus & confeſſus an ſint idem?
13 Confeſſus an mitius puniatur quam conuictus, & 14.
15 Conuictus uere an dicatur deficiens in purgatione.

1 COnuictus. ¶ Quis dici poteſt, quando de delicto, ſiue crimine, duo teſtes conteſtes deponunt, de uiſu contra inquiſitum. duo enim teſtes ſufficiunt in rebus cuiuſuis præiudicij: ut ē tex. in c. quoties & ibi no. Do. Abb. & habetur in c. licet ex quadam extra de teſti. imo gl. ſing. in c. prǽſul. ij. q. 4. dicit duos teſtes ſufficere ad probandum crimen contra Papam. ſecundum eundem Do. Abb. in d. c. quoties ſed uidetur neminem poſſe condemnari ex di-

Conuictus quis dicatur

2 cto duorum teſtium nā iuditium requirit certitudinē. ¶ Sed certitudo ueritatis nō habetur per dictum duorum teſtium, nam legitur. 3. Reg. 21. quod Naboth ad dictum duorum teſtium falſo condemnatus extitit,

Epiſcopus, & Cardinalis inquiſitū quot teſtib. damnantur.

3 ergo duorum uel trium teſtium non ſufficit. ¶ Præterea habetur 2. q. 5. quod prǽſul non debet damnari niſi ſeptuaginta duobus teſtibus prǽſbiter Cardinalis niſi quadraginta quatuor teſtibus non deponatur, Diaconus Cardinalis urbis Romanæ, non niſi in uigintiocto teſtibus condēnabitur, ſubdiaconus, acolythus, exorciſta, lector, oſtiarius, niſi in ſeptē teſtibus cōdēnabitur. Sed magis periculoſum eſt, peccatū eius qui in maiori dignitate conſtitutus eſt. & ita minus eſt tollerādū, ergo nec in aliorū condēnationē ſufficit duorū uel triū teſtimoniū. Beat. Thom. ſecūda ſecundæ q 70. art. 2. dicit. quod ſecundum Phil. i. Ethi. 2. certitudo non eſt ſimiliter quærenda in omni materia. in actibus enim humanis ſuper quibus conſtituuntur iudicia, & exiguntur teſtimonia, non poteſt haberi certitudo demonſtratiua, eo quod ſunt circa contingentia & uariabilia & ideo ſufficit probabilis certitudo quæ, ut in pluribus, ueritatem attingat, & ſi in paucioribus a ueritate deficiat, eſt autem probabile, quod magis ueritatem contineat dictum multorum. quam dictū unius, et ideo cum reus ſit unus qui negat, ſed multi teſtes aſſerunt idem cū auctore rationabiliter inſtitutum eſt iure diuino, & humano, quod dicto teſtiū ſtetur omnis autem multitudo in tribus comprehenditur, in principio, me-
4 dio, & fine. ¶ Vnde ſecundum Philoſ. in primo de cœlo (omne et totū in tribus ponimus.) ternarius quidem conſtituitur aſſerentium, cū duo teſtes conueniunt cum actore, & ideo requiritur binarius teſtium, uel ad maiorem certitudinem (ut ſit) ternarius qui eſt multitudo perfecta, in ipſis teſtibus unde & Eccle. dicitur. 4. (funiculus triplex difficile rūpitur) Ang. autem ſuper illud Ioh. 4. (duorum hominum teſtimonium uerum eſt) dicit quod in hoc eſt trinitas, ſecundum miſterium commendata, in

Omne & totū in tribus ponimus.

qua

qua eſt perpetua firmitas, ueritatis. Nec obſtant allegata in contrarium, ad primum enim dicitur, quod quantumcūque multitudo teſtium deter minetur poſſet quandoque teſtimonium eſſe iniquum. cum ſcriptum ſit Exo. 23. (non ſequaris turbam ad faciendum malum.) nec tamen quia non poteſt in talibus infallibilis certitudo haberi, debet negligi cer titudo, quæ probabiliter haberi poteſt. per duos uel tres teſtes. Ad ſecundum dicendum eſt, quod illud habet locum ſpecialiter in Epiſcopis, presbiteris, diaconis, & clericis eccleſiæ Romanæ propter eius dignitatem, & hoc triplici ratione. primo quidem, quia in ea tales inſtitui debent, quorum ſanctitati plus creditur, quod multis teſtibus. Secundo, quia homines qui habent de aliis iudicare. ſæpe propter iuſtitiam, multos aduerſarios habent unde non eſt paſsim credendum teſtibus contra eos, niſi magna multitudo conueniat. Tertio quia ex condennatione alicuius eorum derogaretur (in opinione hominum) dignitati illius eccleſiæ, & auctoritati, quod eſt periculoſius, quam in ea tolerare aliquem peccatorem, niſi ſit ualde publicum & manifeſtū. de quo graue ſcandalum orietur. Hæc ille. & quod tex. in. c. præſul. ſecunda q. 5. loquatur in Cardinalibus romanæ eccleſiæ; et ſit ſpeciale, tenent Archi. et

De eodem.

Præpoſ. ibidem. ℭ Dicit tamen ibi Præpoſ. quod quando Cardinales in quiruntur a Papa non ſeruatur ille numerus teſtium. ſecundum gloſ. in. c. 1. in uerſi. Cardinales de ſciſma. lib. 6. ℭ Et an priuilegium iſtorum extendatur ad delicta commiſſa, antequam eſſent Cardinales? uide Prǽp. ubi ſupra ubi plene. ℭ An autem clericus poſsit conuinci duobus teſtibus laicis? Do. Abb. in. c. de cetero de teſti. dicit quod ſi delictū eſt patratum in loco ubi deeſt clericorum copia; conuincitur clericus per teſtes laicos, ne delicta remaneant impunita. ℭ Item ubi delictum eſt notoriū teſtes laici conuincunt clericum, ut ibi per do. Abba. ℭ Et licet regulariter, non admittantur laici contra clericum, ad teſtificandum, tamen hoc procedit quo ad plenam probationem, non autem quo ad torturā, quia laici bene admittuntur ad teſtificandum, contra clericos, ut ſaltim ex eorum dicto ſubiiciantur torturæ. ſecundum Abb. ibidem. ℭ Item eſt ſciendum quod ad probandam infamiam, laici contra clericos ſunt idonei teſtes. ſecundum do. Anto. poſt Io. Andr. in. c. tam litteris in ulti. col. de teſt. & Specu. in titulo. de teſte. §. 2. col. 30. uerſi. Item quod eſt laicus.

5 6 7 8 9 10

Cōuinci an poſſit clericus duobus teſtibus laicis.

Laici cōtra clericum ad teſtificandū quando admittuntur.

De eodem.

Cōuinci de adulterio quādo quis dicatur.

11 ℭ Qualiter enim conuincatur de adulterio dicas, quod ſi duo teſtes uiderint uirum & mulierem interpolatim, unus poſt alium, ad inuicem commiſcentes, licet non eodem tempore probatum erit adulterium ſi tamen continuo & ſucceſsiue uiderint. & eſt ratio, quia adulterium eſt actus ſucceſsiuus. & ideo teſtes, ſic deponentes, non uidentur deponere ſuper diuerſis fornicationibus, ſed ſuper una tantum. ut notabiliter dixit gloſ. in c. nihilominus 3. q 9. & Cy. in. l. teſtium. C. de teſt. Imo plus dixit do. Abb. in. c. præterea quod probata erit fornicatio, ſi uiderint uirum et mulierem in latebris ſe oſculantes, & amplectentes quia iſtos dicit eſſe propinquos actus ad actum adulterii, & probat Bal. in c. tuæ de procu.

Conuictus an idem ſit

12 ℭ Conuictus an idē ſit, quod cōfeſſus? Do. Abb. in. c. at ſi clerici extra de iudi. dicit quod conuictus non dicitur proprie confeſſus, & econtra, &

ponit

ponit Fulg.con. 124.& ſequitur ibi Dec.licet in contrarium aliqua conetur adducere,quæ tandem dicit procedere improprie,ſed proprie conui- quod cõfeſſus.
13 ctus non dicitur confeſſus,& econtra. ¶Item eſt notandum, quod quo ad impoſitionem pœnarum,eſt differentia,inter conuictum,& cõfeſſum ſponte,nam mitius agitur cum ſponte confeſſo,quam cum conuicto per teſtes,quod quidem intelligi debet,(ſecundum Abba.in d.c. at ſi clerici) quando quis ex ſe ſponte cõfitetur,at ſecus ſi timore probationum, quis confiteatur,quia ei non ſuccurritur,eſt tamen æquum,etiam illi imponi mitiorem pęnam,quã imponatur conuicto,& ibi dicit Do. Abb. ex mẽte Hoſt.ſed Philip.Dec.in d.c.at ſi clerici num.5.dicit quod confeſſus & conuictus,eadem pœna puniuntur,ſi tamen in lege,uel ſtatuto, pro delicto ſit certa & determinata pęna ſtatuta,ſecus ſi imponatur arbitrio iudicis,uel niſi lex determinate imponat mitiorem pœnã confeſſo quam Confeſſus an mitius puniatur q̃ conuictus. De eodem.
14 conuicto. ¶Imo dicit ibi do.Dec. quod aliquando mitior pœna imponitur conuicto,quam ei qui timore probationis confitetur,ut patet in iudicio inquiſitionis,vbi contra conuictum pęna mitigatur.c.inquiſitionis c.qualiter & quando de accuſ.& tamen confitenti in tali iudicio pęna ordinaria imponitur.ſecundum Inno.in d.c.qualiter & quando el 2.& ibi Abb.col.6.uerſi.circa hoc moueo dubium & idem Abb.in c.per inquiſitionem in fi.de ele.& eſt tex.no.in c.fi.de celeb.miſ.ubi etiã idem Abb. in vlt.no.ad idem eſt tex.in c.2.de confe Præpoſ.in c.non dicatis 12.q 1. dicit quod ideo imponitur minor pœna ibi in eo tex.confeſſo.quia agitur ibi de confeſſione.& conuictione,quæ fit præter formam iudicij,coram abbate uel priore,aut ſuperiore.uide Abb.in ca. de hoc extra de ſi-
15 mo. ¶Item eſt notandum quod non dicitur uere conuictus de delicto ille qui defecit in purgatione,ſed dicitur ficte conuictus.ſecundum Fel. in c.at ſi cleri.de iudi.2.col.uerſi.not.2. Vere conuictus qui dicatur.

Tormentis mox ſubiiciatur. Cap. 31.

SVMMARIVM.

1 Torturæ locus quando ſit.
2 Tortura ſæpe fallax, ideo non ſemper ei fides adhibenda.
3 Iudex maxime aduertat circa confeſſiones in tormentis.
4 Tortura adhibenda in ſubſidiũ probationum.& nu.5.
6 Clerici an poſſint torqueri?
7 Clerici an leuius quam laici ſint torquendi?
8 Iudex dicitur religioſus.
9 Modus & qualitas torquendi ſunt in iudicis arbitrio. & ſupra nu.7.
10 Confeſſio extraiudicialis an ſit ſufficiens inditium ad torturam?
11 Clerici torqueri an poſſint per laicos.
12 Teſtes uacillantes an poſſint torqueri?
13 Tortura an licite detur: Et quæ mala pariat?
14 Ignorantia iudicis eſt calamitas innocentis.
15 Confeſſio extraiudicialis quid operetur.
16 Clericus tortus pro uno delicto an de aliis poſſit interrogari?

Torturę locus quando ſit.
Tortura ſæpe fallax, ideo non ſemper ei fides adhibenda.

CVm ℭEnim iudices omni conamine, ueritatem criminum per teſtes, & alio quouiſmodo inueſtigare conati fuerint, et maluerint, ad quæſtiones licite deueni- 1
re poſſunt. per eas enim ueritas quãdoque facile reperitur. ℭQuanuis in eis falſitas etiam detegetur; exẽ- 2
plum eſt uidere de. M. Agrij argẽtarij ſeruo, qui alexãdrum Titi Flamini ſeruum occidiſſe inſimulatus eſt, eoque nomine tortus a domino, admiſiſſe id facinus cõſtantiſsime aſſeuerauit. itaque Fannio deditus ſupplicio affectus eſt paruulo deinde tpe interiecto, ille cuius de nece creditũ erat, domũ redijt & cõtra Fannij ſeruus Alexãder cũ in hanc ſuſpitionẽ. C. Fl. equitis Romani occiſi ueniſſet ſepties tortus, pernegauit ei ſe culpæ affinẽ fuiſſe. Itẽ Fuluio causã dicente, Philippus ſeruus eius, in quo tota quæſtio uitebatur, octies tortus, nullũ omnino uerbũ, quo dominus pſtrigeret, emiſit ut refert Val. Max. li. 8 c. 4. nimirũ ergo ſi Vlpianus iurecõſultus in l. 1. §. quæſtioni. ff. de quæſt. dixerit quæſtioni fidẽ nõ ſẽper, nec tamẽ nũquã habẽdũ cõſtitutionibus declaratũ, etenim res ẽ fragilis, & periculoſa. & quæ ueritatẽ fallat nam plerique paciẽtiã, ſiue duritia tormẽtorũ, ita tormẽta cõtẽnunt, ut exprimi ab eis ueritas nullo modo poſsit, alij tãta sũt impaciẽtia, ut in quo uis mẽtiri quã pati tormẽta uelint, et ita fit, ut etiã uario modo fateãtur. ut nõ

Iudex maxime aduertat circa cõfeſſiones in tormentis.
Tortura adhibetur in ſubſidiũ ꝓbationum.
De eodem.

tãtũ ſe uerũ etiã. alios criminẽtur. ℭQuãobrẽ iudices rogatos eſſe uolo, 3
ut Deũ præoculis habẽtes, ita ſe habeãt, in reorũ torturis et queſtionibus ut non niſi ueritatem conentur inueſtigare; quæ dixerint rei recte conſiderent, & an probabilia ſint & uero ſimilia; uel potius ſuſpecta uideãt inueſtigent quod quidem fieri poteſt uerificando, uel non uerificãdo ea
quæ confeſſata extiterint. ℭDixi etenim ſuperius iudices deuenire ad 4
quæſtiones reorũ, cum maluerint ueritatem habere per teſtes, aut alio quouis modo eo quia ad torturam non debet deueniri, niſi in ſubſidiũ, cum aliter ueritas haberi, nõ poſsit. l. edictũ. ff. de quæſt. & uoluit Abb.
in c. cum in contemplatione. ff. de reg. iur. ℭEt eſt aduertẽdum quod li- 5
cet in foro laicorum, ex quadam obſeruantia contrarium ſeruetur. ſecũdum Bal. in l. 1. C. de iu. iuran. ꝓpter calumniã dan. in fi. & in l. obſeruare. C. quo. appella. non recipia. in quibus locis laudat iudices torquẽtes reos, etiam habita ueritate per teſtes. & ſequitur Afflic. in cõſt. ſi damna clandeſtina, & communiter omnes criminaliſte. ſecundum Grana. in uocu primo quod quidem omnes admittunt, ne contingat per appellationẽ friuolam retardari exequutionem ſententiæ, tamen de iure canonico prima facie uidebatur contrarium dicendum, cum illa opinio, ſeu conſue-

Opi. Anc.

tudo, proceſſerit ex quodam iuris rigore, & in foro canonico æquitas ſeruanda ſit, tamen recte conſiderans, puto diſtinguendum. quod aut iudici conſtat in ueritate delictum fore commiſſum, & ob id ſententiam proferendam eſſe iuſtiſsimam, tamen per calumnioſam appellationem & ſubterfugia poſſet differri eius exequutio, & tunc puto quod bene faciet etiã iudex eccleſiaſticus hoc inconueniens euitare, torquendo reos, non obſtante quod ſint teſtibus conuicti, alias ſi dubitat, num uera ſint probata, & num ſententia proferenda eſſet iuſta, ſaltim in foro con

ſcientiæ

ſcientiæ ? tunc ſecus. moueor quia iudex tenetur nedum ipſe peccata uitare, ſed conari ne alij incidant. modo Beat. Thom. ſecunda ſecundæ q. lxix. art. 3. dicit quod duplici de cauſa contigit appellare, uno quidē modo cōfidentia iuſtę cauſæ, quia uidelicet iniuſte a iudice grauatur. & ſic licitum eſt appellare, hoc enim eſt prudenter euadere, unde habetur. 2. q. 6. (quod omnis oppreſſus libere ſacerdotum, ſi uoluerit appellet iudicium; & a nullo prohibeatur.) alio modo aliquis appellat cauſa afferendæ moræ, ne contra eum iuſta ſententia proferatur, & hoc eſt calumnioſe ſe defendere, quod non eſt licitum, immo illicitum. facit enim iniuriam. & iudici, cuius officium impedit; & aduerſario ſuo, cuius iuſtitiam quantum poteſt perturbat. cum ergo peccet eo caſu, ergo ad euitandum illud illicitum, & peccatum, poteſt iudex occurrere per tormentorum illationem, quod nota, quia alibi non inuenies. ℂ Non enim eſt dubitā- Clerici an poſsint torqueri?

6 dum, torqueri poſſe clericos ad indagandam ueritatem (adde Archid. in cap. circumcelliones 23. q. v.) ut habetur in ca. fraternitatis xij. q. ij. et ibi not. Præpoſ. & habetur in ca. cum in contemplatione de regu. iur. & ibi do. Abba. & habetur in cap. grauius extra depo. & in cap. i. de ſolu. et ꝑ Præpo. in cap. in ſumma. xlv. diſt. & ca. ſi. xxxv. diſt. & habetur ꝑ Feli. in cap. ueniens ij. col. ſi. nota. extra de teſti. dicit tamen quod clericus non torquetur etiam ex uno teſte de uiſu, niſi ſit infamatus de crimine ex dicto do. Abba. antiqui in cap. grauius extra depo. tamen Abb. iunior dicit illud dictum non eſſe ſemper uerum, ſed ſicut ex dicto unius teſtis de uiſu poterit ad torturam procedi contra laicum, ita poſsit contra clericum. & idem Feli in. ca. uniuerſitati extra de ſenten. excom. tenuit idem quod in cap. ueniens, & ita dicit per omnes Docto. teneri & in hoc nullam facio uim, poſtquam omnes uidentur cum hac opinione tranſire.

7 ℂ Dicit tamen dom. Abba. in cap. cum in cōtemplatione de reg. iur. quē ſequitur ſimpliciter Moder. Hiſpa. in prac. cano. num. 13. quod clerici nō ita acriter debent torqueri ſicut laici, & quod hoc ſit priuilegium clericorum. & hanc etiam opinionem ſequitur Præpoſ. in cap. illi qui. v. q. v. dicens non ualere conſuetudinem in contrarium & uidetur etiam idē tenere Archi. in d. c. illi qui. Ego autem dico quod quo ad torturam, nec in laicis, nec in clericis, datur a iure certus modus torquendi. ſed iudicis arbitrio relinquitur, & in laicis non permittitur tortura per noua genera tormentorum; ergo ſic erit clericis. quare dicendum eſt nullum ſpeciale eſſe in clericis quo ad modum, & qualitatem torturæ; ea igitur tortura, & eo genere tormenti quo torquentur laici debent torqueri clerici, nec obſtat quod tex. in c. illi qui dicat religioſus tortor. ℂ Quare iu- Clerici an leuius quā laici ſint torquendi? Op. d. Auc.

8 dex dicitur religioſus. ut habetur in tex. l. i. §. diuus ſeuerus ff. de quæſti. Iudex religioſus.

9 dicitur enim uir bonus, & ſacra res ſecundum Plato. lib. 7. ℂ Et quia per canones ſpecifice & determinate nō eſt dictū de qualitate & modo torquendi, recurrendum eſt ad tex. in l. quæſtionis modū. ff. de quæſtio. quatenus ibi decidatur eſſe commiſſum arbitrio iudicantis & ad tex. in l. de minore. §. tormenta. ff. eo. tit. ibi enim clare deciditur tormenta non eſſe habenda, quanta accuſator poſtulat, ſed ut moderatæ rationis temperamenta deſiderant. & hoc idem (ſi recte ponderetur.) uoluit dicere tex. in Modus & qualitas torquendi, ſūt in iudicis arbitrio.

d.c.illi qui in illis uerbis, religioſus tortor; uoluit enim dicere quod bonus & religioſus iudex debet arbitrari qualitatem & modum tormēto rum & ſi fortaſſe rectius ponderetur ille tex. probat oppoſitum eius. ad quod ponderatur per docto. in illis uerbis diuerſis cruciatibus, & ſic tortura clericorum non debet eſſe adeo leuis, ne corpus & mentem cruciet-ur, ſeu ut crucietur potius. ℭ Moder. Hiſpa. in practica ſua crim. cano. 10
dicit unum quod confeſsio extra iudicialis licet ſit ſufficiens inditium ad torturam reſpectu laicorum, non tamen erit reſpectu clericorum, et mouetur ex dicto Fely. in. c. de hoc de ſimo. col. 1. ſed ſalua pace, hoc nō dixit Fely. ſed benedicit, quod clericus non poteſt torqueri ex confeſsione

Do. Auctor cōtra Hiſp.

Torqueri an poſſint clerici per laicos.

extra iudiciali ſola; ſi non ſit diffamatus de delicto. tamē tam in clericis quam laicis confeſsio extra iudicialis ſemper facit inditium ſufficiēs ad torturam ſecundū Abba. in d.c. de hoc & in c. ſi quis de grad. 1 de purga. cano. uide quæ dicam infra. ℭ Similiter ponit in eadem practica, quod 11
clerici etiam de mandato Epiſcopi non poſſunt, neque debent torqueri per laicos & hoc ex doctrina Anto. & Anch. in. c. ut famæ. de ſenten. excō. ut ibi refert Abba. in. fi. dicas quod in cōtrarium eſt communis obſeruātia; & licet dicat do. Abb. in d.c. ut famæ, quod eſt mala cōſuetudo tamē Præpoſit. in. c. illi qui. 5. q. 5. dicit quod hæc conſuetudo eſt ſatis bona, & æqua & iuri conſona, quare ſi occurreret caſus in quo de iure deberet, clericus torqueri, ſi diceremus quod tunc non poſſet per laicum torqueri, eluderentur canones qui dicunt eos torquendos; & ſic etiā ueritas quandoque inueſtigari non poſſet. unde iſto caſu, licitum eſt fieri per laicum, & quod hoc ſit uerum etiam quo ad Deū, nec uerum ſit quod iudex eccleſiaſticus in hoc peccet patet. Deus enim pro peccato uituli conflatilis uolens punire peccantes, ſic Exod. 32. præcipit, per eos Moyſis (occidat unuſquiſque fratrem ſuum, & amicū, & proximū ſuum pro peccato uituli conflatilis) & tamen Moyſes & Deus per ſe poterant occidere, unde licet poteſtas occidendi, & uerberandi aut torquendi clericos reſideat in terris in perſonas prælatorum, nihilominus poſſunt licite id exequi per manus laicorum, nec laici dicentur tunc illud feciſſe, ſed potius prælati, quorum mādato id fit unde Beat. Tho. ſecunda ſecūdę q. 64. art. 3 quærens an liceat priuatæ perſonæ occidere peccatorem? dicit quod non licet niſi ex poteſtate, & mādato ſuperiorum, quia tunc non ipſe priuatæ perſonæ uidentur feciſſe, ſed ſuperiores, allegat Dion. 12. ca. cel. hiera. & Aug. in primo de ciuita. Dei qui dicit, quod non ipſe occidit qui miniſterium debet iubenti, ſicut adminiculum gladius utenti.

Dō. Auctor contra Hiſp. pract.

ℭ Vlterius quęrit 12
ſi teſtes uacillantes in teſtimonio, poſsint torqueri? & refert Bal. in ſua Margarita in uerbo clericus, tenere quod ſic, tamen dicit quod non putat id practicādum ob ſolam Bal. auctoritatem, ſed miror quod nō uiderit glo. in. c. illi qui 5. q. 5. hoc manifeſte tenentem, & ibi Præpo. qui dicit quod omnibus illis caſibus quibus teſtes uel propter infamiā, uel uacillationem poſſunt torqueri, omnibus illis caſibus poſſunt torqueri clerici ꝓducti in teſtes. & late dixi ſupra in uerbo teſtibus nominatis diligēter examinatis & uide glo. in c. quia iuxtá. §. præsbiteri 5. q. 6

Teſtes uacillantes an poſſint torqueri.

Dō. Auctor contra Hiſp.

ℭ De tortura 13
quidem belliſsime Auguſtinus lib. 19. cap. 6. de ciuitate Dei loquitur; dicens,

Tortura an licite detur.

cens,quid ipſa iuditia hominum de hominibus, quæ ciuitatibus etiã quã
libet pace manentibus,deeſſe non poſſunt qualia putamus eſſe quam
miſera,quam dolenda,quando quidem hi iudicant qui cõſcientias eorũ
de quibus iudicant cernere nequeunt? unde ſæpe coguntur tormentis in
nocentium teſtium,ad alienam cauſam pertinentem quærere ueritatem.
quid cum in ſua cauſa quiſq; torquetur, & cum quæritur utrũ ſit nocens
cruciatur,& innocens luit pro incerto ſcelere certiſsimas penas, nõ quia
14 illud commiſiſſe detegitur,ſed quia non commiſiſſe neſcitur. ¶ Ac per
hoc ignorantia iudicis plerumq; eſt calamitas innocentis, & quod eſt in
tollerabilius,magiſq; plangendum, rigandumq; ſi fieri poſſet fontibus
lachrimarum.cum propterea iudex torqueat accuſatũ ne occidat neſciẽs
innocentem.fit per ignorantiæ miſeriam, ut & tortum, & innocentem
occidat;quem ne innocentem occiderit torſerat. *Si* enim ſecundum iſto-
rum ſapientiam delegerit ex hac uita fugere, quam diutius illa ſuſtinere
tormenta,quod non commiſiſſe ſe dicit.quo damnato & occiſo utrum
nocentem an innocentem,iudex occiderit,adhuc neſcit,quem ne innocẽ
tem neſciens occideret,torſit,ac per hoc innocentem, & ut ſciret torſit,
& dum neſciret occidit.in his tenebris uitæ ſociabis,ſedebit iudex ille ſa
piens, an non audebit ſedebit ille plane, conſtringit enim eum, & ad
hoc officium pertrahit humana ſocietas, quam deſerere nephas ducit
hoc enim nephas eſſe non ducit,quod teſtes innocentes in cauſis torquẽ
tur alienis,quod hi qui arguuntur ui doloris plerũq; ſuperati, & de ſe
falſa confeſsi etiam puniuntur innocentes cum iam torti fuerint innocẽ
tes,quod & ſi non morte puniantur,in ipſis,uel ex ipſis tormentis plerũ
que moriuntur,quod aliquando ipſi qui arguunt humanæ ſocietati for-
taſſe ne crimina impunita ſint,prodeſſe cupientes,& mentientibus teſti-
bus reoq; ipſo contra tormenta durante immaniter nec fatente,probare
quod obijciunt non ualentes, quamuis uera obiecerint a iudice neſcien-
te damnantur hæc tot & tanta mala non deputat eſſe peccata.Nõ enim
hæc facit ſapiens iudex nocendi uoluntate, ſed neceſsitate neſciendi;&
tamen quia cogit humana ſocietas neceſsitate etiam iudicandi.Hęc eſt
ergo quam dicimus miſeria certe hominis,& ſi non malitia ſapientis an
uero neceſsitate neſciendi, atque iudicandi torqueat inſontes,punit in-
ſontes;& parũ eſt illi quod non eſt reus,ſi non ſit inſuper & beatus quã
to cõſideratius & homine dignius & hominem agnoſcit in iſta neceſsi-
tate eamq; miſeriam in ſe odit,& ſi pie ſapiat,clamat ad Deũ,de neceſsi
15 tatibus meis erue me domine. ¶ Quid operetur confeſsio extra iudicia-
lis,uide Rot.in deciſio. 82.in nouis ubi habetur quod ultra indicium ad
torturam operatur ad inducendum iuditium purgationis.Sed Felin.in
c.de hoc de ſimo.dicit quod in clerico non poteſt procedi ad torturã ex
confeſsione extraiudiciali.Sequitur Dec.in.c.at ſi clerici col. 11.uerſic.4.
limitatur.Et uoluit etiam ita Ber.chor.in tracta. de pu.con. in uerbo aut
16 confeſsionẽ in iure factam nu.9. ¶ Item eſt aduertendum quod nullo
modo clericus tortus pro uno delicto poteſt in tortura interrogari de
aliis delictis occultis,ſecundum Bermon,Cho.ubi ſupra nu. 11.

Ignorantia iudicis ẽ calamitas innocentis.

Confeſsio extra iudicialis quid operetur.

Tortus clericus p uno delicto,non põt de aliis interrogari.

Intro-

Introductio in tertiam partem. Cap. 32.

SVMMARIVM.

1 Tertia pars iudicialium in quo verſetur.
2 Iuridicialis conſtitutio in quo verſetur.
3 Iudices rectiſsime iudicent.

Tertia pars in quo conſiſtat.

Iuridicialis conſtitutio in quo verſetur.

TERTIA ℂ Et vltima pars iudicialium nuncupata, 1
in iuridiciali conſtitutione cõſiſtit, eſt enim iuridicialis
conſtitutio (ſecundum Cicero.lib.1. ad Heren.) cum
factum conuenit, ſed iure, an iniuria factum ſit, quæ-
ritur. ℂ Ea quidem tunc utimur, cũ audito acuſatore, 2
auditoq; poſtea defenſore, admiſsisque & diſcuſsis
omnibus, quæ ab ambobus fuerint propoſita; factũq;
taliter conſtet, ꝙ nihil aliud reſtet, niſi ut uideat, nũ iure, an iniuria factũ
ſit id de quo quæritꝰ ut ſic ad abſolutionem uel condẽdationẽ potius de
uenĩedum ſit. Ex ratione enim defẽſionis, & ex firmamẽto accuſationis,
iudicij quæſtio naſcit quam nos iudicationẽ appellamus. Eaq; cõſtituit.
(ſecundum Cicer.ubi ſupra) ex coniunctione firmamẽti, & rationis de-
fenſione ut dictum eſt. hoc modo, cum dicat Oreſtes ſe patris ulciſcendi
cauſa matrem occidiſſe: rectũ ne fuerit a filio ſine iudicio, Clytemneſtrã
occidi, nec ne? qua parte quid admonendum ſit quidve faciendum, ſa-
tis dixi, in uerbo Dei nomine inuocato. ℂ Et ultra ea quæ ibi dicta ſunt 3
attendant iudices, ut præ oculis ſemper habeant pulchra illa uerba quæ
Auguſtinus in libro de rectitudine catholicę conuerſationis dixit, iudi-
ces (inquit) etiam qui præeſtis, iuſtiſsime iudicate, nihil in iudicio iniu-
ſte agatis, nec munera ſuper innocentes accipiatis, non ad perſonam at
tendatis, nec res alienas rapaci fronte accipiatis & diripiatis, quia de ue-
ſtris quid uel ſuper noctem agatur neſcitis. pauperes uel aduenam nulla
tenus in iudicio opprimatis, timentes illud quod ueritas dicit. quia in
quo iudicio iudicaueritis, iudicamini, & qua menſura menſi fueritis, re-
metietur uobis caueте ſemper ne uobis Propheta dicat. ve qui poten-
tes eſtis in hoc mundo qui iuſtificatis impium pro muneribus, et iuſtitiã
iuſti auferatis ab eo. ne qui dicitis bonum malum, & malum bonũ labia
ueſtra loquuntur mendacia, manus ueſtrę plenę ſunt iniquitate, facta uo
bis ueritas in obliuionem, & iuſtitia fugit a uobis. His enim conſidera-
tis hilari fronte properate ad ſententiandum quid in iure ſentitis. præca
uentes ab his, quæ infra, in principio dicemus.

Iudices rectiſsime iudicent.

Et ſi confeſsi, aut conuicti ſint, condemnetur. Cap. 33.

SVMMARIVM.

1 Iudex conetur non committe-re quod punit.
2 Charondas, quia ſuam legem violauerat ſeipſum interfecit

Chriſtus

3 Chriſtus adulteram quare non condemnauit. Et quare.
4 Iudex malus an iudicandi poteſtatem habeat?
5 Sententia non eſt præcipitanda.
6 Recta extimatio dupliciter acquiritur.
7 Prætores cur deferebant ſecures cum uirgis alligatas?
8 Puniri æqualiter debeant necne ſanabilis, & inſanabilis, ac incorrigibilis?
9 Incorrigibilis, quibus confeſsionis uerbis arguatur.
10 Pœna cur imponatur?
11 Malefactores non puniens, graue committit peccatum.
12 Pæna ſanguinis cur iure canonum non permiſſa?
13 Pœna mortis iure canonum imponitur per ſeculares, eccleſiaſticorum mandato.
14 Pœna mortis, cuiuſcunque iudicis ultimum debet eſſe remedium.
15 Degradationis forma. Et degradatio duplex, verbalis, & actualis. & infra nu. 16. & 17.
18 Degradatio uerbalis an fieri poſsit contra abſentem.
19 Epiſcopus proprius in degradatione an cum cæteris enumeretur.
20 Epiſcopi in degradatione, an vt iudices interueniant.
21 Epiſcopis deficiẽtibus in degradatione, quid agendum?
22 Statutum faciens mentionem degradationis, qualiter intelligendum.
23 Degradatio actualis locum habeat in tribus caſibus.
24 Deponere ab ordine quid ſit.
25 Deponendus quis pro leuibus delictis non eſt.
26 Depoſitio in quibus criminibus locum habeat. & infra nu. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52.
37 Clericus homicida per ſententiam deponendus. & nu. 28.
42 Clericus forenſis Neapoli non poteſt celebrare abſque metropolitani licentia.
46 Depoſitio quid ſit, & an fiat, niſi iure caueatur. & numero ſequenti.
48 Iudicis arbitrio ſunt delicta depoſitione digna.
49 Clericus ſortilegus item adulator, & proditor deponitur. & nu. 50.
51 Clericus maledicus & ſchiſmaticus eſt deponendus. & nu. ſequenti.
53 Depoſitus incorrigibilis efficitur ſub poteſtate ſeculari.
54 Pœna mortis, ſecundum canones, eſt excommunicatio.
55 Pœna capulationis linguæ de iure canonico quæ.
56 Pœnarum diuerſa genera de iure canonico.
57 Pœna detruſionis in monaſterium an ſit capitalis?
58 Excommunicatio ſuccedit in locum relegationis.
59 Pœnæ aliæ de iure canonico.
60 Ius canonicum depoſitionis pęnam imponit quando ius ciuile mortem.
61 Clericus an caſu aliquo, legali pæna ſit puniendus?
62 Suſpenſio quid ſit. Et quotuplex.
63 Suſpenſionum ſpecies multæ. et nu. 64. 65
Suſpenſionis quę ſint interdicta. et infra nu. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75.

76 Suſpenſio in quibus criminibus locum habeat.
77 Suſpenſio differt a priuatione & depoſitione.
78 Suſpenſio, ſeu confinatio in dubio facta, perpetua uel temporalis, aut reuocata quando intelligatur. & infra nu. 79. 80. 81. 82, 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94.
95 Minor an minori pœna plectendus.
96 Suſpenſio, non præcedente monitione, an fiat.
97 Forma ſuſpenſionis.
98 Forma abſolutionis a ſuſpenſione.
99 Suſpenſionis ſententia a quo ꝓferenda.
100 Inquiſitio contra ſuſpenſum miniſtrantem ſacramenta qualiter fiat.
101 Suſpenſi an egeant abſolutione, poſt ſatisfactionem, & nume. 102.
103 Suſpenſus an teſtis eſſe poſsit.
104 Suſpenſio unde cauſari poſsit.
105 Differentia ſuſpenſionis propter infamiam, & propter crimen.
106 Suſpenſo a beneficio an, & quando debeatur aliqua ſubſtentatio, & infra, nu. 107. 108 109. 110.
111 Suſpenſus nulliter, fructus recuperat.
112 Pęna carceris an & qualiter imponenda? & infra 113.
114 Pœna, ut in ſeruitutem quis reducatur, ubi fundatur.
115 Pœna detruſionis in monaſterium quando locum habeat, & an commutari poſsit?
116 Pœna uerborum quando & quomodo imponenda.
117 Graduum conſideratio habenda eſt in pœnis. Et etiam ætatis infra nu. 118
119 Appellatio non permittitur a pęna uerborum.
120 Pęna exilij triplex. & infra nume. 121.
122 Epiſcopus an exilium poſsit reuocare. & infra nu. 163
123 Vicarius eandem iuriſdictionem habet cum Epiſcopo.
124 Epiſcopus, & Vicarius poſſunt in integrum reſtituere.
125 Epiſcopus infamiam remittere poteſt.
126 Pæna pecuniaria per quos eccleſiaſticos iudices imponenda. & infra nu. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136.
137 Non habens in ære, an luat in corpus de iure canonico?
138 Pęnæ plures pro eodem delicto iure canonico iponũtur.
139 Cenſuræ eccleſiaſticæ tres ſpecies.
140 Excommunicatio quando inferatur.
141 Excõmunicationis ſpecies duplex maior, & minor.
142 Excommunicatio maior an & quomodo uarietur.
143 Excommunicatio maior propter contumaciam.
144 Contumacia diuerſum ortum habet.
145 Excõicatio minor quos pariat effectus. & infra nu. 146.
147 Pęna minor an imponatur inquiſito, quam accuſato, & infra nu. 148
149 Iudex minuens pœnas iuris abſque cauſa, eſt infamis.
150 Minor ætas pęnam minuit.
151 Laicus rixans cum clerico, ſi ignoratur aggreſſor, in excõmunicationem incidit.

Deli-

152 Delictum ratione officij commiſſum, alleuiatur.
153 Pœna quomodo taxabitur in actione iniuriarum.
154 Pœnę aggrauantur clericis propter pœnas legales.
155 Clericus an leſe maieſtatis crimen committat?
156 Infamia per Epiſcopum an poſsit remitti?
157 Clericus alienæ diocœſis an puniatur in loco delicti?
158 Clericus exemptus an ratione delicti puniri poſsit?
159 Epiſcopus quando monachorum delicta corrigere poteſt.
160 Epiſcopus utrum ad penā ſibi applicādam cōdemnabit?
161 Faciens famoſos libellos, qua pœna puniendus?
162 Auctoritas ſupioris minuit nā.
163 Epiſcopus an poſsit exilium remittere? & ſupra nu. 122.
164 Epiſcopo ſupplicatur aduerſus ſententiam ſui vicarij.
165 Condemnatio ad certam pœnam, ſalua facultate minuendi, an fieri poſsit?
166 Sententia condēnatoria abſq; iudicis nomine, utrū ualeat?
167 Tumultuantes in eccleſia expelli poſſunt.
168 Clericus portans arma, peccat mortaliter.
169 Sententia, delicto ſuperueniente grauatur.
170 Deprehēſio qualis, remiſſiue
171 Suſpenſio ab officio, ſuſpenſio a beneficio.
172 Pœna pecuniaria ſoluta pro morte clerici, cui applicāda?
173 Pœna quando ipſo iure impoſita cenſetur.
174 Pœna per uerbum, omnino impoſita, per inferiorem an diſpenſetur?

1 AD condemnationis materiam deuenire uolens. ¶Illud præceteris conſiderent prælati, iudices, vicarij cuiusuis nominis officiales; ut quod punire ſatagunt, non ipſi committant. Ne in illud incidant, quod factitaſſe Marcum Licinium ſtolonum legitur; qui, cum lege ſanxiſſet, ne quis amplius, quàm quingenta agri iugera poſsideret, ipſe mille comparuit, diſsimulandique criminis gratia, dimidiam partem dedit filio emancipato, quam ob cauſam a M. Popilio lenate accuſatus, primus ſua lege cecidit, ac docuit nihil aliud præcipi debere, niſi quod prius quiſque ſibi imperauit, ut

Iudex conetur non cōmittere, qđ punit.

2 legitur apud Valer. Max. lib. viij. ca. vi ¶Nec immerito Charondas Tirriorū princeps, & legis lator, qui legē cauit, ne quis cum ferro in cōcionem prodiret, quòd ſi quis feciſſet, capitis pœna damnaretur. Interiecto deinde tempore, ex longinquo rure gladio accinctus, domum repetens, ſubito indicta concione, ſicut erat, in eam proceſsit, ab eoque qui proxime conſtiterat, ſolutæ a ſe legis ſuæ monitus, Idē (inquit) illam ſanciam, ac protinus ferro, quod habebat, diſtricto incubuit. ſecūdū Valer.

Charondas quia ſuæ legis uiolator ſeipſum interfecit.

3 Maxi. lib. vi. ca. v. de iuſtitia ¶Chriſtus enim dum adultera accuſaretur qui primus (inquit) immunis erit, in illam lapidē faciat, hinc Ambroſ. ſup beati immaculati, iudicet (inquit) ille, de alterius errore, qui nō habet in ſeipſo q̄ cōdēnet; iudicet ille, qui nō agit eadē, quę in alio putauit puniēda, ne cum alio iudicat, in ſe ferat ſententiam. Gregor. in grauibus (inquit pec-

Chriſtus adulterā non condēnauit, Et quare.

peccatis quis poſitus,dum ſuis premitur,aliena non diluit.& idem poſtu
latus iudicare Dominus de peccatrice,non ſtatim dedit iudiciũ,ſed prius
inclinans ſe deorſum,digito ſcribebat in terra,ac ſi demum quod obnixe
rogatur iudicat,nos uidelicet.typice inſtituẽs,vt cum quælibet proximo
rum errata conſpicimus,non hæc ante reprehendendo iudicemus,quam
ad conſcientiam noſtram humiliter reuerſi,digito eam diſcretionis ſoler
ter exculpemus,&quid in ea conditori placeat,quidue diſplicear,exami
natione dirimamus,iuſta illud Apoſtoli,fratres,& ſi præocccupatus fue
rit homo in aliquo delicto,&c.qui ſine peccato eſt ueſtrũ in primo uos le
gis iuſtitiam implete,& ſic innocentes manibus ad lapidandã ream cõ
currite.& Aug.ad quendam Comitem,ſacerdos(inquit)ut ſapiens medi
cus & perfectus,primum ſua peccata diluere ſciat,& poſtea aliena dete 4
gere,& ſanare,& non publicare.¶Sed Aduertendum eſt,quod licet hæc
quæ dicta ſunt,pro documento,ſummo opere debent conſiderari,& at-
tendi,non tamen debent uos mouere ad credendum, quod qui in pecca
to ſit , iuris dicendi poteſtate careat . Saul enim cum a domino eſſet re-
probatus,populum Dei nihilominus iudicabat,& eius iudicium uniuer-
ſus populus expetebat.item Dauid,cum eſſet adulter & homicida,inter
rogatus a Propheta,ſententiam in diuitem dedit,qui ouem pauperis ra-
puit , dicens , iudicium mortis eſt uiro huic.Item Salamon cum amore
mulierculæ , Deos geutilium coleret, tamen uniuerſa plebs Iſraelitica ad
eius iudicia confluebat , ſic & Achab quamuis coleret Baal,tamen decẽ
tribus iudicabat & multa alia exempla ſunt tã in ueteri, quam nouo te
ſtamento,ex quibus,liquide conſtat,non ex his poſſe eorum iudiciũ ſub
terfugi. ut habetur.iij.q.vij.per totam.¶Cæterum hortor uos , ad pœ-
narum impoſitionem,non celeres,ſed tardi ſitis. Dominus enim omnipo
tens,ut nos a præcipitate,ſententiæ prolatione,compeſceret,cum omnia
nuda & aperta ſint occulis eius mala tamen Sodomæ uoluit a udita iudi
care,priuſquam manifeſte agnoſceret. Gen.xv.iij.deſcendam et uidebo
&c .cuius exemplo monemur nec ad proferendã ſententiam,unde quã
præcipites ſimus,aut temere,& intelligenter indiſcuſſa,quæque quoquo
modo iudicemus , dicente ueritatis uoce , nolite iudicare. Et licet pluri-
bus rationibus & ſimilibus conetur Plato in lib.xx.de temperãtia oſtẽ
dere non quod tardum,ſed quod uelox.maxime eſſe pulcherimum et ẽt
uideatur ſolertiam eſſe partem prudentiæ,& ex conſequenti bonum &
laudabile ſit non vt ego dixi) tarde p rocedere , ſed ſolerter & uelociter
nihilominus dicit Beat.Thom.ſecũda ſecundæ q.xlix.art.iiij.quod pru-
dentia eſt , rectam extimationem habere de operandis.¶Recta autem 6
extimatio,ſiue opinio,acquiritur i operatiuis,ſicut in ſpeculatiuis dupli
citer,uno modo per ſe inueniendo , alio modo,ab alio adiſcendo , ſicut
autem docilitas adhoc pertinet.vt homo bene ſe habeat in acquirendo
rectam opinionem,ſeu extimationem per ſe ipſum,ita tamen ut ſolertia
accipiatur,pro euſtochia,cuius eſt pars,nam euſtochia, eſt bene cõiectu
ratiua,de quibuſcunque,ſolertia, autem eſt facilis & prompta coniectu
ratio circa inuentionem medij.vt dicitur primo poſteriorum,tamen ille
Philoſphus,qui ponit ſolertiam partem prudentię.accipit eam commu
niter

Iudex etiã malus iudicandi poteſtate nõ caret.

Sententia non eſt præcipitanda.

Recta extimatio dupliciter acquiritur.

niter pro omni euſtochia: vnde dicit (Solertia eſt habitus qui proueniſ
ex repētino, inueniens quod cōgruit) Item Philoſophus. vi. Ethi. ad oſtē-
dendum quod eubolia quę eſt bene conſiliatiua, non eſt euſtochia. cu-
ius laus eſt in veloci conſideratione eius, quod oportet: poteſt autem eſſe
aliquis bene conſiliatiuus; & ſi diutius conſilietur, vel tardius, nec tamen
propter hoc excluditur quin bona coniecturatio ad bene conſiliandum
valeat, & quandoque neceſſaria ſit, quando. ſ. ex improuiſo occurreret
aliquid ad agendum. & ſic prudentiæ pars eſt ſolertia, & tamen non pro
pter hoc excluditur, quod bonum ſit tarde conſiliari, uel tarde determina
re. & ſic non peccant iudices, qui tardi ſunt ad expediendum cauſas, dum
7 modo hoc faciant, ut bene decidant, & non malo animo. ¶ Inquit enim
Plutarchus in vita Bruti, ꝙ prætores Rom. non alia rōne deferebāt ſecu
res cū uirgis pluribus admodū fortiter ligatas adinuicem: niſi ut ſignifica
rēt, magiſtratus non debere impetuoſe & properanter ad punitionē pro
cedere in ea. n. mora quæ neceſſaria erat in diſſoluendis virgis a ferro, ſi
gnificabat conſiderationem quā debeat hēre iudex in ferendis ſentētijs.

Prętores cur deferebat ſecures cum uirgis alligatas.

8 ¶ Illud etiam cōſideretis, quod pulchris uerbis inquit Plato in dialogo. 5
de legi. miſereri autem (inquit) decet eorum qui ſanabiles ſūt. & cohibe
re iram, ne aduerſus eos muliebri iracundiæ feruore animus efferatur, du
riusq; inſiſtat. Qui autem ita ſunt flagitioſi ut incurrabiles ſint; eis ira ue-
hemens immittenda & paulo inferius nam exactiſsima (inquit) purifica
tio, quemadmodum medicina quæ ualidior corporibus adhibetur, dolo
ris plena eſt: cum ultione iuſta pœnam infert morte peccantem aut exi
lio damnans eos enim, qui maxima peccata patrarūt, ſi inſanabiles ſint,
quoniam ciuitati maxima noceant, remouere omnino ſolet. mitior uero
purgatio huiuſmodi nobis eſt. & ſic multum cōſiderandum eſt, (vt ex
his uerbis patet) an incorrigibilis quæ ſit, an uero corrigibilis. & quomo
do ad delictum quis prorupeit, & cuius uitæ ante fuerit & qua duritia
& malitia deliquit: nam durius eſt peccatum puniendum propter duri-
9 tiem. ſecundum Archi. in c. ſunt nonnulli 46. diſtin. ¶ Ideoque dixi alias
quod cum quidam clericus confiteretur delictū ſe commiſiſſe, hoc adie-
cto, quod ſi non commiſiſſet: de nouo committeret. quod ex hac eius du
ritie, argueretur eius incorrigibilitas, & ſic debere acrius puniri. ſecun-
dum Feli. in c. rodulfus 25. col. extra de reſcrip. & dixi in pract. mea cri.

Puniri non debet ęqualiter ſanabilis & inſanabilis.

Incorrigibilis ex cōfeſsione arguitur.

10 laicorum in prima parte tertiæ partis in fi. ¶ Pœnis uero maligni uexan
tur (inquit plato in dialo. 12. de legi.) nō quia peccauerunt: nam quod fa
ctum eſt, infectum eſſe non poteſt, ſed ut poſt hac & peccatores ipſis, &
qui puniri iniquitates uiderunt, iniuſtitiam oderint, aut ſaltem minus in
ſimili uitio, peccent quorum omnium gratia, ut ad hæc leges reſpiciant
& boni ſagittarii ſimiles, ad hoc ſignum tendat, punitionis magnitudi
nem in ſinguiis, & quod dignum eſt: conſiderantes. id ipſum iudicem le-
gumlatoris miniſtrum facere decet, cum à lege ſibi committitur, ut ipſe

Pœna cur imponatur.

11 ſtatuat, quid dare patiue damnatum oporteat. ¶ Illud etiam rogo con
ſideretis (vos eccleſiaſtici iudices) ut non putetis Deo placere, delicta
in alta dimittere, & ſub ſpecie religionis & charitatis delinquentes di-
mittere, potius enim peccatum grande committitis; nam qui parcit ma
lis

Peccatū eſt miſere qui malefactores non punit.

lis, bonos offendit.ſecundum Archi.in.c.ſed illud 45.diſtinctio.nam inquit Aug.ſi ea de quibus uehementer Deus offenditur, in ſequi uel ulciſci differimus, ad iraſcendum utiq; diuinitatis patientiam prouocamus. Non ne Achor filius Saræ preteriijt mandatum domini? et ſuper omnem populum iſrael ira eius,incubuit? & erat ille unus homo, atque utinã ſolus perijſſet in ſcelere ſuo.Hinc Gregor.Brunichildeæ reginæ francorum ſcribens,inquit,ſi quos igitur uiolentos, ſi quos adulteros, ſi quos fures, uel alijs prauis actibus ſtudere cognoſcitis, Deum deorum correctione placare feſtinate,ut per uos flagellum perfidarum gentium quod (quantum uidemus)ad multarum nationem uindictam excitatum eſt,non inducat ne ſi (quod non credimus) diuinæ ultionis iracundia ſceleratorũ fuerit actione commota belli peſtis interimat,quos delinquentes ad rectitudinis uiam Dei præcepta non reuocant.ut habetur 23.q.4.c.ſi quos & Auguſtinus contra Fauſtum.quid crudele(inquit) Moyſes mãdauit, aut fecit,cum commiſſum ſibi populum ſancte zelans,uiuo & unico uero Deo ſubditum cupiens,poſteaquam cognouit ad fabricandum,et colendum idolum defluxiſſe,menteque impudicã proſtituiſſe demonibus in paucos eorum uindicans gladio,quos Deus ipſe quem offenderãt alto & ſecreto iudicio feriendos uoluiſſet mox feriri, & in præſenti ſalubriter terruit,& diſciplinam in poſterum ſanxit Nam eum nulla credulitate,ſed magna dilectione feciſſe quod fecit, quis non in uerbis agnoſcat orantis pro peccatis eorum, & dicētis ſi dimittis illis peccatum, dimitte, ſin autem dele me de libro uitæ? ſic plane & Apoſtolus non crudeliter, ſed amicabiliter tradidit hominem ſathanæ,in interitum carnis,ut ſpiritus eius ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſus Chriſti,tradidit & alios ut diſcerent non blaſphemare & habetur in.c.quid crudele.23.q.4.ſic itaque uigilanter attendite,ut delicta cohibeantur,facinoroſi puniantur,& cæteri pœnarum metu terreantur, ſcientes hoc Deo placere.inquit.n. Beat.tho.ſecunda ſecundæ,q.64.art.2.quod ſicut licitum eſt occidere animalia bruta in quãtum ordinantur naturaliter ad hominum uſum, ſicut imperfectum ordinatur ad perfectum,omnis autē pars ordinatur ad totum,ut imperfectum ad perfectũ,et ideo omnis pars naturaliter eſt propter totum,& propter hoc uidemus quod ſi saluti totius corporis humani,expediat præciſio alicuius membri,puta,cum eſt putridum, uel corruptiuum aliorum membrorum,laudabiliter & ſalubriter abſcinditur.quęlibet autem perſona ſingularis comparatur ad totam communitatem ſicut pars ad totum,& ideo ſi aliquis homo,ſit periculoſus communitati & corruptiuus ipſius propter aliquod peccatum,laudabiliter & ſalubriter occiditur,ut bonum commune conſeruetur. ¶Cur ergo iure canonum,nõ permittatur pœna ſanguinis,& mortis naturalis? ut in cap.in archiepiſcopatu extra de rapt.& ibi per docto.cum contrarium uidetur teneri per Sanct.Thom.uidelicet quod talis pœna ſanguinis licite poſſit imponi(ut ſupra dixi)dicendum eſt.ſecundum eundem Bea.Thom.ubi ſupra art.4.quod non licet clericis & prælatis talem pœnam imponere, duplici ratione,prima quidem quia ſunt electi ad altaris miniſterium,in quo repræſentatur paſsio Chriſti occiſi, qui cum percuteretur, non repercu- 12

Pœna ſanguinis cur iure canonum nõ permiſſa.

percutiebat.ut dicitur 1.Pet.2.& ideo non competit, ut clerici ſint percuſſores,aut occiſores,debent enim miniſtri ſuum dominum imitari, ſecundum illud Ezechie.(ſecundum iudicem populi ſic & miniſtri eius) alia. & 2. ratio eſt; quia clericis committitur miniſterium legis nouæ, in qua non determinatur pæna occiſionis, uel mutilationis corporalis, & ideo ut ſint idonei miniſtri noui teſtamenti debent a talibus abſtinere. dicit tamen quod prælati eccleſiaſtici accipiunt officia principum terrę nō ut ipſi exerceant pænam ſanguinis,ſed alij eorum auctoritate exerceant ut etiam d.c.in archiepiſcopatu,dum dicit quod ſi grauis exceſſus dabit̃ quod requirat pænam ſanguinis,iudices,ſeculares mandato eccleſiaſtici

13 exequunt̃. ¶ Et ideo dixit Inno.in.c.qualiter & quando el.2.de accuſa. quod licet iure canonum. pæna corporalis mortis non imponatur imponitur tamen quædam pœna quæ eſt ſimilis eis, nam traditur reus iudici ſeculari eo degradato,ut puniatur. De eodem.

14 Canones enim rectiſsime procedunt non imponendo mortis pœnā ſtatim; nam impoſitio pœnarum mortis, & capitalium debet eſſe ultimū cuiuslibet nedum eccleſiaſtici, ſed ſecularis remedium.cum primo congreſſu debet deuios ad uiam reuocare,& reducere nunc minaciter terrendo; nunc uerberando, nunc incarcerādo & cæteris leuioribus remedijs. Ita quod ad mortem properare non debet,niſi cum alia remedia ſint cōſumpta,ſecundum Io.Fab.in.l.1.C.de ſum.tri.quæ etiam in inſti.de iuſt. & iure dicit Iuſtinianum hoc clare demonſtraſſe per ſituationem illius tituli.de pub.iud.in fine uoluminis. Aeternū.enim diuinæ iuſtitiæ, & proprium ſacris memoratur litteris,ſemper extitiſſe,reuocare peccatores ad uitam uia ac ordine triplici, uocibus præconum & uatum; ideſt prędicatorum largitate quoque beneficia,flagello denique(ſi duo priora nō corrigant (quod clare etiam Vlpianus edixit in.l.1.ff.de iuſt.& iur.ibi bonos nō ſolum metu pęnarū,uerum pręmiorū,quoque exhortatione efficere cupientes.ſic quoque ſeruant canones pro ultimo enim remedio, reum morte naturali puniendum tradunt ſeculari iudici; eo prius degra- Pæna mortis ultimū remedium.

15 dato. ¶ Forma autem degradationis erit, ut ſi degradandus ſacerdos in ſacris cōnſtitutus, requiritur quod in eius degradatione interueniant ſex Epiſcopi,ſi uero Epiſcopus ſit degradandus,requiruntur duodecim Epiſcopi,in degradatione uero diaconi uel ſubdiaconi, requirūtur tres Epiſcopi,in clericis uero in minoribus cōſtitutis,ſufficit ſolus Epiſcopus proprius ſecundum Abba.in c.nō poteſt, & ibi etiam glo.de re.iud.& glo. in c.1.in uerſi.canonibus de heret.lib.6.in crimine autem hereſis ſolus proprius Epiſcopus ſufficit, conuocatis abbatibus,pręlatis & alijs litteratis de ſua dioceſi, ut eſt tex.in cap.1.de here.lib.vi. ¶ Item eſt aduer- Degradationis forma, qualis.

16 tendum,quod dictus numerus Epiſcoporum requiritur in uerbali degradatione.ſed reali & actuali non requiritur.ita uoluit Maran. in ſuo ſpecu.aureo.in.xi.diſtin.in uerbo aliud ſeculare, & aliud eccleſiaſticum(ſecundum ordinem meum num.46.)qui allegat doctri.Feli.in.d.ca.nō poteſt de re.iudi.& ibi etiam Abba.Domi.a ſanct.Gemi.& Ancha.in c.ij. de pæn.in vi.plene tangunt materiam,& in effectu concludunt, quod aut ſit degradatio uerbalis,ad effectum perueniendi ad degradationem De eodem.

actualem;

actualem, & tunc quando fertur ſententia degradationis uerbalis,& declaratur perueniendum eſſe ad actualem degradationē & eo caſu requiritur dictus numerus Epiſcoporum in ipſa uerbali,in reali & actuali nō requiritur ,quia tunc exequutioni demandatur illa uerbalis,nimirum ergo ſi non requiritur Epiſcoporum numerus in ipſa actuali.ſi uero fit degradatio uerbalis,non ad effectum perueniendi ad actualem degradationem,& eo caſu de generali conſuetudine ſolus Epiſcopus per ſe, aut officiales ſuos,poteſt,nō aliter interueniente dicto Epiſcoporum numero degradare , punire , & deponere . & pro hac generali conſuetudine dicunt facere tex. in ca.atſi clerici de iudi.& cap.cum non ab homine de

De eodem. fo.compe.& c.poſtulaſti de here. ¶Interueniente autem dicto numero 17 Epiſcoporum,quando prætenditur perueniri ad actualem degradationem,fertur ſententia degradationis cuius forma deſcribitur ad longum per Guliel Bene.in rep.c.rainuntius in proceſſu præuentionali in effectu declarando delicta commiſſa,& probationes.demū ſubditur.Idcirco nos autoritate dei omnipotentis patris,& filij,& ſpiritusſancti,& noſtra te præfatum T.omni huiuſmodi officio & beneficio eccleſiaſtico. ſententialiter,& perpetuo in his ſcriptis priuamus, teque ab illis uerbo deponimus,& pronunciamus realiter & actualiter, ſecundum traditionem canonum,te fore deponendum,& degradandum,hanc noſtrā ſententiam in his ſcriptis proferentes more maiorum,pro tribunali ſedentes.demum ſubſcribantur omnes Epiſcopi , & tam in uerbali quam in actuali debeat intereſſe reus.& quando actualiter degradatur . tunc in platea publica,præparato catafalco ordinantur duo ſcanna, unū uidelicet a parte dextera,pro Domino Epiſcopo & eius uicario,& aliud a parte ſiniſtra,pro dominis iuſtitiæ ſecularis,& ante ſcannum dictorū Epiſcopi & uicarij,apponitur tabula ad modum altaris munita,& decenter parata ueſtibus presbiteralibus,libris euangeliorum,candelabris cum candelis extinctis.cum calice cū patena,& deſuper hoſtia appoſita duabus canetis uino,& aqua repletis;& tunc Epiſcopus & uicarius ueſtibus pontificalibus induti, aſportato reo in eorū præſentiā mandatur indui ueſtibus presbiteralibus,& ſacerdotalibus, cū quibus miſſa celebratur, ante altare prædictū & eo ſic induto,incōtinenti corā omni populo dicti Epiſcopus,& uicarius alta uoce declarant & exponunt qualiter dictus reus cōmiſit tale,& tale delictū.quo facto prædictā ſnīam uerbalis degradationis,realiter exequendo remouent illi omnia inſignia , & ornamenta ſibi dum fuit ordinatus collata incipiendo ab ultimis, ordine mutato,dicendo dicto reo calicem cū patena , & hoſtia ſuprapoſita in ſuis manibus tenenti ipſum calicē ſibi fuiſſe traditum in ſignū miniſterij paſſionis Chriſti,poteſtatemque fuiſſe eidem collatā gratiam, & illuſtratione ſancti ſpiritus,ad reſiſtendum diabolo & operibus ſuis,audiendum confeſſiones fidelium,abſoluendum,& remittendum peccata confitentiū,offerendum ſacrificium deo tam pro uiuis quam defunctis. ſed quia Chriſtus dixit ex præcepto nō occides,& iuſſit homicidas a ſuo altari euelli,& quia contra præceptum decalogi & Dei ac determinationē ſanctæ matris eccleſiæ occiderat proprijs manibus T.Merito a celebratione

lebratione miſſarum tam pro uiuis quam defunctis amotam eſſe oſten dant & poteſtatem audiendi confeſsiones abſoluendi, & remittendi pec cata ſibi auferant: Similiter dicendo uerba. Auferimus de manibus tuis calicem cum patena, & hoſtia ſuprapoſita, tanquam indignus a parti cipatione tanti ſacramenti. Item declarēt eidem reo in unctione manuū, poteſtatem ſibi collatam fuiſſe conſiderandi, & benedicēdi qua poteſta te priuatum eſſe pariter oſtendant, abradendo illi quatuor digitos in un ctos ſiue conſecratos cum certo fruſtro uitri leuiter, & abſque ſanguinis effuſione. Item & caſulam ueſtem ſacerdotalem & ſalutis, per quam ra dix omnium uirtutum deſignatur, pariter dicat eidē reo conceſſam fuiſ ſe: attamen quia ſuadente diabolo charitatem a ſe abiecerat, & ingratū erga. T. ſe reddidit, eum contra omnem charitatem occidendo merito di cta ueſte ipſum expoliabant & denudabant. Item pariter libro euange liorum ipſum priuent, dicendo per hæc uerba, quia fuiſti ordinatus ad ſa cros ordines diaconatus, & ſubdiaconatus, & in illa collatione fuit ſibi data poteſtas legendi euāgelia, & epiſtolas in eccleſia ſancta Dei, in qui bus continentur præcepta & mandata legis noſtræ nouæ, & antiquæ. Sed quia illa quæ cantaſti, & legiſti, non reddidiſti & minus opere adim pleuiſti. imo ſeruiendo diabolo, homicidium perpetraſti, merito illa po teſtate te priuatum fore declaramus. & librum euangeliorum & epiſto larum tollimus, & amouemus, quia id non competit niſi dignis. Itē ue niendo ad ſtolam & illam accipiendo, & in manibus ſuis tenendo, dicāt illā ſtolā candidā & immaculatā eidem reo fuiſſe traditam, ut adimple ret officium ſibi iniunctum, ſed quia iugū domini per dictā ſtolam ſigna tum, turpiter abiecerat, ideo eandem ſtolam ab eodem amouebant, & ipſum inhabilem reddebant ad omne ſacerdotale officium exercendū Item remota ſtola dicant eidem reo fuiſſe traditum manipulū, per quē deſignatur fructus omnium bonorum operum, quæ per manus exercē tur, ſed quia ipſe reus manibus ſuis proprijs execrabile homicidiū com miſerat, quare merito, indignum ad deferendum manipulum ſe conſti tuerat. Ideo illum ſibi amouebant. Item pariter dicant albam fuiſſe ſibi traditā pro puritate denotanda, tanquam a lubrico & puritatis inimi co, idcirco auferant. Item declarent amictum, per quem deſignatur caſti gatio uocis ad malum fuiſſe traditum ipſi reo, uerum tamen quia non caſtigauerat ſuam uocē, ideo illum ab eodem reo tanquā indigno aufe rant. demum generaliter auferant poteſtatē intrandi ſacrariū tangendi pallas, uaſa, & alia indumenta ſacra, auferendo de manibus dicti rei duo candelabra ibidem aſportata, & claues pro clauibus eccleſiæ reputatas, amotis ulterius a dicto reo omnibus habitibus & indumentis præsbite ralibus ſupra deſcriptis & ipſo reo ſupellicio duntaxat induto adhuc exiſtente, Epiſcopo ſuā exequutionē continuante, ſuaque dirigendo uer ba ad dictū reū ſic dicatur. T. quia abiecisti ignominiam ſecularis habi tus, & coronā in tuo capite, quod eſt regale ſignum ſacerdotij, recepiſti, ob quam cauſam in ſortem Domini, fuiſti electus & ſucceſsiue ad ordi nem presbiteratus aſſumptus, ſed quia nō obſeruaſti ſanctitatē, iuſtitiā, & minus charitatem, ideo authoritate Dei omnipotētis, patris & filij &

ſpiritus

ſpiritus ſancti,& noſtrā auferimus a te habitum clericalem,& nudamus
te religionis ornatu,atque deponimus degradamus,& exuimus te omni
ordine priuilegio,& beneficio clericali,& tanquam a profesſione cleri-
cali,indignum reddimus te in ignominiam & ſeruitutem habitus,& ſta
tus ſecularis,& ſic expoliatur ſuper pellicio,& demum cum forpicibus,
Epiſcopus abradere debet aliquos pilos,de capite rei,& demū barbitō
ſor abradendo debet continuare,& Epiſcopus dicat,te uelut ingratū fi-
lium a ſorte domini,ad quem uocatus fueras,abijcimus & coronam tui
capitis regale quidem ſignum ſacerdotij de tuo capite amouemus, pro-
pter tui regiminis prauitatem.& hanc formam degradationis ponit Ar
chid.in c.epiſcopus.xi.q.3.& ibi Præpoſi.& illo tunc incontinenti, exui
tur reus ueſte clericali,& quadam alia ueſte laicali crocei coloris indui-
tur,& tūc Epiſcopus uertit ſe ad dominos iuſtitiæ temporalis dicens,do
mini iudices,rogamus uos cum omni affectu quo poſſumus , ut amore
Dei,pietatis & miſericordiæ intuitu,ut noſtri interuentu miſerrimo huic
nullum mortis uel mutilationis periculum inferatis . & ſtatim capitur
reus a miniſtris ſecularis iuſtitiæ a dicto loco ſeparatur.

Degradatio uerbalis an poſſit fieri contra abſētem.

Epiſcopi ſi deficient in degradatione quid faciendum.

¶An uerbalis degradatio poſſit fieri contra abſentem? Dom.de ſancto 18
Geminia in c.2.de pœn.in 6.dicit ſi quis eſt abſens per contumaciā,po-
teſt fieri c.ueritatis de dol.& contu.¶Nunquid proprius epiſcopus cō 19
numeretur in numero ſex Epiſcoporum,qui debent interuenire. Dom.
de ſancto Geminia.ibidem dicit quod non, ſed dempto ipſo debent eſſe
ſex Epiſcopi.¶Vtrum illi ſex Epiſcopi,debeant interuenire ut iudicent, 20
uel ut ſimpliciter aſsiſtant,ut aſſeſſores? Domini.& Anchar. ibidem di-
cunt quod debent aſſiſtere ut iudices,adeo quod omnes debent ſubſcri-
bere ſententiam.¶Quid enim erit faciendum ſi non poſſet haberi nu- 21
merus Epiſcoporum? Domini.a ſanct.Gemin.ibidem dicit quod poteſt
procedi ad degradationem uerbalem tantum quod idē erit & ſequitur
Ancha.¶Quid ſi ſtatutum ſimpliciter faciat mentionem degradationis 22
qualiter debet intelligi? dicit Domi.ibidem,quod uerbum iſtud degra-
dationis in genere ſumptum,poteſt comprehendere degradationem &
depoſitionem,& ſic ſtatutum illud,debet intelligi de depoſitione, & ſic

Degradatio actualis locum habet in tribus caſibus.

ſumi in mitiorem partem,ut regu.in pœnis.de regu.iur.¶Sed in quibus 23
caſibus habeat locum degradatio actualis.glo.in c. ad abolendam de
here.in uerbo relinquatur.dicit quod degradatio habet locum ſolum in
tribus caſibus primo,in hereſi per d.c.ad abolendam,ſecundo , in falſa-
rio literarum apoſtolicarum c.ad falſariorum extra de cri.fal.Tertio,in
faciente coniuratione contra Epiſcopum.c.ſi quis ſacerdotum.xi.q.1.in
alijs autem caſibus non debet pro aliquo crimine degradari,licet trada-
tur curiæ ſeculari quādo eſt incorrigibilis.c.cum non ab homine de ſen.
excom.nam tunc primo criminoſus debet deponi,& ſi eſt incorrigibilis,
debet excommunicari,& ſi etiam tunc perſeueraret in ſua incorrigibili-
tate debet anatematizari,& ſi etiā tunc ſit incorrigibilis relinquitur cu-
riæ ſeculari,& hanc Gloſ.ſequitur Dom. Anto.in.c.at ſi clerici de iud. di
cens quod quantumcunque iura dicant de degradatione ,debēt intelligi
de depoſitione uerbali uel de incorrigibili. ſed contrariam opinionem
tenuit

tenuit Ancha.in ca.ea quæ de reg.iur.quã refert & defendit Panor.in c.
at ſi clerici de iudi dicentes in effectu,quod quando homicidium eſt qua
lificatum:tunc clericus homicida eſt degradandus,& curiæ ſeculari tra-
dendus,& ponunt plura exempla primo,in eo qui interfecit ſacerdotem
proditorie cum ſpoliatione bonorum. *Secundo*, in committente parrici-
dium. *Tertio*,in eo qui eccleſiam incendit. *Quarto*, in eo qui eccleſiam
rebus deputatis ad ſeruitium diuinum expoliat. *Quinto*,in eo qui ordi-
nauit prodere patriam. *Sexto*,in eo qui occidit per aſſaſsinatum. *Septi-
mo*,in eo qui committit plura homicidia,uel latrocinia,uel falſitates uel
crimina plura atrocia. tales enim ſecundum eum, ſunt per Epiſcopum
degradandi, & tradendi curiæ ſeculari: concludentes quod in iſtis gra-
uiſsimis delictis non uidetur uendicare ſibi locum.c.cum nõ ab homine
nec communis theorica docto.ut ſufficiat ſola depoſitio.& pro hac opi-
nione plures cotas & rationes allegat Guliel.de bene.in repe.c.rainun-
cius. in queſtione de homicidio. ubi latiſsime proſequitur, adducendo
etiam omnes tenentes contrariam opinionem,& rationes eorum,tandẽ
ſequitur dictam opinionem Ancha.quã dicit ſequi per Pano. Ana.Bar.
Socc.Angel.de male.& ibi Aug.& Felin.in c.at ſi clerici de iudi.& Phi-
lipp.Dec.& plures alios,& pro hac ſua opinione fuit determinatum,ui
de eum in contingentia facti.& opinionem Anch.ſequitur,& dicit ueriſ-
ſimam Nico.Boer.in deciſio.69.num.16.prima parte.& ita dicit pluries
fuiſſe iudicatum.Ioan.Bernar.Diaz.in ſua practi.in uerbo parricidæ quę
dicit opinio.Ancha. poſſe habere locum in clericis primæ tonſuræ tantũ
at non in ſacris conſtitutis, ſed hęc ſua opinio quam ueridica ſit, ex di-
ctis docto.patet. Adde quod in concilio colonienſi in c.9.ſtatutum eſt,
quod clericus pro grauiſsimis delictis degradatur. Ego tamen ſi delicta Opi.d.Au.
ſint adeo qualificata, & enormia, ut potius induceretur ſcandalum &
malum exemplum,ſi non punirentur atroci pœna mortis,quã aliud eſ-
ſem uoti procedi debere ad actualem degradationẽ,ut ſupra & hoc præ
cipue ex dicto Beat.Tho.ſecunda ſecundæ.q 64.art.2.inquantum cõclu
dit quod ſalubriter,& laudabiliter homo occiditur,ut bonum commune
cõſeruetur. nam ſicut malum eſt occidere hominem bonum, ita bonum
eſt occidere hominem peccatorem,ſicut occidere beſtiã, peior enim eſt
malus homo quã beſtia:& pluribus nocet & licet clericis & pręlatis ſic
cauſa ſanguinis interdicta,nihilominus ubi caſus eueniet poſſunt p alios
eorum auctoritate occidere, & recte faciunt ut per eundem art.4.in
24 fine & habetur 23.q.5. per totam. ¶Eſt tamen ſciendum quod depone
25 re ab ordine idem eſt quod degradare.c. ſacerdos.81.diſtin. ¶Item eſt Deponere ab ordine quid.
ſciendum, quod pro leuibus delictis, non eſt quis deponendus:ſecundũ
Abba.in c.tuæ de pœn. pro grauibus uero deponitur. ut ibi per Feli.in Depoſitio in quibus criminibus habeat locum.
26 c.at ſi clerici de iudi.in prin.col.pe. ¶Quæ autem ſint crimina, pro qui
bus habeat locum depoſitio? dicas quod plura ſunt crimina, & primo
poteſt deponi clericus frequentans ſolus domos matronarum mulierum
& qui ſolus cum femina loquitur, fabulaſq; miſcet. ut in c.clericus 81.di
ſtin.& habetur in ſumma cociliorum in decre.Lucij & Steph.Papa fol.
16.in paruo uolumine,& in concil.3.carthaginẽſe,capite 25.quod eſt in

telligendum ſi tertio monitus non deſiſtat, præcedente excommunicatione.ut 18.q.4.c.forte & habetur in c.Archidiaconum ea.diſt.81.

De eodem. ¶ Item poteſt deponi ille, qui inceſſanter intendit ludis & ebrietatibus. 27 ut in c.epiſcopus.35.diſt.hoc tamen intelligendum eſt, ſi tertio monitus non deſiſtat, ſed inceſſanter inhoneſtis ludis & ebrietatibus intendit.ſecundum Archi.ibi & in concilio Conſtantinopo.can.ſol.& in con.chalcedo cano.49 alearum ludus clericis interdicitur, ſub pœna excommunicationis.ut in ſumma conciliorum in 6.con.fol.281.in paruo opuſculo. & in ciuitate Neapolis, per conſtitutionem ſinodalem, incipientem ut clericorum imponitur etiam pena pecuniaria, uidelicet tarenorum quindecim.& ſi luſerint clerici intus eccleſias, capellas aut cimiteria, eſt pœna excommunicationis.ut in alia ſinodali incip.quia ſunt nonnulli,& fit ibi monitio generalis, ut clerici talia non faciant, ut habetur in ſinodali ſequen.porro ad cuiuslibet & ſic infero quod ſtante dicta monitione eo ipſo quod eſt inuentus clericus ludere in dictis locis, eſt excommunicatus abſque alia monitione.

De eodem. ¶ Item deponitur clericus tenẽs tabernas,& alia inhoneſta,& mercimonia exercentes ut in c.nulli.44.diſt.intellige tamen, ſi in eis perſonaliter ipſe miniſtrat, alias autem poteſt habere tabernas,& alteri locare. ſecũdum Arch.in d.c.mille, intellige ſi fuerit monitus,& non deſiſtit.& idẽ determinatum fuit in concilio Conſtantino.in cano.9.ut in ſumma Concilio.in 6.Concilio fol.mihi.275.in clemen.prima.de uit. & honeſt. cle. diſponitur, quod clerici exercentes tabernam, perdunt priuilegium in bonis,& non in perſonis.& in ciuitate Neapolis extat conſtitutio ſinodalis.incip.inſinuatione, qua deciditur imponi etiam pecuniariam pœnam.uidelicet unius unciæ. & pœnam ſuſpenſionis officij & beneficij, & monentur omnes ut ſe abſtineant.& an ſufficiat dicta monitio? uide Zabar.in d.clem.prima.de uit.& hon.cle.& quod ſufficiat tenet Bonif. 28

De eodem. de uitali.in d.clem.prima.nu.16. ¶ Item uſuras committens, punitur pena depoſitionis.ut in c.1.& 2.47.diſt.& c.ſi quis oblitus 14.q.4. quod approbatur in concilio Niceno.ut in ſumma conciliorum cano.18.& in concilio elibertano cap.xx.ubi dicitur clericos eſſe degradandos,& laicos eſſe proiicieddos ab eccleſia, ſi durauerint in uitio uſurarum. Et in concilio arelatenſi c.12.iubetur eos abſtinere a communione.& in concilio Carthaginenſe.cap.16.quæ omnia intelligenda ſunt, quando uſuris inſiſtunt ipſi clerici, nec deſiſtunt.alias ſi deſiſtunt, eſt pœna ſuſpenſionis.ſecundum Hoſtien.in ſumma de uſur.§.fina.uerſicu.alia a iudice. ut refert Ioan.Ber.Diaz.in practi.ſua in uerbo uſurarij. uſurarij autem manifeſti ad communionem altaris non admittuntur, nec Chriſtianam ſepulturam accipiunt, ſi in hoc peccato decedunt.nec uiuorum oblationes recipi debent.& aliæ pœnæ ut habetur per Hoſtien. ibi. in ciuitate Neapo.extat Synodalis, quã excommunicantur manifeſti uſurarij. Itẽ ſtatuitur ad conuincendum quem, de uſuraria prauitate, ſufficere quinque teſtes, bonæ opinionis, deponentes de fama publica, dummodo inquiſitus ſit alias infamatus, exercuiſſe uſuram, ut in Synodali incipien. 29

De eodem. vſurariorum latentem. ¶ Item deponuntur omnes illi, qui fornicantur 30

cum

cum monialibus,uel incarcerata,uel filia ſpirituali.ut in ca.ſi quis Epiſcopus.xxvij.q.i.& xxx.q.i.c.ſi quis ſacerdos ubi de filia ſpirituali; nã ultra depoſitionem, debet peregrinare per duodecim annos; & demũ debet accedere ad monaſterium cunctis diebus uitæ ſuæ, ibi facturus penitentiam.Et uiolentes moniales,puniuntur etiam, quia bona eorum confiſcantur monaſterio cap.ſi quis rapuerit xxvij.q.i.& etiam de filia ſpirituali habetur in cap.omnes & ſequen.xxx.q.i.& ibi etiam.dicitur,quod filia ſpiritualis dicitur non ſolum,quæ ſuſcepta eſt in baptiſmate,ſed etiã omnes illæ quæ ſuſcipiuntur in pœnitentia.intellige tamen, quod tunc eſt pœna depoſitionis,quando deuenit ad notitiam populi,alias per duo decim annos,debet pœnitere.ut in capitu.non debet ead.cau.& q.

31 ¶Item deponuntur,omnes illi, qui publica laborant incontinẽtia capit. qui ſemel diſtin.l.& 81.diſtin.ca.Maximianus.& ca.ſi quis clericus ead. 81.diſtin.cum duobus.cc. ſequentibus. & ſic adulterantes deponuntur; & in tali Crimine poteſt ex officio procedi de iure canonico.ſecundum Ber.Diaz.in ſua praxi.in uerbo adulterij.poteſt pro eo allegari tex.in c. intelleximus & ibi,nota per Abba.extra de adulter.in quantum ibi dicatur poſſe eccleſiaſticum iudicem ex officio, excommunicare adulteros. non tamen pono pro conſtanti,cum expreſse, de iure canonico hoc non reperiatur prouiſum; ergo ſtatur diſpoſitioni factæ per leges, ſecundum communem doctrinam ſecundum gloſſ.& docto.in ca.i.de no.op.nunci.& ibi eſt tex.& uide quæ dixi in uerbo flagitium carnis.ſupra.maxime,quia habet in ſe maximam naturalem rationem,& aequitatem. De eodem.

32 ¶Item deponuntur omnes illi,qui ſine ulla examinatione ordinãtur ca. De eodem.

33 ſi quis præsbiter.24.diſtin.& 71.diſtin.capi.ſi qui ſine.¶Item deponitur De eodem. ille qui ſcienter criminoſus ordinatur.cap.tantis.81.diſtin.& ca.aliquantos ſidi.

43 ¶Item deponendus eſt ille qui relicta eccleſia ſua, ad aliã pinguiorem accesserit ſine licentia ſui ſuperioris, immo monitus reuerti ad ſuam eccleſiam,non obedierit.ca.ſi quis præsbiter vij.q.i.& capit.ſi quis Epiſcopus & cap.ſequen.ibi.& eſt confirmatum in concil.Antiocheno. in cano. iij.ut in ſumma dicti concilij fol.mihi lvij. De eodem.

35 ¶Item deponuntur omnes illi,qui auſi fuerint contra Romanum Pontificem,& alios ſuperiores ferre excommunicationis ſententiam.ut in capit.in tantum 21.diſtin.uel qui conuitiũ,contumeliam,aut calumniam intulerint ſuo Epiſcopo ut in ca.ſi quis ſacerdotum xi.q.i.uel fecerint coniurationes, ut in ca. De eodem.

36 coniurationum & cap.ſequenti ead.cap.& queſtio.¶Item deponuntur periuri,homicidæ, aut in alio magno crimine inuenti capi.præsbiter.81. diſtin.& cap.ſequen.& per cap.ſi Epiſcopus l.diſtin.ſtatuitur,quod committentes capitale crimẽ,aut chartam falſam, aut falſauerit teſtimoniũ, depoſiti ab officiorum honore in monaſterium detrudantur.& ibi quãdiu uixerint laicam tantummodo communionem accipiant.& eſt cõfirmatum in agathenſi concilio capi.34.in ſumma concilio.fol.tamen 130. adde etiam, quod in concilio Aurelianenſi canone quinto ſtatutum eſt, quod clericus committens falſitatem & furtum, communione cõceſſa, debet degradari,& pro periurio,ſi clericus præbuerit iuramenta in cauſis quæ ſub iure iurando deciduntur,& poſt rebus euidẽtibus, detegitur De eodem.

Homicida clericus per ſententiam eſt deponẽdus.

De eodem.

pey eraſſe biẽnij tempore a communione repellitur. ¶ Eſt tamen ſciendum, quod homicida clericus debet per ſententiã priuari beneficio, quia non eſt priuatus ipſo iure. ſecundum Innoc. in cap. cum noſtris de conceſſio. præben. & hanc opinionem dicunt communiter approbari Ana. & Fel. in c. inquiſitionis prima col. de accuſ. & alij relati per Io. Bernar. Diaz. in ſua prac. in verbo homicidæ. 37

De eodem.

¶ Et adeo hoc uerum eſt, quod donec non fuerit per ſententiam priuatus, poteſt beneficium renunciare, et quod ſit facta impetratio eiuſdem per alium, ſi tamen ignorabat impetrationem factam, ſecundum Gomeſ. in regula cancella. de anna. poſſe. q. 42. 38

De eodem

¶ Item deponitur ille, qui publice crimen in apoſtolicæ & totius eccleſiæ ſcandalum, fouerit. ut ij. q. i. c. ſcelus. & c. theugualdum 2. q. 3. 39

¶ Item deponitur ille, qui in eccleſia, alium per pecuniam uel alio modo ſupplantauit c. præſentium. 7. q. 1. & cap. factus. & c. ſeq. ead. cau. & q. 40

De eodem.

¶ Item deponitur etiam ille, qui officium exercere in aliena diocœſi, uel eccleſia auſus fuerit c. nullum 9. q. 2. & comprobatur in concilio Antiocheno. cano. 13. fol. mihi 59. & in concilio Cartaginenſe c. x. fol. mihi 55. & clerici in eccleſia aliena non debent communicare ſine literis ſui Epiſcopi, ut in dicto concilio Carthaginenſe c. 7. & in concilio Antiocheno cap. 2 & in concilio ſardicenſi capit. 1. fol. mihi 62. & in concilio Carthaginenſe cap. 37. & in generali concilio capitu. 23. 41

De eodem.

¶ In ciuitate autem Neapolitana nullus clericus forenſis, & alterius dioceſis, poteſt miſſas & alia eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare: abſque licentia Metropolitani. vt in conſti. ſinodali incip. ſæpe contigit. 42

De eodem.

¶ Item deponitur ille qui indebite, & nulla neceſsitate interueniente, alienat res eccleſiæ ut in ca. ſi quis Epiſcopus. x. q. ij. & xij. q. ij. c. vulteranæ & c. Abbatibus & ca. Apoſtolicos 17. q. 4. ca. nullus quod cõfirmatur in concilio Agathenſi capitu. 52. fol. mihi. 129. 43

De eodem.

¶ Item deponitur ille, qui recepit eccleſiam per manus laicorum. vt eſt tex. in ca. ſi quis deinceps 16. q. vij. intellige quãdo reciperetur eccleſia a manibus laici ut prælati. ſecundum Archi. ibi. 44

¶ Item deponitur ille, qui cum eſſet excommunicatus maiori excõmunicatione, uel interdictus aut ſuſpenſus ab homine diuina officia in ordine ſuo celebrauit ut extra de cleri. excomm. mini. c. latores etiam ſi matutinum nel ueſperã in officio ſuo dicat ut 11. q. 3. c. ſiquis Epiſcopus & uoluit Hoſtien. in ſumma de cleri. excommu. miniſtrati. §. i. 45

tem cauſæ materialis;effectus tamen ſemper eſt idem.ſ.ſeparatio a cõmunione & ſacramẽtis actiue & paſsiue.eſt etiã uaria propter uarietatem cauſæ efficientis,nam quædam eſt lata a canone,quædã lata ab homine,lata a canone,quædam eſt lata ſine hominis miniſterio,ut cũ quis incidit ipſo iure prout eſt in caſibus recollectis per Hoſti.vbi ſupra.quædam eſt lata a canone cum hominis miniſterio,ut ſi canon proferat,ſed proferri mãdet,ut in canonibus referendæ ſententiæ.variatur etiam propter uariam cauſam formalem.nam quædã fertur cum ſolemnitate de qua loquitur ca.debet 11.q.3.nam debent Epiſcopo duodecim ſacerdotes circunſtante,& lucernas ardentes in manibus tenere,in concluſione Anathematis in terram proijcere, & pedibus conculcare.poſtea epiſtolam excommunicatorum nomina continentem per parocchiam deſtinare,& iſta uocatur anathema,& mucro Epiſcopalis; alia fertur ſimpliciter ſeruata forma c.1.de ſenten.excom.lib.6.& illa uocatur excõmunicatio ſimpliciter; uariatur etiam propter uarietatem cauſæ materialis
nam quædam fertur pro contumacia, deſcendente actiue.❡Excommu 143

Excõicatio maiõr& ꝑꝑ cõtumaciã.

nicatio autem maior(ut dixi)aliquando profertur ab homine, propter contumaciam in mediate.ut.11.q.3.c.nemo. Epiſcoporũ & 2.q.i.C.nemo.&.42.diſtin.c.ſi illud.& hanc opinionem tenuit Hugo.in.c.nemo.2.q.1.& Inno.in.c.ex parte lo primo de uerbo.ſignifica.&.Archidia.in ca.pia de exceptionibus li.6.Ioa.tamen tenuit quod aliquando ab homine fertur ꝓ crimine,& mouetur ꝑ canones qui hoc exprimũt ca.alia 16.q.1 & c.pradicatio 22.q.i.& c.accuſatores 47.diſtin.& hoc uoluit Ioan. in ca.certum 11.q.3.& hæc opinio eſt uera de iure.per tex.in cap.primo de ſenten.excomm.lib.6.ſed hæc opinio debet intelligi,ut ab homine feratur pro crimine,ſi moniti emendare uoluerint,hinc eſt,quod dicit Inno. in c. ex parte de uerb.ſignifica.quo l.nemo poteſt excommunicari pro crimine, ſi corrigi uoluerit.ut in cap.ſed illud 45.diſtin.& ſic cum ſit opus monitione,ſi poſtea fertur,fertur ex cõtumacia a canone.nam canon monet inhibendo,& ſic non eſt opus motione, & ſic uerum eſt proferri propter contumaciam. Ea autẽ quæ ab homine profertur propter crimen iam commiſſum & nõ poteſt proferri,niſi præcedat monitio,ut quis ſe corrigat,nam eccleſia non claudit gremium redeuntibus ca.ſuper

eod,

cod.de here.lib.6.Ideo opus eſt monitione ut redeant, & ſic cõtumaciã
redire nolentis hoc operatur, quod in ſententia canonis non procedit,
cum canon inhibeat committenti,&damnat committentem,& hoc pro
cedit,tam in canone generali quod ſpeciali.c.2.de conſti.lib.6.& c.a no
bis de ſen.excom.Sicque uerum,excommunicationem maiorem profer
144 ri immediate ex contumacia.¶ Eſt tamen aduertendum, quod aliquan Cõtumacia diuerſũ ortum habet.
do contumacia habet ortum a crimine,aliquando aliunde,ſi habet ortũ
a crimine.i.a ſpeciali criminis inhibitione facta ab homine,& tunc non
eſt opus monitione ſuper emendatione criminis iam commiſsi,ut inci-
dat,ut cum monet ſuperior aliquem ne fornicetur ſub pęna excommu-
nicationis,tunc ille ſi contrafacit,excommunicatus eſt, & excommuni-
cari poteſt ſine alia monitione ſuper emendatione criminis. & eſt ratio
quia iſte eſt uerus contumax,quæ ſola contumacia iuſtificat excommu
nicationem ut xi.q.3.cap.certum & c.nemo. Aliquando contumacia ha
bet ortum ab actu iam commiſſo,ut cum quis commiſit crimen ſuper
quo non erat monitus,ne communicaret,uel committeret, & ſi nec lata
nec comminata ſententia in contra facientem, & tunc eſt opus moni-
tione,ut ſe corrigat,& ſi contumax fuerit, poterit excommunicari. &
differunt hæ contumaciæ.nam prima oritur in criminis commiſsione,
præcedente.ſ.monitione ne committeret.ſecunda eſt orta poſt criminis
commiſsionem,nec naſcitur cum crimine:aliquando contumacia aliun-
de habet ortum quam a crimine,ut cum excommunicatur quis,quia nõ
ad concilium c.præſenti 5.q.2.c.ſi Epiſcopus 17.diſtin.ſi non proſequitur
accuſationem ſuã c.1.4.q.5.uel precepit fieri quodcunque aliud ſpectẽs
ad officium ſuum.c.frater 7 q.1.iſtæ enim contumaciæ non oriuntur cri-
mine,ſed aliunde tamen iuſtificant ſufficienter excommunicationem.
145 ¶ Minor autem excommunicatio, quæ ſeparat communione fidelium Excommunicatio minor quos uariat effectus
& non ſacramentorum,fertur propter cauſas quas canon exprimit ut in
146 c.in loco 1.q.4.& 18.diſt.c.placuit & 34.diſt.c.quorundam.¶ Et aliquan
do ſumitur pro ſola ſeparatione a Deo tantum, & illa inducit mortale
peccatũ tantum,ſine alio eccleſię militantis miniſterio.ut Eſayæ.59.ini-
quitates noſtræ diuiſerunt inter nos,& Deum noſtrum. Aliquando ſumi
tur pro ſeparatione & ſacramentorũ participatione paſsiua,& tunc hoc
inducitur a canone,propter participium.cum excommunicato maiori.
ut in c.nuper de ſenten.excommu.& c.cum excommunicato 11.q.3.aut
inducitur a ſe ipſo.ut cum quis peccat,& abſtinet a ſacramẽtis.c.ſicut ex
literis extra de ho,aliquando excommunicatio fertur ab homine per ſẽ
147 tẽtiam ut.5.q.1.& 2.& quaſi per totum.¶ Nunquid minor pęna impo-
natur ſi proceditur per uiam inquiſitionis,quam quando proceditur per pœna minor ſi imponatur inquiſito, quam accuſato.
uiam accuſationis? Inno.in c.qualiter & quando de accuſa.dicit quod pę
næ degradationis,& depoſitionis,non imponuntur, niſi directo proce-
datur per accuſationem,in alijs uero caſibus & pænis ſi reperiuntur uni-
formiter impoſitæ,ita imponuntur, ſi proceditur ad accuſationem,ſicut
148 quando proceditur per inquiſitionem.¶ Eſt tamen bene uerũ quod quã
do de delicto conſtat per confeſsionem,imponitur eadem pęna quæ im De eodem.
ponitur quando proceditur per uiam accuſationis,quod eſt uerum,quã-

do confitetur quis metu probationis: quia tunc non agitur mitius cum
eo.ſecundum gloſ.in c.de hoc de ſimo.& ibi dicit Panor.illam gloſſ.eſſe
ſingularem & habetur per Felin.in d. c.qualiter & quando,& per Gul.
de bene,in repet.c.rainucius extra de teſta.in quæſtione de homici.num.

Iudex minuẽs pęnas iuris abſq; cã, eſt infamis.

41. ¶Item eſt aduertendum,quod iudex ſine cauſa minuens pœnas iu 149
ris,efficitur infamis.ſecundum Hoſtien.in ca.de cauſis de offi. dele.alle-
gat tex optimũ in l.ſeruos qui in fi.C.ad leg.iul.de vi pub.de quo excla
mat Roma.in ſing.79.dicens.quod hoc eſt uilipendium legiſtarũ, quod
Hoſti.ſciuerit ante omnes,illum tex.& addit quo iudex punietur eadem
pœna qua reus puniri deberet allegat tex.ualde ſing.in l.nulli heretico-
rum.C.ne ſanct.baptiſ.reite.& uoluit Fel.in c.qualiter & quando extra

Mior ętas pœnam minuit.

de accu.nu 41. ¶Adde quod minor ætas doli capax, eſt cauſa ad mino 150
randam pœnam etiã de iure canonico ut eſt tex.& ibi not. Abb.in ca.1.
extra de ſenten.excomm.¶Item eſt aduertendum,quod ſi rixantur lai- 151
cus & clericus,ita quod ambo ſe percuſſerunt, & neſcitur quis ſuis ag-
greſſor,ille laicus incidit in excommunicationem. ſecundum Abb.in d.
c.1.de ſent.excomm.& idem ſi ambo eſſent cleri. ¶Item eſt notandum 152
ꝙ ſi delictum ſit commiſſum ratione officij,alleuiatur: licet delinquens
modum exceſſerit ut notatur ex tex.ſecundum do. Abb.in ca. ſi uero de

Pœna quomodo taxabitur in actione iniuriarum.

ſenten.excom.¶Item eſt aduertendum quod quando agitur ad taxatio 153
nem pœnę in actione iniuriarũ,iudex primo conſideratis omnibus qua
litatibus,& circunſtãtijs,quæ augent,uel minuunt huiuſmodi extimatio
nem ſuo iudiciali arbitrio taxabit certam ſummam,ut intra illam,& nõ
ultra.pars per ſuum iuramentum huiuſmodi extimationem declaret,&
poſt huiuſmodi taxationem,condẽnabitur pars in ipſa ſumma,ſeu quã-

Pœnę aggrauantur clericis pp pœnas legales.

titate taxata,ſeu intra eam.ſecũdum Dom.de Rota in deciſio. 52. Inn.
& latius in deciſio.483.¶Item eſt ſumme notandum, quod pœnę impo 154
nendæ per iudicem eccleſiaſticum, de iure canonico aggrauãtur clericis,
habito reſpectu ad pœnas quas imponit ius ciuile pro cõſimilibus deli
ctis & criminibus.ut uoluit notabiliter Inno.in.ca.qualiter & quando el
grande de accuſ.& docto.communiter in.d.c.at ſi clerici de iudi.& in c.
cum nõ ab homine.& confirmatur in conſi.Pet.de Ancha. 52.& Pan.
in.c.1.de his qui fil.occi.& in c.1.de homic.& ita in ſimili dixit Bar.in.l.
famoſi.§.hoc tamen.ff.ad.l.Iul.ma.quod ſi quis offendit principẽ in ali-
quo caſu non expreſſo in capitulis legis Iulia, ille punitur ad ſimilitudi-
nem capitulorum expreſſorum in ipſa lege Iulia.& ita dicit Præpo.in c.
in primis.§.de perſona.2.q.1.¶Vbi latiſsime diſputat an clericus com- 155
mittat crimen læſæ maieſtatis contra dominos temporales, & an puniri
debeant pæna legis Iuliæ maieſtatis ita uel ne,uide eum omnino in fa-

Infamia per Epiſcopum an posſit remitti.

cti contingentia,& uide etiã Do.Hiero gigan.in ſuo nouo tracta.de cri.
læſæ maie.q.63.fol.50.mihi. ¶Nunquid Epiſcopus poſsit.perſonis infa 156
mibus,infamiam remittere? & uidetur dicendum quod ſic, in omni.ſ.
caſu in quo poteſt diſpenſare.ſecundum gloſ.no.in l.diſtin.c.Dominico
ſancto.gloſ.in c.ex hoc uerbo.2.q.3.§.hinc autẽ & glo. 15.q.8.c.hi qui
Io.de Imol.in c.cum te de re.in quod eſt uerum acceſſorie ſecundũ Do.
Abba.ibidem, & ideo Epiſcopus diſpẽſando cum adultero uidetur etiã
cum

Clericus alienę diocœſis an puniatur in loco delicti?

157 cum infamia diſpenſare cap. at ſi clerici. §. in adulterijs de iudi. ¶ An Epi
ſcopus poſſit punire clericum alienæ diocæſis delinquētem in ſua dioce
ſi? uidetur quod ſic. adeo quod euitari non poſſit forus delicti per eum
commiſſi ut no. in c. romana. §. contrahentes de for. compe. lib. 6. cū glo.
158 quia ratione delicti ſortitur ibi forum. c. 1. de rapto. ¶ Sed nunquid poſ
ſit punire exemptum delinquentem in ſua diocęſi? & uidetur quod ſic.
per dicta iura, & per. c. 1. 3. q. 6. & c. ad abolendā in fi. de heret. & c. tuarū
de priuileg. in fi. nam ratione delicti rumpitur priuilegium ut. 11. q. 3. c.
priuilegium. l. 1. C. ubi ſena uel clari. & habetur per Inno. in c. in refraga
bilis de offi. ordi. Et hoc eſt uerum, ſi delinquit circa rem non exemptā,
ut quia contrahit uel delinquit. Si uero delinquit circa rem exemptam,
puta male gerendo ſe in officio ſuo, uel alienando res eccleſiæ, gaudet
priuilegio, exemptionis, & a ſolo Papa punitur non ab Epiſcopo. ſecun
dum glo. no. in c. fi. 6. q. 3. per. c. cum capella. de priuil. & c. ſignificantibus
de fer. & uoluit Pet. de rebuff. in conſt. in trac. de domi. electio. in præfa.
tertio tom. fol. mihi. 136. num. 22. referens ita fuiſſe deciſum in contigen

Epiſcopus an poſſit corrigere delicta monachorum?

159 tia facti. ¶ An Epiſcopus poſſit corrigere delicta monachorum? dicas,
quod pro illius prius eſt recurrēdum ad Abbatem, & ipſo negligente cor
rigere, poteſt & debet Epiſcopus. c. quanto de offi. odi. c. 1. de iſta. mona.

Epiſcopus an poſſit cō demnare ad pœnā ſibi applicandā

160 ¶ An. Epiſcopus poſſit condemnare ad pęnam applicādam ſibi, uel ſuę
cameræ? dicas quod non, ſecundum Bal. in Aut. bona damnatorum. C.
de bo. damna. & Ang. in Auth. ut nul. iud. §. ut autem et Bal. in l. 2. C. de
Epiſc. audien. & Io. Andr. in c. irriefragabili, & c. dilectos de offi. ordi. in
nouella. Sed recte intuenti Bal. in d. l. 2. tenet oppoſitum. Et licet Epiſco-
pus imponens pænas pecuniarias, quia forte uidet magis timeri, debeat
eas in pios uſus deputare, niſi forte egeret d. c. dilecti de offi. ordi. tamen
de facto, (dicit Aegi. Bellame. in d. c. irrefragabili) ſibi appropriat: & ſic
hæc condemnatio tolleretur hodie de facto. uoluerūt ēt ibi Hoſt. Abb.
& Feli. & Ioan. Ber. in praxi. c. 134. Ioan. Lup. in rub. de don. inter vir. et
uxo. §. 39. col. pe. & uoluit Dida. Couar. in li. uar. reſ. lib. 2. c. 9. nu 9. in fine.

Famoſos libellos faciens qua pœna puniatur

161 ¶ Qua pæna puniatur iure canonū, ille qui facit famoſos libellos dicēdū
eſt; quod ſecundum canones flagellabitur, & excommunicatur. c. qui al
terius 5. q. 1. niſi qualitas perſonæ aliud ſuadeat; puta, quia ſit Epiſcopus,
tunc non flagellabitur, ſed cōmutabitur pæna. l. in ſeruorum, & l. aut fa
cta. §. perſona. ff. de pæn. poteſt etiam deponi cum ſit graue crimē, & dā
natione digniſsimum 25. diſt. §. nunc autem. ¶ Item in foro pænitentiali
tam ipſe quam detractores tenentur ad reſtitutionem famæ, ſecundum

Auctoritas ſupioris minuit pęnam

162 Præpoſi. in c. hi qui 5. q. 1. ¶ Item eſt aduertendum quod licet auctori-
tas ſuperioris non excuſet in delictis, facit tamen ut mitius puniatur infe
rior ſequens errorem maiorum. c. 2. ad fi. extra de trāsla. & Card. in cle. 1
de teſti. nu. 5. ¶ An Epiſcopus poſſit reuocare exiliatos ab eo. Præpoſi.
163 in c. in primis 2. q. 1. dicit quod ubi clericus eſt damnatus ad pænā exilij
legitima cauſa, & probatione ſubſiſtente, non uidetur quod poſſit ab exi

Bxilium an remittat Epiſcopus?

lio reuocari, & ſic Eepiſcopus taliter exilio damnatum non poſſet rebā-
nire. Et eſt ratio. nam ex quo legitime eſt in exilium miſſus inferior non
poteſt ſuper iſtis, gratiam facere, ut dicit haberi in c. cum te de re. iudi. ſe

cus ſi,de facto eſſet in exiliũ miſſus.Nam tunc idem iudex poterit rebãnire.c.ab excommunicato & ibi Bal.de reſcri.facit quod no.Inno.in c. quærelam de electio.glo.in l.minor. in princ.ff.de euictio.Bald.in l.ſi pacto quo pœnam.C.de pact.cum concor.

Epõ ſupplicatur aduerſus ſententiam ſui uicarij.

¶An ſupplicari poſsit Epiſcopus aduerſus ſentẽtiam ſui officialis? Dicendum eſt, quod Epiſcopus aduerſus ſententiam ſui officialis reſtituere poteſt,ita tenet Ioan.And.in c.romana primo reſpon.de appel.iſtam opinionẽ ſequitur Panor. & ſequuntur alij in c.ex literis de in integ.reſt.Ioan.Fab.in Auth.quæ ſupplicatio.C.de præci.impe.offe.& iſta eſt cõmunis ſententia, & ſeruatur ſecundum Aufre.in deciſio.Tholoſa.q.49.vnde ſolent officiales in ſententijs eorum dicere ſalua domini uoluntate condemnatus.& hanc opinionem ſequitur Pet.a Robuff.tra.de ſuppli.ſeu erro.propo.nu.6. primo tomo fol.504. 164

Condẽnatio ad certã pœnam, ſalua facultate minuẽdi,an fieri poſsit

¶Sed utrum poſsit fieri condendatio ad pænam certam reſeruata poteſtate eam minuẽdi? ut Bal.in Auth.interdicimus ad fi.C.de epi.& cler.ponit hanc quæſtionem & refert Guliel.de Cu.arguere pro & cõtra,& finaliter tenere quod poteſt fieri talis condemnatio cum tali reſeruatione arg.l.ſi quis in principio teſtamẽ.§. Iulianus.ff. de lega.3. et l.ſiquis exheredatis.§.ſiquis.ff de iniu.teſt.deinde dicit quod cõtra naturam pænæ declarandæ in ſententia non poſsit fieri reſeruatio:quia eſſet implicatio contrariorũ arg.notatorum in l.per ſuum.ff.de uſu. & hab.ſi autem reſeruatio non eſſet contra naturã pęnæ quia pæna eſſet arbitraria,uel quia reſeruatio tenderet ad aliquid declarandum,uel puniendum iam pronuntiatum,uel non ſuper ſubſtantialibus,ſed ſuper quibuſdã accidentibus,tunc dicit ſe putare quod reſeruatio ualeat per not. per Guliel.ibi.& ſequitur ac refert Fely.in c.qualiter & quando el.2.nu.31.uerſus finem extra de accuſa. 165

Sentẽtia cõdemnatoria abſq; officialis nomine utrum ualeat,

¶Nunquid ualeat ſententia, ſi diceretur curia cõdemnat,uel ordinat ſic,abſque eo quod diceretur & exprimeretur nomen iudicis condemnantis? Guido Papa in deciſio.451.quid cõtinuatur. puta ualere talem condemnationem quare tale uerbũ curia eſt indifferens,& refertur ſecundum materiam,& in tali ordinatione ſumetur curia pro iudice,uel magiſtratu in tali curia pręſidente.l.ſi uno anno,ff.locat &.l.ſi olei.C.eo.tit.& ita refert ſeruari. 166

¶Notandum eſt, quod facientes tumultum in eccleſia poſſunt licite expelli,ſicut facientes tumultũ i iudicio.ita Dom. Abb.& Anto.de But.in c.ueniens in fi.extra de ſenten.excomm. 167

Clericus arma portãs, peccat mortaliter,

¶Item clericus portans arma peccat mortaliter, & poteſt excomunicari.11.q.3.c.venio Cardi.in cle.1.§.præfatæ de ſta. mo. nota.in c. clerici de uit.& hone.cleri.Fely.in c.petitio de homi. 168

¶ Rurſus nota quod ſententia condemnatoria poteſt aggrauari ratione delicti ſuperuenientis pendente inſtantia.Abb.in ca.ueritatis de dol.& contu. nu.9. 169

¶ An deprehenſio ſufficiat ad condendandum. inde Do.Abb.& alios Docto.in c.cum non ab homine iudi. 170

Suſpẽſio ab officio,& ſuſpẽſio a beneficio.

¶Quænam ſit pæna ſuſpenſionis ab offico? Saly.in l.presbiteri.C de epiſco.& cleri.dicit ex mente Iaco.Butr.quod in conſequentiam perdit præbendam,quæ propter officium datur, & oblationes quotidianas;ſecundum. can o.ſuſpenſus ab officio ſolum perdit diſtributiones quotidianas;& ſuſpenſus a beneficio perdit etiã præbendam.c,illud,&.c.ſi celebrat de cler. exco.mi. 171

Pœna pecu

¶Quid 172

enim

enim ſi occidatur clericus,ſeu aliter offendatur,& contingat aliquam pę nam pecuniariã ſolui pro illa occiſione,uel iniuria,cui illa pœna debeat applicari?dicendum eſt,quod medietas illius pœnæ eſt diſtribuenda in utilitatem illius eccleſiæ,cuius erat rector ille occiſus clericus, & altera medietas in utilitatem læſi eſt diſtribuenda.tex.eſt ſing.in c.2.de pęn.cuius meminit Roma.ſing.443.& dum tex. dicit alteram partem in eius eleemoſinam iuſte diſpertiat.intelligendus ita eſt, ut ad eleemoſinã pro anima clerici interfecti ea diſtributio referatur.cum negari non poſſit, ex eo delicto eccleſiam & ipſum clericum offendi, & ideo utrique eſt ſatisfaciendum.Idem poſt Hoſt.in ſumma de maledi.uerſi.ſed cui. notat Fely.in c.irrefragabili de offi.ordi.§.1.nu. 10.ſed ibi dicit Panormi. illud procedere,quando clericus interfectus nullum haberet conſanguineum quia ſi haberet non eccleſiæ,ſed illi conſanguineo applicaretur. Quod quidem reprobat Dec.in c.in præſentia de pro.nu.57. dicens etiam pœnam tunc eccleſiæ applicandam.Dida.Couar.in lib.uar.reſolu. lib. 2.c. 9.nu.10.reducit ad concordiam opinionẽ Dec. & Abb. ut opinio Dec. intelligatur de parte dimidia,quæ competit eccleſiæ,& illa Abb. de dimidia quæ competit parti læſę & ſic offenſo.ſed licet eius opinio & concordia ſit rationabilis,tamen non congruit uerbis Dec.ut eſt uidere.

niaria ſoluta pro morte clerici, cui applicãda.

173 ¶Quando enim intelligatur appoſita pœna ipſo iure, uide plene per
Matheſila.in ſuo no. 111.& ibi late dicta per excellentem Gab. Saray.
174 ubi ſubdit unum ſatis notabile uerbum.¶Quod ubi lex imponit pœnã
per uerba omni modo, cenſetur ablata poteſtas ab inferioribus ſuper
pœna illa diſpenſandi,allegat glo.in c.2.de æta.& qualit.

Pęna quando cenſetur impoſita ipſo iure.

Pœna impoſita per uerbum,omnino per inferiorem nõ diſpenſatur,

Et ſi nec confeſſi,aut conuicti extiterint,indicetur purgatio. Cap. 34.

SVMMARIVM.

1 Fama mala quam noceat.
2 Exempla magis ad docendum apta,quam uerba.
3 Scandalum dare quis dicatur.
4 Scandalon græce quid apud nos ſignificat.
5 Peccandi cauſa duplex,per ſe,& per accidens.
6 Infamatus de crimine, pendente inquiſitione,ſuſpenditur ab officio,& beneficio. & nu.7.
8 Purgatio quando infamato eſt indicenda.
9 Forma purgationis.
10 Purgatio quæ priſcis temporibus, erat in uſu apud Romanos.
11 Purgatio inducatur de facto ſucceſſiuo.
12 Scandali uitandi cauſa, multa permittuntur,& infra nu. 13. 14.15.16.17.18.19.20.
21 Scandalis eſt obuiandum.
22 Purgatio indicitur, cum crimen probari non poſſit.
23 Purgatio infamato non indicitur,& dantur defenſiones.
24 Infamatus deficiens in purgatione,an pro conuicto condẽnabitur.Et curiæ ſeculari quãdo tradendus & infra nu. 25.
26 Infamatus dãs cauſam infamiæ

beneficio ſuſpenditur: donec purgetur infamia.

27 Infamia unde oriatur, maxime conſiderandum.

28 Purgatio non indicẽda, ubi ad quærelam proceditur.

29 Infamatus leui infamia, purgatur ſolo iuramento.

30 Purgatio ad iudicis arbitrium indicatur.

Fama mala quã noceat.

FAMA mala & ſi cunctis nocet, nocereque debet. ℂ Maximopere 1
religioſis eccleſiaſticis perſonis, & ſacerdotibus nocet, cum & illis
ab ore domini præcipiatur, ut non in abſcondito faciant eorum bo
na opera; ſed palam & publice, ut cuncti homines uidentes eorũ
bona opera, & glorificent Deum qui in cœlis eſt. uos enim (inquit Chri-
ſtus in Matth. cap. 5. & Mar. c. 9. & Luc. c. 14.) eſtis ſal terræ. quod ſi ſal in
fatuatum fuerint quo ſalietur: ad nihil ualet ultra, niſi proijciatur foras,
& conculcetur ab hominibus. Itẽ Matth. eo. c. 5. & Luc. c. 8. & Mar. c. 4.
dicitur uos eſtis lux mundi: non poteſt oppidum abſcondi ſupra montẽ
poſitum, neque accendunt lucernam & ponunt illam ſubter modiũ, ſed
ſuper candelabrũ, ut luceat omnibus qui ſunt in domo. ſic luceat lux ue
ſtra coram hominibus, ut uideant ueſtra bona opera, & glorificẽt patrẽ
ueſtrũ qui eſt in cælis. Item Matth. eo. c. 5. dicitur. quiſquis autem fece-
rit, & docuerit: hic magnus uocabitur in regno cælorum docetur autem
Exẽpla ual de docent.
uerbis doctrina, & exemplo. ℂ Inquit enim Plato lib. 16. ciuilis, uel de 2
regno quod magna eſt uis in docendi exẽplo, nã & ſi uerbis, & doctri
na quis docuerit: niſi exemplo doceat parum facit. & ideo bene monet,
idem Plato in dialogo 5. de legibus. ut ſapiens legiſlator ſenioribus præ
cipiat potius. ut ſint coram iunioribus uerecundi, ac ſummopere caueãt
nequis iuuenum eos aut uideat, aut audiat agentes turpe aliquid, uel lo
quentes. nam ubi ſenes minus pudici ſunt, neceſſe eſt ibi iuuenes, eos im
pudentiſsimos eſſe, præſtãs enim & iuniorum & ſeniorum diſciplina eſt.
non uerborum increpatio ſed ut quæ increpando quis diceret & monen
do eadẽ ipſe in omni uita facere uideatur. inquit enim Apoſtolus, ſi car-
nem comedendo, ſcandalizauero fratrem meũ, nunquam in æternũ car
nem comederẽ. & habetur. 23. q. 3. §. item ſicut & ſic bene legitur. Mat-
th. c. 18 quicunque ſcandalizauerit unum de puſillijs iſtis, qui in me cre
dunt, expedit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria de collo eius, ac demerga
tur in profundum maris. ue mundo à ſcandalis, neceſſe eſt enim ut ſcan
dala ueniant, ſed ue illi per quem ueniunt.

Scandalizare quid ſit ?

ℂ eſt enim unum de his qui in Deum credunt ſcandalizare, ſi eum a quo 3
fides infidelitatem a temperantia, intemperantiã, a quo ſpes, deſperatio
nem, a quo iuſtitia, in iuſtitiã, a quo manſuetudo, & humilitas, ſuperbiã,
a quo amor, odium, a quo religio, ſęcularem uitã. a quo boni mores, im
probiſsimos, a quo caſtitas, impudiciſsimã uitã, a quo charitas, crudelita
tem, & a quo bonũ exemplũ, & lux deſideratur, & haberi debet, malũ
Scandalon græce quid apud nos.
exemplũ, & tenebras uidere. ℂ Inquit enim Beat. Thom. ſecunda ſecũ 4
dæ ar. 1. q. 43. quod græce ſcandalon dicitur. nos offenſionem, uel ruinã,
impactionem pedis poſſumus dicere, contigit enim quo quandoque ali
quis obex ponitur alicui, in uia corporali cui impigens diſponetur ad rui
nam,

nam.& talis obex,dicitur ſcandalū & ſimiliter in proceſſu viæ ſpiritualis contigit aliquem diſponi ad ruinam ſpiritualem per dictum,uel factū alterius in quantum.ſ.aliquis ſua admonitione,uel inductione aut exemplo alterum trahit ad peccandum, & hoc proprie dicitur ſcandalum.

5 ¶ Delictum enim, vel factū alterius dupliciter pōt alteri eſſe cauſa peccandi.uno modo per ſe: alio modo per accidens. Per ſe quidem,quando aliquis ſuo malo uerbo, uel facto intendit alium ad peccandum inducere: uel etiam ſi ipſe hoc non intendat: & ipſum factum eſt tale,quod de ſui ratione habet quod ſit inductiuum ad peccandum.puta cū aliquis publice facit peccatum, uel ꝙ habet ſimilitudinem peccati: & tunc ille qui huiuſmodi actum facit,proprie dat occaſionem ruinæ. unde uocatur ſcandalum actiuum. Per accidens autem aliquod uerbum,uel factum unius,eſt alteri cauſa peccandi:quādo etiā præter intentionem operātis, & præter conditionē operis,aliquis male diſpoſitus,ex huiuſmodi opere,inducitur ad peccandū:puta,cum aliquis inuidet bonis aliorū:& tunc ille qui facit huiuſmodi actum rectum:non dat occaſionem quantum in ſe eſt:ſed alius ſumit occaſionem:ſecundū illud ad Rom.7.occaſione autem accepta &c. & ideo hoc eſt ſcandalum paſsiuum ſine actiuo,quia ille qui recte agit quantum eſt de ſe,non dat occaſionem ruinæ quā alter patitur. Quādoq; ergo contingit,ꝙ etiam ſit ſimul ſcandalum actiuum in uno,& paſsiuum in altero;puta cum ad inductionem unius;alius peccat.quādoq; uero eſt ſcandalum actiuum,ſine paſsiuo:puta cum aliquis inducit uerbo uel facto,alium ad peccandum;& ille non conſentit.quandoq; uero eſt ſcandalum paſsiuum,ſine actiuo(ut dictum eſt) hęc ille. Et idem in 2. art.dicit ꝙ ſcandalum paſsiuum ſemper eſt peccatum, in eo qui ſcandalizatur.non enim ſcandalizatur niſi in quantū aliqualiter ruit ſpirituali ruina,quę eſt peccatum.poteſt tamen eſſe ſcādalum paſsiuum, ſine peccato eius:ex cuius facto aliquis ſcādalizatur.ſicut cū aliquis ſcādalizatur,de his quæ alius benefacit ſimiliter etiam ſcādalum actiuum, ſemper eſt peccatum in eo qui ſcandalizatur.& habetur. 10.q.3.c.cauendum,& xciij.diſt.c.ille procul.quia uel ipſum opus quod facit eſt peccatum:uel etiam ſi habeat ſpeciem peccati,dimittendum eſt, ſemper propter proximi charitatem:de qua unuſquiſq; tenetur ſaluti proximi prouidere:& ſic qui nō dimittit, contra charitatem agit. nō enim clerici & alij religioſi debent bona opera pro ſe ipſis tantū facere,ſed ēt pro alijs, ut.ſ.alii uidentes,eos ſic bene operantes, & ipſi eorum ueſtigia imitantes,ea ſimiliter faciāt,& ſic merito dici poſſet,uos eſtis lux mundi,quia qui accendunt lucernā,ut luceat omnibus,qui in domo ſunt, accendunt. nec debent omittere peccata,& malā uitam, ac impios mores, quia eis hęc nocent,ſed quia & aliis quam maxime officiūt & ſcādalum pręſtāt, tum & ipſi ſint ſal terrę,& ſi ſal euanuerit,adnihilum ualet ultra.& Ideo mala fama clericorum & aliorum religioſorū,non tantum eis obeſt, ſed

6 cuncti populo cui præſunt. ¶ Et propterea non ſine ratione Innoc. Papa.3.in c.inter extra de purg.cano.ſtatuit ut pendente inquiſitione infamatus de crimine,ſuſpēdatur ab offi.& beneficio quotiens enormitas

7 criminis hoc expoſcit, uel ſcandalum orietur. ¶ Et quando enormitas

criminis

Peccādi cā per ſe.

Peccādi cā ꝑ accidens.

Scandalum duplex,actiuum & paſſiuum.

Suſpēditur ab officio pēdēte inqſitione.

De eodem.

criminis non eſt talis,uel ſcandalum non oriretur,infamatus de crimine
debet tertio moneri ut ſe corrigat,& ſi fama ad huc uiget,nec ille ſe cor-
rexit,uſq; ad purgationē,debet ab officio ſuſpēdi.c.2.de purg.cano. &c.
præsbiter.2.q.4.& ibi late per gloſſ. ¶Et ſi facta diligenti perquiſitio- 8

Purgatio quādo indicatur?

ne,& examinatione de delicto de quo eſt infamia probata,nec ex pro-
bationibus plenis & quibus ad cōdemnationem potuiſſet deueniri, nec
ex confeſſionibus, nec etiam ex indiciis ex quibus potuiſſet ad torturā
deueniri,conſtare apparuerit: (non enim poteſt & debet indic purga-
tio niſi facta diligenti perquiſitione, ad inueniendum delictum.c.acce-
dens extra eo.tit.& plene tradit Præpoſ.in c.1.2.q.4.)tūc quia remanet
infamia probata quæ in clericis,& religioſis pſonis eſt maxime impor-
tantiæ,(cū & ſcandalum ex ea maximū oritur.)licet aliter non proceda-
tur ad inquiſitionem ſpecialem, & dandas defenſiones, ac proceſſum,
ad ulteriora tamen ut purgetur illa infamia (ſi infamia eſt) ſuper actu
momētaneo,tunc debet iudex eccleſiaſticus indicere purgationē cano-
nicā ipſi reo infamato ut in c.presbiter.2.q.4.& toto titu.extra de purg.

Purgatiōis forma.

cano. ¶Cuius purgationis forma erit (ut habetur per Præpoſ.in c. 1. 9
in 2.q.4.& per Spec.in tit.de purg.& Præpo.in c.habet ea.2.q.4.) ut in-
famatus iuret corporaliter,ſuper ſacro ſanctis euangeliis, ſe eſſe immu-
nem a crimine,ſuper quo dicitur infamatus c.accepimus extra de purg.
cano. uel ſpecificabitur in iuramento, ſecundum qualitatem delicti de
quo eſt infamatus.ut ecce ſi quis eſt infamatus de ſimonia;iurabit quod
pro tali eccleſia,uel pro tali re ſpirituali danda,ſeu concedenda : nec ipſe
per ſe,nec per ſubmiſſam,& interpoſitam perſonam,nec alius pro eo ſe
ſciente, precium recepit nec mandauit,nec conſilium dedit, nec aucto-
ritatem præſtitit:nec etiam ratum habuit cap.ſi quis uiduam.l.diſtin.&
2.q.5.c.auditum,& c.quoties extra eodem titulo. & ſic de ſingulis deli-
ctis fiet.demum aſſumuntur compurgatores.arbitrio iudicis;ſecundum
Abb.in c.1.de purg.cano. ſecundum qualitatem perſonæ, & quantitatē
delicti,& infamiæ,ut 2.q.5.c.omnibus.& c.ad liberandū de iu.qui ſimi-
liter iurabunt ad ſancta dei euangelia,quod ipſi credunt illum uerum iu-
raſſe,uel iurabunt quod ſecundum eorum conſciētiam, ille ſit immunis
ab illo crimine:& quod bonum exhibuit iuramentum ca. conſtitutus &

Purgatio erat in uſu, apud Romanos.

c.quoties extra de purga. can.¶Et hæc etiam purgatio,erat in uſu apud 10
Romanos priſcis temporibus:nam cum aliquis de crimine accuſabatur
apud conſules,uel Prætores;deferebat decem, uel plures ciues Roma-
nos,& nobiles,qui affirmabant,eum bonæ,et perfectæ uitæ & conditio-
nis fore:& ſe credere falſo accuſatū.referente Blondo.lib.4.de geſt. rom.

Purgatio an indicatur de facto ſucceſsiuo.

¶Si autem eſſet factū ſucceſſiuum,de quo quis erat infamatus : ut puta, 11
de adulterio,aut fornicatione,aut quouis alio ſimili ; tunc non indicitur
purgatio,ſed iudex eccleſiaſticus,admonebit infamatum,ut uelit purga-
re infamiam illam contra eum exiſtentē,deſiſtendo ab illis operibus,ex
quibus orta fuit infamia ; & inherere virtutibus,nam contraria contra-
riis curantur.diſt.2.de pœn.c.1.ſecundum Abb. in ca.2.de purgatio. ca-
no.& ſic reſtituetur ad officium & beneficiū a quo fuit ſuſpenſus,ut eui-

Scādali ui-

tetur ſcandalum,(ut dixi.)¶Nam ratione ſcandali uitandi,multa conce- 12
duntur

duntur; quæ alias non concederentur, & ideo Bea. Thoma, ſecūda ſecun
dæ. q. 43. art. 7. dicit quod ratione ſcādali ex ignorantia, uel puſillanimita
te prouenientis, etiam ſpiritualia ſunt omittenda, & occultanda, uel etiā
differenda, quouſque ſcandalum ceſſet, ſi tamen ſpiritualia illa non ſunt
13 de neceſsitate ſalutis. ¶ Item ratione ſcandali conſuetudines terrarum
(dummodo non ſint contra animæ ſalutem) ſeruandæ ſunt c. illa 12. diſt.
14 ¶ Infamantibus enim ne ſcandalum oriatur, ſatisfaciendum eſt; ſi tamē
parati ſunt recipere ſatisfactionem, ſi autem, ſatisfactionem recipere no
lunt, non eſt de illorum ſcandalo curandum; ita tamen ſi id de quo eſt in
famia, non eſt in nobis. hinc Chriſtus ratione ſcandali ſoluit tributum. c.
inter uerba 11. q. 3. Et ex illo tex. infero quod purgatio infamati debet
fieri coram ipſis infamantibus ſi adeſſe uoluerint, & publice, adhoc, ut
15 ceſſet ſcandalum illud. ¶ Item ut euitetur ſcandalum, permittitur preſbi
teris, & clericis pueros in fronte chriſmate cap. præsbiteros. 95. diſtinc.
16 ¶ Item ratione ſcandali uitandi, multi qui non poſſunt neque debent ad
ordines ſacros promoueri, promouentur ut in ca. aliquantos 51. diſtin.
17 ¶ Item ratione ſcandali, infamati prælati, presbiteri, & ſacerdotes, tota-
liter remouentur ſi delicta ſunt notoria, & non poſſet aliter infamia tol-
18 li. ca. de his uero. l. diſtin. ¶ Item ratione ſcandali uitandi, aliquando dā
tur defenſiones inquiſitis, conceſsis repertis abſque nominibus teſtium.
ut eſt tex. in ca. fi. de here. in. 6. & habetur per Abb. in c. cū. I. & A. de re.
19 iu ¶ Itē ratione ſcandali debet recedi a iur. ut 23. q. 4. c. non poteſt. & ha
20 betur per Cardi. in. c. 1. in prin. de pœn. ¶ Scandalis enim obuiādum eſt.
cle. 1. de offic. ordi. & ibi. Car. 7. no. et clemen. prima de immu. ubi plene
per Cardi. 1. & in cle. 1. & ibi Cardi. de ſenten. excommu. & cle. penul.
21 in prin. eod. titu. ¶ Nec putes indicendā eſſe purgationem, in caſu quo
crimen aliūde probari poſsit. ut in ca. cum dilectus eod. titu. & ca. ad no
ſtram, & Abba. in c. moniales, & ideo prius debet fieri exapta diligētia,
ut inueniatur delictum, & cum illud reperiri nequit, tunc peruenitur ad
indicendam purgationem. (ut ſupra dixi) in tantum quod donec crimen
eſt probabile, cauendum eſt, ne indicatur purgatio. ut in ca. ſi quis de gra
22 du eod. titu. de pur. cano. ¶ Item eſt notandum quod non debet quis du
plici onere grauari, uidelicet, ut faciat defenſiones ſuper innocentia deli
cti, & ſe purget; nā aut plene probatur innocētia, uidelicet, per teſtes de
ponētes tempore delicti commiſsi reum fuiſſe una cum teſtibus, nec po
tuiſſe committere delictum, quin uidiſſent tunc, quia plene probatur in
nocentia, non eſt neceſſaria purgatio. ſecūdum Abba. in capi. quoties de
purga. cano. aut non plene probatur innocentia, & tunc ſi remanēt indi-
tia ex quibus poſsit ad torturam deueniri, proceditur ad torturam, aut
remanet tantum infamia non purgata, & tunc inciditur purgatio, aut a
principio in informatione nihil conſtabat de delicto, ſed ſola infamia eſt
probata, nec delictum eſt probabile, & tunc non debent dari defenſio-
nes, ſed debet indici purgatio ut magiſtraliter tradit do. Abba. in ca. inter
23 numero 4. extra de purga. canoni. ¶ Et ſi infamatus, cui eſt indicta pur-
gatio, defecerit in purgatione; habetur pro conuicto. & ut conuictus
punitur intelligendo tamen ſecundū domi. Abb. in. c. cum P. extra eod.
titu.

Scādali cauſa, multa permittuntur.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

De eodem.

Scādalis ē obuiādum.

Purgatio in dicitur cū crimen neſcit probari.

Purgatio non inducitur, & dantur defenſiones.

Infamatus deficiens in purgatione.

habebitur pro conuicto.

titu.ut ubi quis in dicta purgatione offerat iuramentum de præſenti,ſed quia non poteſt habere compurgatores,& ſperet de breui habere,et tūc ſtatuitur terminus ut inueniat compurgatores, & interim ratione infamiæ,poteſt ſuſpendi donec ſe purget,aut purgatione recepta,purgandus deficit in ea, ut quia cōpurgatores non depoſuerunt pro eo,& tunc iſte debet puniri ut conuictus. unde ſi delictum ſuper quo quis erat infamatus & modus procedendi ante indictam purgationē exigebāt depoſitionem,iſte deponetur,ſi uero aliam pœnam , illa imponeretur duntaxat. Adde quod do. Ioan.de Ana.in ca.accedens de accuſa.poſt multa tenet ꝙ deficiens in purgatione punietur pœna arbitraria; rationibus de quibus per eū. ¶ Dicit tamen Io.Bernar.Diaz.in ſua practi.in uerbo in qua 24
ſi defecerint; quod licet deficiens in purgatione, puniatur ut conuictus, non tamen iudex ſecularis,habens exequi ſententiam eccleſiaſtici iudicis,debet exequi,ac ſi uere eſſet cōuictus,& ſic ſētit quod ſimpliciter habito aliquo pro conuicto,deberet tradi curiæ ſeculari,ſed adde quod do. Abb.in c.inter numero 5.de purga.cano. dicit quod habitus pro conuicto quia defecit in purgatione, non niſi pro crimine hereſis tradi debet

Opinio do Auctoris.

iudici ſeculari. ¶ Eſt tamen aduertendum,ſecundum do. Abba.in ca inter nume. 3.de purga.cano. quod ſi quis dederit cauſam infamiæ,uiuēdo 25
illicite,& reprobate,licet ſe purgauerit,remanet tamen ſuſpenſus ab officio , & beneficio , donec ſopita fuerit infamia illa. quod ego intelligo

Infamia unde. oriatur, maxime cōſiderandū.

quādo eſt factum ſucceſsiuum,non momentaneum , quia illa fama per actus contrarios(ut dixi)tollitur , non per purgationem. ¶ Item eſt ad 26
uertendum,quod uicarius multum debet eſſe circunſpectus,ut conſideret an īfamia ſit orta ex ꝓbabilibus,et rationabilibus cōiecturis,an nō? & an ab emulis,& perſonis maleuolis,uel fide dignis.& honoratæ uitę, & famæ,nam ſi ab emulis,uel ex non probabilibus coniecturis orta ſit, non debet indici purgatio.ſed de illa infamia non eſt curandum.ut eſt tex.in ca.cum in iuuentute extra de purgat.cano.& ibi.no.domi.Abba. (Adde quod eſt aduertendum ſecundum Præpoſ.in cap.primo.ij.q.iiij. ꝙ ſi in infamia eſt orta a maleuolis,& hoc cōſtat,nec etiā trāſiuit ad fide dignos,ſed inter malos perdurat,& tunc aut inſurgeret ſcandalū ſi non indiceretur purgatio.& tunc eſt indicenda,& ita procedit tex.de purga. cano.ca.cum inter.§.1.& ca.accedens . Aut non inſurgeret ſcandalū ex ommiſsione purgationis,& tunc ſi agitur de purgatione ad finem ut nō impediatur promouendus , & tunc inciditur purgatio ex infamia orta etiam a maleuolis & quibuscunque,cum facilius quis repellatur a promouendo,quam a promoto. Aut purgatio inducitur ad finem ut deiciatur iam promotus,uel ut alia pœna ſibi imponatur ſi non ſe purgauerit, & tunc ex quo remanet infamia inter eos non indicitur purgatio. Aut infamia tranſit ad bonos,& graues,& tunc purgatio eſt indicenda.ut not. glo.in ca.cum dilectus de purga.cano.)nō debet indici purgatio. Adde ultra.dicta per domi. Autho. Abba.in c.at ſi clerici in iij.col.in uerſicul. not.primo,de iudici,ubi ad plenum habes qualiter ex infamia indicenda ſit purgatio,etiā ſi undecunque proceſſerit infamia, uide quæ, addidi ſupra in additione incipien.indicenda purgatio ſub uerbo,non comparentes

rentes

28 rentes contumaces reputentur. Franci. Anto. Mona. ℂEſt tamen notandum ſecundū do. Abb. in cap. 2 de purgat. cano. quod ubi proceditur ad quærelam, non eſt indicenda purgatio infamato; & eſt ratio ſecundum eum; quia purgatio eſt ſubſidiaria. ſ. quando crimē aliter probari nō poteſt, quæ ratio ceſſat. ubi eſt accuſator. & pro hac ſua opinione facit text. in c. ſi mala fama. 2. q. 4. in prin. & facit glo in ca. 1. ea. 2. q. 4. & ibi plene per Præpoſi. ſed in contrarium allegato, tex in cap. ſiquis præsbiter. & in cap. præsbiter el primo ca. 2. q. 4. & ibi not. Præpoſi. dicens quod quādo proceditur per accuſationem, aut accuſatus eſt infamatus ab accuſatore tantum, & tunc non inciditur purgatio, ſed tantum interrogatur per ſantam conſecrationem ſi commiſit delictum abſque iuramento, ſi uero eſt infamatus a turba, & populo, & ab accuſatore, & tunc indicitur purgatio. ℂItem eſt notandum quod ſi quis eſt infamatus leui infamia, debet ſe purgare per ſolum iuramentum. ut in cap. quanto 2. q. iiij. 29

Purgatio nō eſt indicēda ubi ad querelam proceditur.

Op. d. Auc.

Infamatus leui infamia quomodo purgetur

30 ℂ Item eſt aduertendum quod non eſt in poteſtate partis petere indici ſibi purgationem; ſed in arbitrio iudicis, qui habet arbitrium inquirēdi, uel concedendi purgationem. ſecundum Hoſtien. in cap. cum iuuentute de purga. Cano. & Præpoſi. in cap. habet ſecunda q. iiij.

Purgationē fieri an ſit in arbitrio iudicis.

31 ℂBello etenim impeditus, plura addere non potui, cum etiam ſindicatus officium me occupat; ideo in futurum non addita ſi quę erunt addēda, prout tum ingenij Magnifici domi. Autho. per ſpicacia, tum cū abun de ſuo more loquutus extitit, credo quod alia addere non potero, addā quatenus uires expetunt. & me omnibus ſubmitto in debita emendatione in quibus impertinenter dixerim, & proinde ſi quid boni, non mihi, ſed Deo, ſi mali, meæ penitus imprudentiæ, Franc. Anto. Mona.

Vel abſoluantur. cap 35.

SVMMARIVM.

1 Abſolui quis poteſt pluribus modis, & num. 2. 3. 4.
5 Colluſio qualiter probetur?
6 Abſolutione non obſtante. quando abſolutus poſsit accuſari?
7 Ignorantia qualiter probetur?
8 Abſolutus an poſsit iterum accuſari ratione qualitatis nouiter additæ?
9 Abſolutio ab inſtantia iudicij an pariat exceptionem rei iudicatæ?
10 Abſolutus ab obſeruatione iudicis infra quantum tempus poteſt reaccuſari?
11 Abſolutus ſimpliciter qualiter intelligatur?
12 Abſolutio ab obſeruatione iudicij an debeat cauſam continere?
13 Abſolutus propter purgationē factā, an iterum accuſari poſſit?
14 Monitio bina, non requiritur in pręcepto generali, ut imponatur perpetuum ſilentiū?
15 Abſolutus uigore tranſactionis an iterum poſsit accuſari?
16 Abſolutus ab oſeruatione iudicij, a quo accuſari poterit.
17 Abſolutus a crimine deducto per uiam exceptionis an iterato

rato poſsit accuſari?
18 Abſolutus a crimine deducto per uiam demonſtrationis, an accuſari poterit?
19 Abſolutus in foro pœnitentiæ an poſsit iterato accuſari?
20 Abſolutus a crimine ciuiliter deducto, an poſsit accuſari criminaliter?
21 Abſolutus a iudicio inquiſitionis an poſsit accuſari?
22 Abſolutus propter unam qualitatem quam nouus accuſator detrahit, an poſsit accuſari?
23 Abſolutus in foro eccleſiaſtico an poſsit iterum accuſari in foro ſeculari?
24 Abſol'o ab excõicatiõe qũ fiat:
25 Actio iniuriarum an competat poſt annum?
26 Abſoluere an poſsit uicarius ex generali mandato?

Abſolui quot modis dicatur quis

PLVRIBVS enim modis contingit quem abſolui (diſſertiſsime lector.) ℂ Aliquando abſoluitur factis 1
defenſionibus, & probata innocẽtia (ut dicemus infra) aliquando ab obſeruatione iuditij, & ex proceſſatis tantum, & aliquando abſoluitur quis quia infamia tantum erat probata, & facta erat purgatio indicta: ſecundum formam de qua ſupra proximo loco

De eodem.

dictum fuit. & aliquando nec diffinitiue nec obſeruatione iudicij, nec ex inditione purgationis, ſed ab excõmunicatione tantũ. ℂ Primo enim caſu uere & ꝓprie põt, & dici debet ſentẽtia abſolutoria, & diffinitiua: quã 2
do inquiritur quis de homicidio, tamẽ factis defenſionibus, apparet de alio homicidia: & hũc inquiſitũ non fuiſſe homicidiã, participẽ, aut conſciũ: & ꝓpterea tanquã innocẽs abſoluitur, (ut abſolui debet) diffinitiue. & ita intelligitur tex. in l. i. & in fi. C. de cuſto. re. & l. i. §. fi. ff. de quæſt. et

De eodem.

l. cuſtodias & ibi Bar. ff. de pub. iudi. ℂ Et iſto caſu; an talis ſic abſolutus 3
poſſit denuo accuſari aut inquiri? & uidetur dicendũ quod nõ d. l. fi. C. de cuſto. reo. nam obſtat exceptio rei iudicatæ, & innocentiæ. ut l. ij. C. de excep. re. iudi. & l. i. C. quando pro non eſt nec. & l. ſi cui. §. hiſdem. ff. de accuſa. & ibi not. Bar. & habetur in ca. de his extra de accuſa. & hæc eſt

De eodem.

uera concluſio, ab omnibus approbata, tam ſecundum legiſtas quam ſecundum canoniſtas. ℂ Si vero probaretur primum accuſatorem, ſeu iudicem inquirentem colluſiſſe cum accuſato, & doceretur de præuaricatione, tunc ulterius poſſet accuſari, & inquiri ut d. l. ſi cui. §. hiſdem de accuſa. & habetur in cap. in tantum extra de collu. & ibi per dom. Abba. 4

Colluſio qualiter ꝓbetur.

ℂ De colluſione autem, & præuaricatione, poteſt doceri: ſi probetur ꝙ 5
accuſator conuerſabatur cum accuſato, nam tunc præſumitur colluſio; quia ex accuſatione criminali oriuntur inimicitiæ capitales; l. i. & l. ſi ini

Abſolutus quando poſſit accuſari.

micitiæ. ff. de his qui. ut indi. ſecundum Bar. in l. i. §. præuaricationem. ff. ad turpil. ℂ Item ſi ſuperueniſſet aliquis proſequens iniuriam propriã, 6
& probat ſe ignoraſſe accuſationem propoſitam fuiſſe per alium, tũ nõ

Ignorantia qualiter ꝓbetur.

obſtante ſententia abſolutoria, debet ille audiri; & ſic de nouo, poſſet inſtituere accuſationem d. §. hijſdem uide plene per Fel. in cap. de his de accu. in octaua fallen. ſeu in nona fallentia. ℂ Et probabitur ignorantia per 7
proprium iuramentum arg. in ca. nulli de electio. lib. vi. Item probabitur

tur abſentia a loco, tempore accuſationis: uel quod erat in minori ętate. Conſtitutus ut eſt bonus tex. in cap. fin. qui ma. accuſa. poſſ. ſcĩtia enim præſumitur in loco ubi erat fama de accuſatione. et ita concludit d. Abb.

8 in cap. de his de accuſa. ¶ Eſt tamen aduertendum, quod aliquando fuit inquiſitus, uel accuſatus quis de delicto ſimplici, non qualificato, & ab eo fuit diffinitiuè abſolutus: nunc autẽ accuſatur de eodem delicto qualificato: an ratione illius qualitatis additę poſsit iterum accuſari? Bal. in l. ii. §. in tutela in fi. ff. de tute. & ratio. diſtrai. diſputat pro & cõtra, tandẽ concludit quod nõ poſsit denuo agi, & accuſari, aut inquiri; & uide Bal. in l. quicunque colum. 4. de ſer. fug. Bar. in l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. de adul. ubi diſcutit, quæ dicatur qualitas alterans delictum, & quæ non: tandem dicit quod ſi prius fuit intentatum ſimplex factum, demum intẽtatur factum qualificatum, & in primo fuit ſequuta abſolutoria, tunc ſi illa qualitas alterat delictum; poteſt de nouo accuſatio proponi; ſed ſi non alterat delictum, ſed condemnationem tantum ſeu accuſationem, & tunc aut fuit ſequuta abſolutio, eo quia factum non fuit probatum: & non poteſt de nouo accuſari. aut fuit abſolutus, quia illa qualitas quæ fuit neceſſaria: non fuit propoſita; & tunc poteſt de nouo accuſari, ſed quãdo fuit propoſita qualitas pendente prima accuſatione, tunc dicit Bart. in l. ſenatus. ff. de accuſa. quod aut ante nomẽ receptum inter reos, & tunc iudex priorem accuſationem debet omittere, & ſecundam proſequi. quod eſt uerum ſecũdum Sali. in l. qui de crimine. C. de accuſa. ubi iudex habet informationem de qualitate, & noua accuſatione adiecta, ſiue a teſtibus, ſiue a priore accuſatore idem confitente: informatione tamen ceſſante dicit Salic. quod ad huc idem tenet in caſu in quo facto probato, & non qualitate adiecta, nihilominus de facto probato, poteſt ſequi condemnatio: quia iudex non debet dimittere indiſcuſſum ius reipublicę: ſed debet tutiorem partem eligere, quæ eſt; ut iſto caſu ſecundum præferat primo, quia aut qualitatem probauit, & hoc planũ aut factum tantum, & non minus punietur ex iſta ſecunda uice, quã ex prima. & ſic prima ut ſuperuacua eſt reĳcienda, & ſecunda ueluti utilis eſt admittenda. alias in caſu in quo qualitate non probata, ſequi deberet abſolutoria. licet factum eſſet probatum, non credo iudicem de qualitate indubium reĳcere debere primum propter ſecundum. Et quando ſit quod facto probato, & non qualitate poſsit ſequi condemnatio, uel non. ponit Bar. in d. §. quid tamen. ſi uero nomen rei erat inter eos receptum, uel lis cum primo conteſtata: & tunc idem ut audiatur ſecundus, & ſuper prima accuſatione ſuperſedetur, ſed Sali. ibi dicit quod idẽ credit in caſu iſto, ubi qualitate non probata, ſequi poſſet condemnatio de facto probato. alias credit iudicem ſuper utraq; accuſatione debere procedere: quia una non præiudicat alteri in cognitione, & ueritate indaganda; imo una coadiuuat alterã, non tamẽ priorem prius terminabit, quam de ſecunda cognouerit: Si uero hoc euenire: poſt ſentẽtiam in. i. latam, & tunc aut ſententia fuit abſolutoria aut condẽnatoria, & tunc ſi ſimplex factum primo fuit propoſitum, demum proponitur qualitas quæ non diuerſificat delictum; & tunc dicit Sal. vbi ſupra, quod nõ poteſt

Abſolutus an poſsit accuſari ratione qualitatis nouiter additę.

reſt noua accuſatio inſtitui. & eſt ratio: quia abſolutoria lata eſt ea ratione, quia delictum non fuit probatum: & ſic quaſi non fuerit. Et ſi in ſecunda reperiretur idem factum, quod primo iudicio erat finitum: debet obſtare exceptio rei iudicatæ, aut qualitas diuerſificat omnino delictum primo loco intentatum, & tunc poteſt inſtitui noua accuſa- 9
tio, aut inquiſitio.

Abſolutio ab inſtantia iudicii utrũ pariat exceptionem rei iudicatæ.

℄ Secundo vero caſu quando quis abſoluitur ab inſtantia. aut obſeruatione iudicij. aut ex proceſſatis tantum, & tunc iſta ſententia non parit exceptionem peremptoriam rei iudicatæ. ut eſt glo.fin.in l.ſi qui adulteri.C.de adulter. & plene tetigit Paul. grillan. in trac.de rela.Car.in ſecunda q.principali & probatur in l.libellorum de accuſa.canonizata.ij.q.viij.c.libellorum,& facit cap. cum P.de accuſa. & per dom.Abb.in cap.de his extra de accuſa.& an ille idem poſsit accuſare, qui prius accuſauit? vide text.& ibi gloſſ.ij.q.i.ca.prohibentur. 10
vbi habetur quod ille idem & alius admittitur.

Abſolutus ab obſeruatione iudicii infra quãtũ tps poſſit accuſari?

℄ Sed pone quod fuit quis abſolutis ab obſeruatione iudicij,propter accuſationem male conceptam: infra quantum tempus poteſt accuſatio repeti? in quo dicit Præpoſ.in d.ca.prohibentur quod poteſt accuſatio repeti infra tantum tempus,quantum durat ius accuſandi.ſecundum glo.in l.libellorum.ff. de accuſ.ſed eſt aduertẽdum ſecundum eundem Præpoſitum,quod aut quis vult repetere reum,hoc eſt primã accuſationem proſequi: & hoc poteſt facere infra xxx.dies,& ita dicit loqui text.in l. libellorum.§.fin. aut vult de nouo accuſare principaliter,& de per ſe,& tunc poteſt infra tempus,infra quod durat accuſatio.l.accuſatus.ff.de adulterijs pro quo uideatur Alexander in conſilio 64. primo volumine in v.dubio.Forma autem procedendi ad abſolutoriam ab obſeruatione iudicij: ſecundum ſtilum Romanæ curiæ erit. dabuntur enim hæ dilationes uidelicet:nam citabitur accuſator ad procedendum prout de iure, ad primam, deinde iterum citatur ad procedendum prout de iure. ad primam pro ſecunda dilatione. Tertio citatur iterum ad procedendum prout de iure,ad primam pro tertia dilatione, quarto iterum pro quarta dilatione citabitur. 11
exinde accuſatore non procedente, conceditur abſolutoria.

Abſolutus ſimpliciter qualiter intelligatur.

ℭ Sed utrum monachus poſsit puniri, ut eiciatur e monaſterio? Car. in loco citato, dicit quod Zenzel, dicebat, quod non debet taliter puniri monachus, uerum ſi taliter deliquerit, debet in monaſterio in carceribus recludi. & ſic a cõſortio fratrum excludi. 27. q. 1. c. impudicus: & c. ſi cuſtos & c. ſi quis ſacro. de ſimo. c. quoniam ſimoniaca. habebit tamẽ præbẽdã ſed non habebit uocem in capitulo, & ita dicebat debere intelligi iura dicentia monachum eiciendũ de monaſterio, ſeu de conſortio, aut de ouili Card. autem dicit, quod Aluarus; uolebat monachum incorrigibilẽ eiciẽdum de monaſterio. c. cũ non ab homine de iudi. tamen, ſi expulſus uagatur, tenetur eum monaſterium recipere, ne pereat ſalua ordinis diſciplina. c. fi. de regu. ſed ipſe Car. dicit quod Aluarus forte habuit reſpectum, quod ſi monachus tranſiret ad aliud monaſterium, ualeret tráſitus et idẽ Card. in cle. ne in agro uerſic. quia uero de ſta. mo. nu. 5. indiſtincte, dicit, pro nullo delicto monachũ poſſe eici & ſi eſſet depoſitus, ſed depoſito operabitur ut non habeat præbendam, nec uocem in capitulo idẽ tenẽt 48

domi.

Accuſans falſo, qualiter puniatur

49 domi.de Rot.deciſio.236.in anti.¶Item eſt notandum,quod ſecundum
ſtatuta ordinis Beati Auguſt.falſo accuſans, falſum teſtimoniũ reddẽs,
aut falſum teſtem inducẽs, in excommunicationem ipſo facto incurrũt,
& quicunque fuerit conuictus de hoc,per ſex menſes pænæ carceris , in
compedibus mancipari debet & ſecunda,quarta,& ſexta feria in pane,
& aqua tãtum reficiatur,& uoce & officio prædicationis,et lectoriæ(ſi
lector fuerit) in perpetuum careat, niſi cum eo per duo generalia capi-
tula fuerit diſpenſatum.ut de his omnibus habetur in c.44. inci. licet uia.

Famoſos libellos ſcribens, qualiter puniatur

50 ¶Item in eandem pænam incurrit,frater ſcribens alteri litteras diffama
torias ſine nomine,& cognomine.ut habetur in dicto c.44.iuncta addi
51 tione ad d.c.facta.¶Et ſi quis diffamauerit aliquem monachũ apud ali
quam perſonam ordinis non profeſſam de aliquo uicio notabili,per tres

Reuelãs negocia monaſterii qualiter puniatur

52 menſes debet carcerari. ¶Et in eadem pænam incurrit monachus dif-
famans aliquem per litteras uel cedulas in parietibus.ut habetur in ad
53 ditione facta ad dictum.c.44.¶Item qui ſcripſerit literas,per quas perſo
næ ordinis non profeſſæ, negotia & ſecreta monaſterij reuelantur.incur
rit in pœnam excommunicationis & carceris per tres menſes; & in pœ
nam grauioris culpæ ,de qua dixi ſupra ut habetur in d.ca.44.& poſtquã
pœna grauioris culpæ fuerit adimpleta per annum uoce careat,et ſexta
feria ſuper nudam terram ſedens, in pane & aqua ieiunet, a priore loci
recipiet diſciplinam , & nullus poteſt eum abſoluere, excepto generali

Monachus exiens monaſterium qualiter puniatur.

54 priore.ut in dicto.c.44. ¶Item nullus monachus profeſſus,debet exire
monaſterium ſine licentia,& ſi quis exierit monetur primo,ſecundo, &
tertio,ut redeat eadem die,& ſi non redierit,ſic ab ipſo ſtatuto monitus
erit contumax & apoſtata ordinis,& innodatur uinculo excommunica
tionis.Et qui apoſtatauerit,& non cõparet eadem die recepturus diſci-
plinam,prior ſuus ſtatim eum citet,& feret in eum publice(niſi compar
uerit)ſententiam excommunicationis,ſecundum formam traditam in c.
46.ſed ſi monachus ad ordinem redire uoluerit recepturus ordinis diſci
plinam.uſque tertio ſibi porta non claudatur.& tunc recipietur et dabit
diſciplina.ſecundum formam ibidem deſcriptam.Et ſi monachus ſecũda
uice apoſtatauerit, pœna de qua ibi per duos mẽſes puniatur, et tã pro
prima,quã pro ſecunda apoſtaſia.uoce careat,donec poſt annũ , & non
ante fuerit cum eodem per generale,ſiue prouinciale capitulum diſpẽſa
tum.ſi uero ad tertiam apoſtaſiam deuenerit,per tres menſes pœne ſimi
li ſubiaceat,& per annum habitu careat.intelligibilis reditus ad omnia
officia curam animarum habentia & uoce carebit , donec cum eodẽ per
duo generalia capitula diſpenſetur.Et ſi ad quartam apoſtaſiam redierit
ad ordinem non recipiatur,ſed licẽtiatus tranſeat ad alium ordinẽ , niſi

De eodem.

55 uelit ſine uoce perpetuo permanere.ut ibidem legitur. ¶Quod ſi quis
cum ſcandalo de ordine exiuerit,uel in ſeculo inhoneſte fuerit conuerſa-
tus,ſi ſcandalum uno fuerit propter quod debeat incarcerari,per menſẽ
pœnæ grauioris culpæ ſubiaceat,& ſecunda,quarta,& ſexta,feria.in pa-
ne et aqua.ſine diſpenſatione ieiunet.et his tribus diebus in capitulo reci
piet diſciplinam.ex completo menſe,primo, ad habitum,et ad alias obe
di entias reſtitutus,ex tunc ad tres menſes,quarta , et ſexta feria coram

conuentu in pane & aqua in terra ſine diſpenſatione ieiunet. priuatus
prædicatione, & confeſsione donec per generale capitulum cum eo
fuerit diſpenſatum, & ſi receptores prædictam formam non ſeruauerint
per 10.dies, Infra duos menſes, in pane & aqua ieiunent, & nihilominus
qui contra hanc formam fuerit receptus ad pœnas ſupradictas in omni
bus teneatur & uoce in omnibus careat, donec pœnitentiam comple-
uerit & nullus in apoſtaſia exiſtens ad refectorium, & dormitorium fra-
trum, modo aliquo admittatur. ut ibidem & apoſtata ipſe punietur, tam
de delictis cõmiſsis ante apoſtaſiam, quam poſt, adeo quod diligẽter de
uita geſtis ipſius debent inquiri, & nullus in culpis apoſtaſiæ poteſt di-
ſpenſare excepto generali, ut habetur in additio. ad dictum.c.xlvi. & ul
tra ibi additur quod quicũq; monachus ab ordine Sancti Auguſtini apo
ſtatauerit: ſi ſine ſcandalo, per quinq; annos præter alias penas, uoce ca
reat. & qui cum ſcandalo per ſex mẽſes carceri mancipatur, & perpetuo
uoce priuabitur, & qui apoſtatando habitum alterius religionis aſsum-
pſerit, rediens ad ordinem uoce careat, per decennium, ſine diſpenſatio-
ne & per dictum tempus inhabilis redditur ad omnia officia, cum cura
aïarum. & per quinquennium omnibus ſextis ferijs in terra ſedeat corã
fratribus de conuentu. & alias ut in additione dicti c. ¶ Et qua pena pu- 56
niantẽ falſantes, uel aperientes literas generales? uide in capit.xlij. ¶ Et 57
qua pœna puniantur inijciẽtes manus uiolentas in ſuos prælatos, et ordi
natores, & complices? uide in c.43. & de alijs ſpectantibus ad regimen
dicti ordinis, uide in libro. regularum ¶ An autem prior clauſtralis, poſ- 58
ſit per uiam iuridicæ cognitionis, punire & excommunicare monachũ
criminoſum? & uidetur. diſtinguendum; an prior habeat Abbatem ſupe
riorem, an non, ut primo caſu, non poſsit, 2. caſu, ſic; iuxta ea quæ habe-
tur in.c.quanto extra. de offi.ord. per Bar. Inno. & alios in.c.cum in ec-
cleſiis de maio. & obed. &.c. ſicut de ſim. ſed quicquid ſit de iure, ſtãdũ
eſt in hoc, conſuetudini. cum & ipſa poſsit tribuere iuriſdictionem, et eſt
reſpiciendum inter ea quæ reſpiciunt regulam, & quæ non. ut bene no.
Inno.in.d.c.quanto. & habetur per do.de Ro.in deciſſo.cau.dubio 3
¶ Qualiter autem formetur inquiſitio contra monachos? uide quia opti 59
me et ſigillatim deſcribit Specu.in tit.de inquiſitio.§.3.nu.25. ¶ An here 60
mita dicatur perſona eccleſiaſtica? dicas qđ ſic; ſecundũ glo. & Docto.in
l.2.ff.de in ius uoc. & Glo. 16.q.1.c.qui uere. et habetur plene per fely.
in.c.ij.de foro compe.ij. col.uerſ.heremitæ.93.diſt.cap.nulla. Inno.in
cap.monaſterium de ele. ¶ Item eſt notandum quod heremita debet et 61
poteſt conueniri coram Epiſcopo.cap.2.de for.compe. & heremita dici
tur ciuis eius loci in quo habitat. ſecundum Bal.in.l.adoptione.2.col.
cap.de adop.

Falſantes literas generales qua pœna puniatur.

Prior clauſtralis an poſsit punire monachũ criminoſũ.

Inquiſitio contra monachos qualiter formetur.

Heremita an poſsit corã Epõ cõueniri.

Miſcella-

Miſcellanea quædam.

De bigamis. Cap. 37.

SVMMARIVM.

1 Bigamus quis datur. & infra num. 3. & 5.

2 Bigamæ uitium, & irregularitas quæ requirant, Et quis eã contrahit. & infra numer. 4. & 6.

7 Irregularitas ſuſpenſi ab officio, qualiter probetur.

8 Suſpenſi irregularitatem qui & quando committant, & incidant. & infra nu. 9. & 10.

11 Sodomita an ipſo iure, ab ordinis eccleſiaſtici executione ſit ſuſpenſus?

12 In declaratione excommunicationis, ubi lis non conteſtatur, an requiratur citatio?

13 Manus iniectio in clericum facta in uno loco. an abſolui ab alio ordinario alibi poſsit?

14 Clerico matrimonium contrahente, uacat beneficium.

15 Iudicis iuſſui non parere, quando manifeſta oſtenſa dicatur.

16 Curia Archiepiſcopalis, uel Epiſcopalis an fiſcum habeat?

17 Officium fiſci aduocati quis primus inſtituit.

18 Bigamus per ſecularem captus an ad eccleſiaſticum iudicem remittatur?

19 Actio iniuriarum an pro uindicta tantum, uel etiam ad rem reſtituendam competat?

20 Conſuetudo laicorum an clericos liget?

21 Clericus non caute Euchariſtiæ, uel criſmatis ſacramentũ cuſtodiens qualiter punitur. Clericus, uel laicus euomens Euchariſtiam, quomodo puniendus ibidem.

22 Sepultura nunquid publice excommunicato dãda in puncto mortis, ex pænitentiali foro abſoluto?

23 Teſtes laicus deponens falſum uel uarie coram eccleſiaſtico, utrum ab eo puniri poterit?

24 Iudex iniuſte aliquem excommunicans, quando iniuriarum actione tenetur.

25 Periurus num dicatur non ſoluens ſtatuta die, uetante tamẽ iudice temporali?

26 Archiepiſcopus quando religioſos ciuitatis exemptos, ad proceſsionem uenire compellat, Et non uenientes, utrum excommunicabit?

27 In cauſa appellationis, quando appellans, & quando appellatus actus producat.

28 Clericus beneficiatus cogetur ad dicendum horarias præces Romano Pontifice, eccleſia & prælatis ſtatutas.

30 Cauſæ meri, & mixti imperij ſunt iure põtificio delegabiles

31 Iudex laicus, quamuis ad eccleſiam confugientes capere nõ poſsit, arma tamen prohibita ab eis, etiam intra eccleſiam aufert.

31 Clerici a quo iudice de portu armorum puniantur.

32 Timens delicto beneficijs priuari an eius ante ſñiam renunciando

ciando benefaciet.
33 Abſolutus a graui delicto, an beneficia obtinebit.
34 Clerici iudices criminales, ab eis lata, & exequuta ſanguinis ſententia, ultra abſolutionem, ad ordines rehabilitantur.
35 Homicida uoluntarius uolens mendicantium religionem, intrare, ad omnes ordines habilitatur.
36 Petens abſolutionem homicidij mentionem alterius homicidij alias commiſſi, facere tenetur.
37 Excommunicatus maiori excõmun. celebrans, a ſolo Papa abſoluitur.
38 Concubinarius notorius monitus, non dimittens concubinã beneficijs priuatur.
Concubinatus notorius qualiter probetur ibidem.
39 Priuatio propter crimen, non niſi in iuris forma ſignatur.
40 Sententia quæ pro interlocutoria habetur. & quę ipſi de ſtilo clauſula ponatur.
41 Emanata excommunicatione, non reuelans furtum, uel rem furtiuam, an excõicatus.
42 Clericus, pro ſacramento quod exhibet, quando aliquid recipere poſſit.
43 Contractus fæneraticius quando eſt cenſendus.
44 Abbas, nunquid extra clauſtrũ ſecundum diſciplinam monaſticam, poſſit monachum corrigere.
45 Bona monachi uagabundi, & fugitiui cuius erunt.
46 Archidiaconus cui officio comparandus.
47 Archidiaconus, an contra delinquentes in ſuo archidiaconatu, iuriſdictionem habeat.
48 Prælatus Epiſcopo inferior, ſeculare brachium inuocare poteſt.
49 Executio iuſtitiæ de die, an de nocte facienda.
50 Clericus ad eccleſiaſticum iudicem remittendus cum cuſtodia, & eius expenſis.
51 Abbas habens iuriſditionem in moniales, eccleſiis ſibi ſubiectis non poteſt interdicere.
52 Abbas an excommunicare poſſit.
53 Abbas quibus caſibus ab excommunicatione abſoluere poteſt.
54 Abbas inuaſor ſuæ præiudicat eccleſiæ, nec non in aliam incidit pœnam.
55 Abbas ubi citandus.
56 Abbas num contra canonis pęnam diſpenſabit.
57 Abbas propria auctoritate, nunquid eccleſiã intrare, uel eius domos, & hoſtia clauſa rumpere.
58 Abbas non exemptus, & delinquens, ab Epiſcopo corrigitur.
59 Abbati exempto delinquenti, quando exemptionis priuilegium proſit.
60 Pręsbiter, utrum concubinam, cum qua adulterium, uel fornicationem commiſit, abſoluere poſſit.
61 Vir uxoratus accedens ad aliã per adulterium, uel alio modo, quas pænas patietur.
62 Exponens ſe periculo cauſa lucri ſi moriatur, quando in loco ſacro ſit ſepeliendus? uel non.
63 Clericus celebrans non ieiunus, qua pęna puniendus.

De

De Bigamia.

1 QVis enim dicatur uere Bigamus? ℭ Dicas, quod is proprie dicendus eſt bigamus qui ſecundas contraxit nuptias. At alij im proprie dicendi ſunt bigami. ſecundum gloſ. communiter approbatã in c ij. de biga. & probatur in c. 1. & c. debitum de bigam. Hoc etiam procedere ſcias, & ſi quis habuerit diuerſis temporibus duas uxores legitimas, ſiue illegitimam earum alteram eodem tem
2 pore. cap. nuper de bigam. ℭ Eſt tamen ſumme aduertendum quod ad contrahẽdum hoc uitium bigamiæ omni caſu, requiritur quod probetur interueniſſe carnalem commiſtionem. ut eſt tex. in cap. nuper eodem ti
3 tulo & glo. in cap. uni. de cler. coniuga. in 6. ℭ Dicitur etiam bigamus is qui uiduam adhuc primam in uxorem accepit, & cognouit carnali com
4 miſtione. tex. eſt in cap. ſi quis uiolatam 5 c. diſtinctio. ℭ Eſt quoque aduertendum quod non refert quod ad irregularitatem ex bigamia contrahendam, quod matrimonium ſit iure ualidũ, uel nullũ. ſufficit enim ipſe coniugalis effectus. ut probatur in ca. nuper de bigam. requiritur tamẽ, quod hæc uidua, aut repudiata fuerit cognita a priori uiro. ſecundum communem ſententiam. & ita intelligitur c. quotquot 27. q. i. ex Synodo Ancrytana cap. 18. Et licet hic ut bigamus puniatur, minime tamen bigamus eſt, nec uerus, nec fictus, aut interpretatiuus. tex. eſt, in c. ſane el ij. de cle. coniu. & ideo licet ſolus Papa diſpenſet circa bigamiæ irregularitatem, tamen in hac ſpecie Epiſcopus diſpenſabit, etiam quo ad maiores ordines ſuſcipiendos. ut not. Silue. in uerbo bigamus. §. vij. & uoluit
5 Pano. in c. i. & ij. ne cle. vel mo. ℭ Item bigamus eſt, qui etiam unicam uxorẽ habuit corruptam tamen, non uirginem c. debitum ubi Cardi. & docto. de bigam. cap. i. de cle. coniu. in vi. & procedit hoc etiam ſiquis ignorans corruptam uxorem duxerit c. curandum. 34. diſtinctio. & eſt communis ſententia. ſecundum Cardi. in cle. cum ex eo col. i. de ſen. excommu. & hoc etiam habet locum in eo qui matrimonium nullum con
6 traxit cum uirgine corrupta cap. ult. de biga. ℭ Item contrahitur uitium bigamiæ ab eo qui licet acceperit unicam & uirginem, eam tamen poſt adulterium ab ea commiſſum, carnali coniunctione cognouerit: etiam adulterium ignorans c. ſi cuius uxorem. 34. diſtin. & c. ſeq. notant Abb. Ana. & do. in c. 3. de adulte. & habet locum, etiam ſi ex præcepto eccleſiæ adulteram uxorem inuitus cognouerit: Hoſt. in ſumma de biga. q. ix. Capella Tholo. deciſio. 255.

De ſuſpenſio ab officio miniſtrante:

7 Qualiter ergo practicabitur irregulalitas quæ prouenit ab eo quod quis ſuſpenſus ab officio, eius miniſterium exequatur per capit. 1. de re. iu. & cap. i. de ſenten. excommun. in 6. Dicas quod primo deducenda & probanda erit ſuſpenſio ab aliquo actu ordinis eccleſiaſtici, quem ille habet ſicut probatur in cap. is qui de ſenten. excommuni. in 6. & in c. is cui

eodem tit.& not.Innoc.in d.c.i.de ſentent. excommu.in 6. Demum pro bandum erit quod ille fecerit illum actum. ℭEt ideo nec laicus nec fœ- 8
mina poſſunt in hanc irregularitatē incurrere.Item Epiſcopus a pontificalibus ſuſpenſus,licet cum eis celebret non erit irregularis;quia pontificalia nō pertinent ad ſubſtantiam alicuius ordinis eccleſiaſtici.ut omnes fatentur.Item ſuſpenſus a collatione ſacramentorū non eſt irregularis; ſi ea contulerit forma, & ſolemnitate quibus laicus potuiſſet conferre; nam quandoque laicus poteſt baptizare.ſecundum Innoc.in d.c.primo de ſenten. excom. in uerſi.6.Item ſuſpenſus a perceptione ſacramentorum,non eſt irregularis; etiam ſi ſacramenta percipiat. Perceptio. enim ſacramentorum non pertinet ſpeciali iure ad aliquem actum ordinis eccleſiaſtici:cum & laicis competit.Item excommunicatus minori excommunicatione,licet celebret miſſarum ſolemnia; & ſit ſuſpenſus a perceptione ſacramentorum non eſt irregularis. ca.ſi celebret de cler.excōm. mi.& ibi Abba.peccat tamen grauiter. ℭQui autem celebrauerit intra 9
eccleſiam,& fuerit ſibi interdictus eccleſiæ ingreſſus; erit irregularis ca. is cui de ſentent.excommu.in 6.licet Innoc.in d.cap.primo tenuerit contrarium.quod falſum eſt:ſecūdum Couar.in repet.clemen.ſi furioſus de homi.§.1.prima parte nume. 1.in fi. ℭRequiritur etiam ꝙ ſuſpenſio ſit 10
facta ab homine in iudicio in foro iudiciali propter delictum. ſecundum Inno.Ioan.And.& omnes in cap.ſi celebrat de cler.excommu.mi. & ibi Panor. & Dec. conſi. 141.

De Sodomita.

ℭAn Sodomita ſit ipſo iure ſuſpenſus ab ordinis eccleſiaſtici executio- 11
ne,adeo ut interim in eodem ordine miniſtrans ſit irregularis? dicas ꝙ propter grauitatem criminis practicandum eſt; ꝙ ſic, etiam ſi occultus fuerit; & etiam peracta pœnitentia;& ideo interim celebrans erit irregularis ea irregularitate quæ a ſolo Papa deleri poteſt, ſecundū Do, Ant.& alios in ca.niſi cum pridem §.1.de renun.Et in cap.vlt.de tempo. ordi.Bellenzi.in apoſtillis ad Panor.in c.clerici de exce. præla. Hoſtien. & Ioan. And. in d.cap.niſi cum pridem.§. 1.Archi. Dom.& Præpoſi.in ca.de his el ij.50.diſt.quam opinionem defendit Cæſ. de Lam. in tract. de iu.patr.prima parte ſecundo lib. q.9.art. 18.num.4.& late Couar. in cle.ſi furioſus de homic.§.primo in prima parte num.6.

ℭSi contigerit peti ꝙ declaretur aliquem incidiſſe in canonem ſiquis 12
ſuadente 17.q.4.ut denuntietur excōmunicatus,& euitetur a Chriſti fidelibus;licet non requiratur litis cōteſtatio,quia ſummarie debeat procedi,& cum cauſæ cognitione Cle. præſenti de cenſi.ca.1.& ſecundo de pœn. Rot. deciſio.54.ſi petatur in nouis & 504. nota ſi petatur in antiquis tamen citari debet Milis in repert.in verbo citatio uerſic.87.

ℭAbſolui an poſsit clericus,ſeu laicus ab iniectione manuum in perſo- 13
nam eccleſiaſticam,facta in ſua patria:ſi reperiatur poſtea ſtudere in ciuitate Salerni ab Archiepiſcopo Salernitano? Dicas ꝙ ſic, ſi non eſt grauis talis iniectio,ſecundum Guliel.de monte Sau,in cle,dudum de ſe-
pul.

pul.ſuper uerſ. nullatenus audiatur, Inno.in c.omnis de pœn. & remiſſio. Tholoſan.in deciſio. 231.

14 ℭSi clericus contraxit matrimonium : eo ipſo vacat beneficium, ita tenet Colle.in c.i.de cler.coniug.& tenet Capel.Tholo.in deciſio.239.

15 ℭOffenſa manifeſta an dicatur non parere iuſſui iudicis? dicas ꝙ ſic. quando non paret quis in iis iuſsibus quæ conſiſtunt in faciendo, ſecus ſi conſiſtunt in ueniendo. ſecundum Inn.in c.ſolet ſuper uer. manifeſta in cap. primo de ſentent.excommu.in 6.& ibi Archid.uerum eſt aduertendum in ſecundo caſu, ꝙ ſi quis ſe contumacem ſatetur, uel alias de contumacia ſua conſtat, quia forte prędixerat in iudicio ꝙ minime compareret, & tunc talis contumacia eſt manifeſta: et manifeſta offenſa reputatur. ut eſt tex.in cap.uenerabilibus eodem tit.& not.in cap.ex parte & cap.cum olim de uerbo. ſignific.& uoluit Dom.poſt Ioan.And.in cap. ſolet ſupra alle.& Cappe.Tholo.in addi.deciſio.265.

16 ℭFiſcum an habeat curia Archiepiſcopalis, uel Epiſcopalis? alias Neapoli Magnificus Dominus Octa.de curtis Regius Aduoc.fiſci, dixit mihi loquenti, ſeu fiſcalem nominanti in noſtra curia, hoc ipſum deiictum eſt ſentiens non eſſe bene, dicere, ꝙ curia Archiepiſcopalis habeat fiſcū eiusque dictum poteſt fundari in dicto Bald.in l.i.C. de priuile. fiſ.& videtur ſequi Ioan.de Pla.in l.i.C.de iur.fiſ. lib. 10. Sed ego dico contrarium. per glo.in ca.quia propter diuerſitatem de conce.præb.in verſicu. præter in fi.& ibi Anto.& Imo.in v.col.& ibi Sicul.& Ioan.de Ana.in cap.excommunicamus de hære.Fran.& Ioan.de Imo.in cle.ii.de hære. Rot.in antiq.deciſio.815. Aufre.in Add.Cappel.Tholo.deciſio.284.

17 ℭOfficium autē aduocati fiſci diuus Hadrianus Imperator primus inſtituit. de quo Capitolinus ī Macrino, et uetus hęc īſcriptio meminerūt.

Q. HORTENSIO Q. F. COL. FAVSTINO ADVOCATO FISCI. PRAEF. FAB. R.

18 ℭClericus Bigamus captus per iudicem ſecularem an debeat remitti ad iudicem eccleſiaſticum? dicas quod ſic. ſecundum Cappel.Tholoſa: in deciſio.117.

19 ℭActio iniuriarum non ſolum competit pro uindicta, ſed etiam conſecutiue ad reſtituendam rem. ita Cappel.Tholoſa.deciſio. 145.& ideo ratione intereſſe, poteſt agi actione prædicta, & ſic ſi tu detines rem meā: poſſum agere dicta actione. vt Aufre.ibi in addi.& uide glo.in c.parrochianos de ſenten.excom.& ibi Fel.& Sicul.

20 ℭVtrum conſuetudo laicorum liget clericos? dicas quod non ita tenet Cyn.in l.fi.C.quæ ſit lon.conſue.Colle.in c.cum appell.de priuil. Hoſt. in ſumma tituli.de con.& per Inno.in rub.de conſue. & Cappella.Tholoſa.deciſio 153. uide ibi Aufre.& Guid.Pa.deciſio.69.

21 ℭClericus minus caute dimittēs Euchariſtiā, uel Chriſma : quāuis nihil nepharium inde contingat: tribus menſibus ſuſpendi debet, ſed ſi quid nephandum inde contigerit: grauiori pœna, iudicis arbitrio, plecti debet cap.primo de cuſto. Eucha. Si quis autem per ebrietatem, uel uoracitatem

citatem euomat Euchariſtiam.40.diebus pœniteat,ſi laicus ſit,ſi clericus, monachus,diaconus,uel præsbiter.70.diebus. Epiſcopus uero nonaginta ſi per infirmitatem contingat,ſeptem diebus pœniteat.de conſ.diſt.2. ſi quis per ebrietatem.ſecundum Hoſt.in ſumma de cuſto.Eucha.§.fi.& Aufre.in deciſio. Cappel.Thol.218.

22 ¶Sepultura nunquid poſsit dari excõmunicato publice in puncto mortis,& foro pœnitentiali abſoluto? Collect.tenet q̃ ſic.in cap.fi.de ſepul. maxime ſi auctoritas officialis,uel vicarii interuenerit.ita Cappel.Tholoſa.deciſio.368.

23 ¶Teſtis laicus deponens falſum corã eccleſiaſtico, uel uarie,an poſsit ab eo puniri, & torqueri? dicas q̃ ſic.ſecundum Innoc. in c.ex tenore in glo.fi.de reſcrip.& cap.dilectus de pœn.& in ca.1.de cri.fal.Spec.in titu. de teſte.§.1.uerſic.idem opponitur cum uerſic.ſequen. & uoluit Cappel. Tholo.deciſio.378.& Aufr. ibi in addit.

24 ¶Iudex excommunicans aliquem iniuſte,nõ tenetur actione iniuriarũ, niſi dolus interuenerit,uel ferat ſententiam,contra ſubditum, uel contra legem expreſſe,per tex. & glo.in l.iniuriarum.§.item labeo.ff.de iniur. & uide glo.in cap.ſacro de ſenten.excommu.& ibi per Colle.& per Archid.in c.ſtatuimus lib.6.Capp.Thol.in deciſ.397.& ibi Aufre.ib addi.

25 ¶Periurus an dicatur qui non ſoluit ſtatuta die,uetante iudice temporali? dicas quod ſic.ſecundum docto.in c.ſignificauit de cenſi.& ibi Coll. & Hoſtien.& Cappel.Tholo.deciſ.402.quod intelligit ibi Aufr. procedere quando ſine iuſta cauſa inhibuiſſet.alias ſecus.

26 ¶Archiepiſcopus an poſsit compellere religioſos ciuitatis exemptos uenire ad proceſsionem? Dicas quod ſic.pro quo eſt tex.in cap.nimis el ij. de excep.præla.& hoc ſi nõ ex leui cauſa fieret proceſsio,& ita tenet Sicul.in d.c.nimis.& in c.dilectus de offi.ordi.& idem erit in ſimilibus magnis cauſis ut poſsint compelli. Si tamen nollent uenire non poſſent per Epiſcopum excommunicari per cap.1.de priuile.lib.6.& ita tenet Cappel.Tholo.deciſio.584.& ibi Aufre.in addit.

27 ¶Alias fuit coram me dubitatum:nunquid appellans,uel appellatus debeat in cauſa appellationis producere acta facta in cauſa dicas quod ſi reus qui appellauit,fuerit condemnatus:actor originalis debet probare ſententiam iuſtam.Nam reus eo ipſo docet eam iniuſtam.ſi nõ apparet iuſta.Si uero reus fuerit abſolutus:actor appellans debet probare iniuſtam,oſtendendo quod in prima eius inſtantia probauerit eius intentionem.ita Guliel.de mo.lau.in clem.ſi.de appel. ſequitur Specu.in titu.de ſenten.§.ſi.uerſic.& ſuper hoc. & hæc procedunt quando appellatur a diffinitiua:at ſecus,ſi appellatur ab interlocutoria, quia ſemper appellans ſiue ſit originaliter actor,ſiue reus: ſemper debet in cauſa appell. producere acta ad iuſtificandum eius appellationem eſſe iuſtam.ita Guido.Pa.in deciſio.20.

28 ¶Clericus beneficiatus poteſt cogi ad dicendum orationes, & præces horarias priuatim,a Romano Pontifice,& eccleſia prælatiſve inſtitutas, alioqui tenebuntur reſtituere fructus beneficij quos percepit eo tempore, quo a dicendis præcibus canonicis ceſſauerit,ſecundum Calder.

in

in cap.primo de celeb.miſſ dom.in cap. ultimo de reſcriptio. in vi.not. Dec.in cap.cum omnes 2.lectio.col.2.de conſt.Ripa.in l.ult.q.66.C.de reuoc.don.licet contrarium tenuerint.Abba.& Card.in d.c.1.Præpo.in ſumma in 44.diſt.Silueſt.in uerbo clericus 4.q.23.Fel.in c.poſtulaſti.nu me 7.de reſcrip.tamen Sinodus lateranen.ſub Iulio ſecundo ſeſsione.9. priorem opinionem approbauit.ſi tamen clericus beneficium ſex menſibus tenuerit. Et huius decreti meminit Bern.in pract. crim.cap.xlix.& Couarr.in lib.uaria.reſolu.c.13.in fine.

29 ¶Cauſæ meri,item mixti imperij delegabiles ſunt iure pontificio ſecundum glo.in c.in Archiepiſcopatu de rapto.glo.in c.peruenit.97. diſt.& hanc dicunt communem eſſe ſententiam.Pan.Imo.& Alcia.in ca.quo ad ſedem de offi.ord.nu.76.Iunior.maxime.Cur.in l.1.ff.de of. eius & latiſsime Couar.lib.2.uar.reſol.c.20.

30 ¶Iudex laicus licet non poſsit fugientes ad eccleſiam inuitos abducere poteſt tamen ab eis arma prohibita,& legibus uetita etiam intra eccleſiam auferre.delinquit enim is qui fert arma prohibita. & ideo cũ hoc delictum in eccleſia committit,a iudice ſeculari puniendus,aut ſaltẽ armis priuandus. Nam regulariter arma prohibita ſunt, & item eorum uſus uetitus tam clericis,quam laicis,tam intra eccleſias,quam foris.l.i. C.ut armo.uſus.lib.xi.c.clerici arma de uit.& honeſta.cle.tradunt late. Corn.conſi.20.lib.3.Soc.regu.30 Catell.Cott.in uerbo armorum.Tira quel.in trac de nobili c.20.nu.66.& eſt tex.in c.i.§.ſi clericus.de pac.teñen.& Couarru.lib.ſecundo uari.reſolu.cap.20.nu.18.in uerbo triceſimo ſexto.

31 ¶Clerici de portu armorum a iudice eccleſiaſtico ſunt puniendi. ſecundum Io.de Platea.in §.item lege Iulia.inſti.de pub.iud.Ioan.lup.in cap. per ueſtras.2.no.§.i.nu.13.& uoluit.Couarru.in d.loco.

32 ¶Si quis timet priuari beneficijs propter delictum,antequam proferatur ſententia,debet renũciare beneficijs in fauorem alicuius amici,a quo poſtea poteſt eadem beneficia iterum conſequi ut docet Abba.in c.tan ta in 2.no.de exce.præla.& in c.licet hely. in glo. ſuper uerbo infamis de ſimo.& hæc procedunt quando ſententia eſſet perferenda,ſecus autem,quando ſententia per ſtatuta profertur.late Gomeſ.in c.2. de conſti.in 6.nu.41.

33 ¶Abſolutus licet ſit quis ab homicidio,ſimonia,uel a quouis alio delicto graui,non per hoc poterit beneficia obtinere,niſi rehabilitetur.ſecũ dum Dom: Pet.Reb.ſuper concor.ſub rubrica de ele.dero.in uerſi.rehabilitationibus.& rehabilitatio debet eſſe clara & expreſſa, alioqui non prodeſſet,quia ſtricte interpretari debet.Prouincial.fo.44.uerſi.quod ha bilitatus ad alias.& uoluit Quint.Mando.in praxi.ſigna in ut.Abſolu.& reha in prin.

34 ¶Illi qui fuerunt officiales,uel iudices in cauſis criminalibus, & tulerunt ſententias ſanguinis,quibus ſequuta fuerunt ultima ſupplicia, debent rehabilitari ad ordines,& beneficia,ultra abſolutionem. & cõcedi tur rehabilitatio etiam in alteris miniſterio.& ad beneficia quæcunque, & hęc rehabilitatio eſt neceſſaria.quia tales ſunt inhabiles,& irregulares

cap.i. & ſequẽ.51.diſtin.cap.clericis. & ca.ſententiam de cle. uel mo. ca. ex litteris de exce.prælа. Staphil.ſuper ſigna.fol. 193.a tergo.

℄ Homicidæ uoluntario; religionem mendicantium ingredi uolenti, da 35
tur rehabilitatio ad omnes ordines, etiam in altaris miniſterio. arg. tex. in cap.i.de fil. præsbi.ubi illegitimi ad ſacros ordines promoueri prohibentur; niſi fiant monaci: quaſi monachatus delictũ purget,ſeu debeat, uel tollat irregularitatem, uel ſaltem Papam ad diſpẽſandum facilẽ red dat. cap.i.de eo qui ordi.fur.ſu. & Staphil.ubi ſup.fol. 93.

℄. Qui autem petere vult abſolutionẽ aut rehabilitationem ab homici- 36
dio, debet facere mentionem alterius homicidij alias commiſsi, uel ſimilis delicti; alias gratia omnino erit inualida. Et ſicut tunc homicida poſſet in pœnam capitis damnari.l.capitaliũ uerſicul.quod ſi correctæ.ff.de pæn.l.nemo deinceps .C.de epiſc.audie.ita poterit obtenta dicta gratia ſecundum Parſ.conſi. primo num.70.lib. 1.& uoluit Quintilia.mando.ĩ praxi. ſigna. in verbo Abſolutiones & reha.

℄ Excommunicatus maiori excommunicatione, celebrans irregularis 37
efficitur.& a ſolo Papa habilitari. poteſt cap.i.ante fin.de re.iudi.lib.vi. Gemi.in cap.i,§.caueant num.3.uerſi. nota quod ſolus Papa de ſentent. excommunicat. lib.vi.& hæc habilitatio difficile obtinetur ſecundum Mandos.ubi ſupra in fin.

Concubinarius notorius ſi monitus concubinã non dimittat beneficiis 38
priuatur ; quæ conſequenter impetrari poſſunt cap.ſicut & cap.ſi autem de coha.cleri.vel mulier. Staphil. ſuper ſigna fol.78. uerſic.notorius , & fortius dicit procedere in ſodomita ca.mulier 15.q. 1. Notorius concubinatus probabitur,ſi teſtes dixerint quod uiderunt talem teneri pro filio, uel pro concubina in lecto,& ſic uiſa fuit teneri a totò populo, vel a ma iore parte populi, & ſic etiam habetur a maiori parte populi , uel viciniæ,& cognoſcentibus eum,ſecundum Anto.But.in trac.de noto. in colum. pen.num.69.

℄Priuatio propter crimen,non ſignatur niſi in forma iuris : ideſt niſi il- 39
le priuandus veniat ſecundum Staph.ſuper ſignatu.fol. 67.uerſi.poſtremo,nec etiã apponitur clauſula conditionalis,ideſt ſi priuandus uenerit. ſecundum Mando.in ſigna.in uerbo priuationes.

℄ Sententia excommunicationis , ſuſpenſionis , uel interdicti habetur 40
pro interlocutoria.& ponitur de ſtilo clauſula, uocatis, nota. gloſ.ij.q. 1. in ſumma.nec proprie debet appellari ſententia.uide Archi.xviii.diſtin. cap.ſi.nec tranſit in rem iudicatam quin poſsit ſemper agi per uiam quęrelæ ut not.in ca.ſacro de ſenten. excom.

℄ Excommunicatione an innodatus exiſtat ille qui ſcit aliquem cõmi- 41
ſiſſe furtum,uel habere rem furto ſublatã , & nõ reuelat emanata excõmunicatione contra ſcientes,& nõ reuelantes. ſi ponatur eſſe periculum, & ſcandalum reuelanti,uel non poſſe probare;dicas quod non;ut colligitur a doctoribus in cap.ſiquis cum fure de fur.& in l.ciuile.ff.eod.titu. & de ſimon.cap.nemo.& cap.ii.de offic.ordi.& in cap.placuit vi.q.ii.& cap.ſi peccauerit ii.q.i.& in cle.de here.& late per Hiero.Pau.barchin. in pract.cancella, fol.295.

Clericus

42 ¶Clericus poteſt recipere aliquid ratione ſacramenti quod exhibet quãdo exactio præcedens non dedit cauſam conſuetudini ca. ſuam & ibi Abba. Aduerte quod ſi obtentu conſuetudinis aliquid pro ſacramẽtis recipitur: ſi ſumus inducenda conſuetudine, preſumendum eſt quod magis ex cupiditate procedat quam aliter; niſi conſtet de contrario. quando uero ſumus in inducta, nec apparet de origine, ex qua cauſa, præſumendũ eſt ex liberalitate, potius. aut alia cauſa approbata a iure. puta, loco decimarum, cenſus, ſeu alterius iuris, uel quod ſit in diuinum cultum conuertendum. ut dicit Io. de Ana. poſt. alios in cap. ad apoſtolicam de ſimo. ex his enim cauſis coſuetudo iſta habet compulſionem, & non peccatum. ſecundum Aegi. in conſi. xxxi. quod mulier col. iij. & ideo ſi conſuetudo eſt quod in morte alicuius præsbiter habeat certum quid, uel in ſponſalicijs, uel aliter, ualet. illa conſuetudo ita Caſsiado, deciſione prima titu. de conſuetu.

43 ¶Contractus fœneraticius cenſendus eſt ex pacto de retrouendendo ex modicitate præcij de iure canonico, ſecundum magis communem opinionem. ſecundum Caſsia. deciſi. prima de uſur.

44 ¶Vtrum Abbas poſsit corrigere, & punire monachum ex tra clauſtrũ, & monaſterium ſecundum regulam diſciplinæ monaſtichæ? Colle. in c. quanto de offi. ordi. refert Hoſtien. dicere quod non, ſed ipſe Colle. credit contrarium. & hoc tenet Laud. in cle. dudum de ſepul. cuius contradicit Zenzel. in ca. ij. de conſti. ſed poſtea concordat Aegi. de bellam. in d. cap. quanto dicit ex mente domini ſui quod quidam ſũt qui habẽt iuriſdictionem cum territorio, & ratione territorij; & illi extra territorium nihil poſſunt l. fi. de iuriſd. om. iudi. c. 11. de conſtit. alij habent iuriſdictionem abſque territorio, nec ratione territorij, ſed habent iuriſditionem ſolum in certa capita perſonarum, & iſti poſſunt ubique eorum iuriſditionem exercere in perſonis ſubiectis. & ſic habes ueritatẽ caſus.

45 ¶Quid ſi monachus eſt uagabundus, aut fugitiuus, cuius erunt eius bona? Colle. in ca. quanto de offi. ordi. diſtinguit quod aut loquimur de fugitiuo, & erunt bona monaſteri. l. per ſeruum. C. de acquir. poſſe. l. ancillam. ff. de lega. primo aut loquimur de eiecto, & tunc ſi ſit eiectus p ſolũ Abbatem, non nocebit monaſterio, ſi autem conuentus conſentit, & tũc ſi tranſibit ad aliud, illi acquirit. alias Epiſcopo. & ita tenet Aegid. bellam. in d. cap. quanto num. 9

46 ¶Archidiaconus cui officiali æquiperari poſsit? Innoc. in cap. ad hæc. §. item in epiſtola de offi. Archidia. dicit poſſe æquiparari defenſoribus ciuitatis, ut uſque ad trecentos aureos audiat cauſas ciuiles, & de minoribus criminibus cognoſcat, & in maioribus criminibus reum capere & ad Epiſcopum mittere, & modicam etiam mulctã indicere poſsit, finaliter dicit Inno. quod ſibi non placet dicta æquiparatio, quia non ſunt dignitates eccleſiaſticæ ordinariæ, ſicut de iure ciuili, ſed ſecundum conſtitutiones eccleſiaſticas, & ſecundum illam debẽt exercere iuriſditiones, & non ſecundum leges ciuiles. Aegid. de bellam. ibidem ſe remittit ad cap. dilecti de iudi. & cap. primo de dol. & cõtu. & idem tenuit do. Abb. ibidem dicit tamen quod quæ ſint leuia delicta relinquatur arbitrio iudicantis,

cantis,& quod ex legibus informet arbitrium quando non inuenit ca-
nones.

¶ Vtrum Archidiaconus habeat iuriſditionẽ in delinquentes,uel cõtra- 47
hentes in ſuo archidiaconatu? Inno.in cap. ad hæc.§.item in epiſtola de
offi. archi. dicit quod non quia archidiaconus non habet territorium.ſed
in ca.cum contingat de foro comp.tenet contrarium prout aduertit Ae
gid.Bellam.in d.§.item in epiſtola,& eum in hoc ſequitur.

¶ Prælatus inferior Epiſcopo,poteſt in exercenda iuriſditione ſibi com 48
petente,inuocare auxilium brachij ſecularis. Abb.in cap.dilecta ij.not.
de maior.& obed.faciunt not.in c.ut dominicis de parro.

¶ Executio corporalis iuſtitiæ debet fieri publice de die, & non de noc- 49
te:alias præſumeretur contra officiales.ita Guliel.de bened.in cap.rai-
nuntius in uerbo mortuo itaque teſtatore.nu. 107.

¶ Clericus remittendus ad iudicem eccleſiaſticum, remitti debet cum cu 50
ſtodie;expenſis tamen ipſius clerici Aufre.in cle.prima de offic.ordi.q.
ij.num.22.Idem Aufre.in Cappel.tholoſ.273.Nicola.Boer.Deciſio.303
colum.penul.Bal.in l.generaliter.§.his præſentibus. C.de reb. cred.& ſi
clericus erit pauper remittendus erit expenſis Epiſcopi ſecundum eoſdẽ
& uidetur notare Bal.in tit.de pa.conſtan.§.ſi iudex.

¶ Abbas habens iuriſdictionem ordinariã in moniales, nõ poteſt in ec- 51
cleſiis ſibi ſubiectis ponere interdictum.ſed bene poteſt ſuſpendere ab
officio & beneficio.ſecundum Inno.in c.dilecta in glo.in uerbo ſuſpen-
dat de maio.& obed.

¶ Abbas poteſt excõmunicare.ſecundum Inno.& doctor.in c.volentes 52
de priuile.in c.uolentes in glo.in verbo locum habere, & glo. 1.q.1.de
perſona.&.c.ſignificaſti de for.compet.& c.cum ab eccleſiarũ de offi.
ordi.& c.dudum de electio.&.c.quanto de offi.ordi.

¶ Abbas an poſsit abſoluere ab excommunicationibus a iure inductis? 53
Abb.& Fely.in c.monachi de ſenten.excomm.dicunt quod nõ:niſi quã-
do monachus intuliſſet uiolentiã in alium monachum,ſeu nouitius eiuſ-
dem monaſterij,& niſi eſſet Abbas habens iuriſdictionẽ quaſi epiſcopa
lem,& niſi eſſet excommunicatio ex cõſtitutione ipſius regulæ;quia tũc
Abbas poteſt abſoluere.Et niſi ipſe Abbas excommunicaſſet:quia ad eũ
ſpectat abſolutio.ut idem Felyn.vbi ſupra.

¶ Abbas inuaſor præiudicat eccleſiæ ſuæ;ſi fecit inuaſionem communi 54
cato concilio,& tunc incidit in conſtitutionem.l.ſiquis in tantam.C.vn-
de vi.ſecundum Bart.ibi.poſt glo.col.4.verſi.quæro quid de Abbate.&
ibi ſequuntur Bal.& Decto.2.col.verſi.ſequitur de Abbate.

¶ Abbas debet citari ad monaſterium. l.omnes la.:in princ.& ibi Bald. 55
2.not.C.de epiſc.& cle.& Innoc.in c.ex ore circa med.de priuile.

¶ Abbas an poſsit diſpenſare contra pœnã canonis? dicas quod in cano 56
nibus imponentibus legem ſeu pœnam Epiſcopis,& ſuperioribus.ſolus
Papa diſpenſat:niſi in illo canone, uel alio diſpenſatio cóncedatur infe-
riori.c.dilectus de tempo.ordi.ſed in canonibus imponentibus pœnam
ſe legem Abbatibus, uel inferioribus Epiſcopi poſſunt diſpenſare.c.nu-
per de ſenten.excomm.niſi in illo canone,uel alio Papa ſibi reſeruaſſet;

Abbates

Abbates autem non diſpenſat niſi in illo canone, uel alio eſſet cōceſſum; & hoc in foro contentioſo, ſecus in foro animæ. ſecundum Cardi. in cle. prima. §. ſi qui in ſecunda oppo. de priuile. & ex ce. priuile.

57 ¶ Abbas non poteſt propria authoritate intrare eccleſiā, uel domos eccleſiæ clauſas; nec hoſtia rumpere, licet poſsit propria autoritate expellere reſiſtentem, quando uult uti iure ſuo. ſecundum Innoc. in c. 1. circa med. uerſi. & idem. & eadem ratione extra de immu. eccle. & ſecundum Florian. in l. 1. §. 1. ff. de ſer. ruſt. præd.

58 Abbas ſi non exemptus, & deliquit corrigi debet per Epiſcopum. ut in c. Abbates. 18. q. 2. & c. 1 & c. per exceptionem de priuile. in 6.

59 ¶ Abbas exemptus ſi deliquit, an ēt proſit priuilegium exēptionis? Bar. in. l. fi. ff. de conſti. princ. dicit, aut deliquit in caſu de quo ſpecialiter eſt exemptus, & tunc prodeſt ſibi exemptio, ut non conueniatur coram ordinario, aut deliquit in alio caſu, & tunc aut conuenitur ratione publicarum functionum, & ſibi non prodeſt, ſi uero conueniatur alia ratione, & tunc, aut data eſt exemptio loco, & perſonæ, aut perſonæ tantum, primo caſu, aut exemptus deliquit in territorio ordinarij, & exemptio ſibi non prodeſt, ſi uero deliquit in loco exempto, uel in alio loco qui non ſit de iuriſdictione ordinarij, tunc coram ordinario conueniri non poteſt. Si uero eſt data exemptio perſonæ tantum, & tunc, aut data eſt ratione dignitatis, aut præminentiæ, & tunc recurras. ad. l. 2. C. ubi ſena. aut eſt data ratione publicæ utilitatis, & tunc, aut delictum eſt enorme, & commune, & tunc coram ordinario poteſt conueniri, aut eſt ſingulare, & tunc habet locum id quod ſcribitur in. l. pen. C. de iuriſd. omn. iud.

60 Nota caſum ſingularem qui multū placebit præsbiteris quod licet prohibeatur ſacerdoti fornicari cum illa quam recepit ad pænitentiam; poteſt tamen abſoluere concubinam cum qua commiſit adulteriū, uel fornicationem, & illi pœnitentiam dare, etiam de illo peccato commiſſo cū ea, licet gloſſ. in c. omnes 30. q. 1. dixerit id non procedere in præsbiteris græcis qui non poſſunt ſuas proprias uxores de confeſsione audire, quia peccatum adulterij non confiterentur. plenarie hoc etiam tenet. Iaſ. in. l. gallus. §. & quid ſi tantum, ff. de libe. & poſth. in uerſi. facit quod in ſimili. Non tamen poteſt ſacerdos dare licentiam ſuæ concubinæ quod in concubinatu permaneat. glo. in. §. clericos autem uerſi. ſi uero diaconus in uerbo accipere in Auth. de ſanct. Epiſc. coll. 9.

61 Nota quod uir habens uxorem, & accedit ad aliam per adulterium, uel extra figuram matrimonij, ultrā alias pœnas debet priuari a communione, & a cætu hominum alienari quandiu a conſortio uxoris fuerit ſeparatus, & ſi ſemel. uel bis, aut ter monitus non redierit, priuatur ſua dignitate. & non poteſt ferre teſtimonium, donec ad uxorem, redeat. cap. præceptum. 32. q. 5. habetur per Bal. in. c. lator de re. iudi. quem ſequitur Fely. in. c. quæ in eccleſiarum. 7. col. de conſtit.

62 ¶ Aduerte quod ille, qui occaſione turpis lucri ſe in periculo poſuit, ſi moriatur, uel occidatur non eſt ſepeliendus in loco ſacro, ſed in cimiterio canino uidelicet, in prato, uel alio loco non ſacro. argum. l. 1. §. ad beſtias. ff. de poſtu. & l. furti. §. pactus uerſi. humanitatis. ff. de his qui nota. infam. ſecus,

cus, ſi id contingeret occaſione lucri liciti Iacob.de bello.uiſ.in ſua pra. in tit.de quæſt.

¶ Qua pœna puniatur clericus non ieiunus celebrans? Ioann.Berna.in ſua practi.in uerbo non ieiuni, dicit quod attenta perſonæ, & exceſſus qualitate,ac facti publicitate, pœna carceris,aut ſuſpenſionis plectetur. Quod quidem ante eum,uoluit Ana.in.ca. ſi conſtiterit de accuſa. Et per iſta cum laude omnipotentis DEI,eiusque matris Virginis MARIE, ac beatorum Seuerini,& Mathei Apoſtoli,impono finem huic praxi crim. canonicæ. Sub.die.20.mẽſis Ianuarij.1557.tempore quo eram guberna tor Hiſtonij proprio motu,& mandato,Eccellentiæ Marchioniſſe eiuſdem. In qua ſi quid boni dixi,non mihi,ſed Deo optimo maximo ac om nipotenti referans,ſi quid uero mali,mihi tantum. 63

DEOGRATIAS.

FINIS.

Apologia Auctoris
AD LECTOREM.

BENIGNE lector, in ſuperioribus noſtræ praxis partibus, pollicitus fuit, in fine huius operis, ritus Salernitanæ curiæ, ad inſtar Romanæ, à me in vnum redactos, applicare: quod ſi factum haud vides, ne mireris, id enim non obiter, ſed conſulto factum credas. Spero inquam, Deo dante, praxim ciuilem, in prophanis, & beneficialibus, quò ad vires ſuppetunt in breui tibi tradere. Interim hæc pauca in criminalibus, ne diſpliceant, ſed beneuolo animò recipias: & me vt ſoles ama. Salerni die penultimo Ianuarij. M D LX.

AVIDE lector, ſi totius operis rubricas ſcire cupis: eæ ſunt, quas hæc, pagella inſcribit. In eis habebis verſatiles quæſtiones locis habebis. Non enim tranſcribere volui; ſed praxim tantum introducere. Methodus igitur hæc noſtra ne ti diſpliceat: ne ue toruo oculo legas.

Compendium totius operis rubricarum.

Moralium pars prima. cap. 1. fo. 4.
Introductio in ſecundã partẽ iudicialium dictam. cap. 1. fol. 32.
Præfatio ſecundæ partis iudicialiũ cap. 3. fol. 33.
Accuſatione porrecta. cap. 4. fol. 34
Denuntiatione facta. cap. 5. fo. 65
Aut inquiſitione formata c. 6. f. 77.
Aut criminibus ſpecificatis uia exceptionis. cap 7. fo. 103
Teſtibus diligenter examinatis. cap. 8. fol. 107
Reperti culpabiles. ca. 9. fol. 128
Non comparentes contumaces reputentur. cap. 10. fo. 142
Quod ſi comparuerint: examinentur audianturue. cap. 11. fo. 162
Et in carceribus mancipatis. ca. 12 fol. 167
Dato termino ad articulandum, & receptis accuſatorum probationibus. cap. 13 fo. 170
Et reis admiſsis ad defenſiones. ca. 14. fol. 173
Demũ inuocato dei noĩe c. 15 f. 183
Omnibusque diligenter pẽſatis, ſcilicet grauitate, & enormitate delicti. cap. 16. fo. 190
Vt ſi eſt ſacrilegium. cap. 17. fo 197
Vel crimen ſimoniæ. cap. 18. fo. 206
Vel flagitium carnis. cap. 19. f. 216
Vel uſuram cõmittere. c. 20. f. 224
Vel futurum. cap. 21. fo. 229
Vel homicidium. cap. 22. f. 230
Vel crimen ueneficij. ca. 23. fo. 234
Aut iudiciũ in cauſa ſanguinis exercere. c. 24. fo. 236
Aut incendium. cap. 25. fo. 236
Aut duellum alijs ſponte offerre. capi. 26. fo. 237
Vel naues ad pugnã gubernare etc. cap. 27. f. 238
Aut leuitate delictorũ. ca. 28. f. 239
Auditisq; aduocatis. cap. 29. f. 246
Si conuicti non reperiantur. ca. 30 fol. 254.
Tormentis mox ſubijciãtur ca. 31 fo. 257
Introductio in tertiã partem ca. 32 fol. 262
Et ſi confeſsi, aut conuicti ſint: condemnentur. cap. 33. fo. 262
Et ſi nec confeſsi, aut cõuicti extiterint, indicetur purgatio. cap. 34 fo. 295
Vel abſoluantur. cap. 35. fo. 301
De ordine procedendi contra monachos. cap. 36. fo. 321
Miſcellanea quædam ca. 37. fo. 323
De bigamia. cap. 38. fo. 323
De ſuſpẽſo ab officio. cap. 39. f 323
De ſodomia. cap. 4. ſo. 324

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google